
13
8 E
23^



RECEPTARVM SENTENTIARVM, SIVE COMMVNIVM OPINIONVM ET CONCLVSIONVM IVreconsultorum,

CENTVRIÆ OCTO,

PER CLARISSIMVM IVRECONSVLT. D. LAVRENTIVM KIRCHOVIVM, ROSTOCHIENSEM, V.I.D. *& ibidem in Academia Professorem Codicis publicum, ordine Alphabetico sedulò collectæ, & nunc recens in gratiam Iuris Studiosorum editæ.*







Cum Gratia & Priuilegio Cæsareo.

FRANCOFVRTI AD MOENVM,

M. D. LXXVI.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO ERICO, BRVNSVIGENSIVM AC LVNEBVRGENSIVM DVCI, &c. DOMINO *suo Clementissimo.*



ILLVSTRISSIME Princeps, domine clementissime, Cùm altero ab hinc anno Celsitudo tua mecum ageret, vt ipsi in patrocinijs, cognitionibus ac decisionibus causarum in suo Dicasterio controuersiarum, vnà cum alijs Iureconsultis clarissimis, quos C. T. permultos in Aula sua fouet, meum quoq; studium dicarem, memini C. T. inter cætera grauiter dicere, me gratiosum Consiliarium fore, si corruptiones ac sordes, quas anteà in suo Ducatu nimis vsitatas fuisse animaduertisset, extremè vitarem. Magnifica certè ea vox erat, & Principe prouidentissimo dignissima, quam etiam adeò tum probabam, vt C. T. facilius operas meas ad annos aliquot pollicerer. Intelligebam enim ex eadem C. T. in subditos iusticiam, bonitatem & clementiam, vtpote quæ in hoc summa diligentia & vigilantia incumbat, vt in Ducatu suo iudicia sine προσωποληψίᾳ seu personarum acceptione, & δωροφαγίᾳ quoque seu munerum cupidine exerceantur, & sententiæ à præfectis eorum vtraq; parte audita, & causæ veritate accuratè ac exploratè cognita, liberè, syncerè & candidè iuxta Legũ præscripta honestè pronuncientur, ex quo Dei omnipotẽtis iusticia & bonitas in iudicijs agnoscatur, ac cõtrouersijs hominum Legibus & Iure diremptis, pax publica in societate Ciuili conseruetur. Videbatur autem T. C. exemplum pientissimi principis Iosaphat in hoc imitari, cuius verba grauissima, quibus suos Iudices alloquitur, ex Sacris literis nota sunt. Nam videte, inquit, quid faciatis: Non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini, & quodcunq; iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Non est enim apud Deum nostrum iniquitas, nec cupido munerum. Quamobrem etiam illam C. T. admonitionem apud alios C. T. consiliarios prædicabam, eósque admonebam, vt eandem in iudicijs repurgatis summa cum animi intentione ac sedulitate mecum sequerentur. Scire enim nos, nihil Reipub. vtilius, nihil honestius, nihilq; magis dignum esse, quàm ita in iudicijs versari, vt qui ius reddimus, &

2. Paral. cap. 19.

ambigua fata causarum dirimimus, in adeundo nos faciles præbeamus, in cognoscendo neque excandescamus aduersus eos, quos malos putamus, neq; precibus calamitosorum inlachrymemur,[a] ita, odio, aut amicitia non moueamur,[b] potentia non frangamur, gratia non inflectamur, pecunia non corrumpamur,[c] in iudicijs personarum acceptionem non habeamus,[d] viduam, pupillum, aduenam & pauperem nō calumniemur,[e] sed vnicuique suum tribuamus,[f] ita magnum sicut paruum iudicemus,[g] laborantium spem, vitam ac posteros defendamus,[h] ac vt rem ad pauca redigam, ita totam in gubernatione Politica instituamus vitam, vt iusticiam cum pietate & timore Dei coniunctam colamus, boni & æqui rationem habeamus, æquum ab iniquo separemus, licitum ab illicito discernamus, bonós non solum metu pœnarum, verùm etiam præmiorum quoq; exhortatione efficiamus,[i] ac nos iusticiæ satellites & iudiciorum optimos tam athletas quàm gubernatores in omni loco comprobemus.[k] Quamobrem etiam in proximis consultationibus ac variarum causarum & multiplicium negotiorum cognitionibus & decisionibus, quæ legitima, iusta, & legibus comprobata erant, (absit verbis arrogantia) respondimus, subditis C. T. pariter summis infimisq; ius incorruptum reddidimus, sententias ex fundamentis Iuris desumptas sine personarum respectu, sordibus, turpitudine & muneribus tulimus, ac denique mea quidem & aliorum sententia, nihil prætermisimus, quod in talium causarum multis annis agitatarum, difficultate & perplexitate requiri posset. Quod si deinceps quoque similiter in administranda iusticia officio nostro fungamur, nullum spero futurum, qui nos iustè reprehendat. Sanè quantum in me erit, inque hac naturæ corruptæ imbecillitate præstari poterit, & Iosaphat & C. T. admonitionem omni contentione, studio, & diligentia sequi decreui, & iampridem nihil prius, nihil antiquius, nihilque magis exoptandum sum arbitratus, quàm vt secundum illam ipsam admonitionem, non tantùm in C. T. Ducatu, verùm etiam alijs omnibus perpetuò procederetur. Ea etenim ratione Iusticiæ & Iuris laudem conspectiorem fore, & multos non adeò sinistras censuras, vt fieri solet, de Iureconsultis laturos existimârim.

Sed commemorationem hanc, cui fortasse nimium immoror, abrumpam, & ad id, quod volo, propiùs accedam. Anni ferè tres sunt, cùm nonnullas Opinionum Communium seu receptarum sentētiarum Centurias conscripsi, quas cùm multi probarent, rogarūnt me, vt eas augerem ac locupletarem. Eorum igitur honestæ petitioni satisfacere volui, ac priores commu-

a. l. obseruand. 19. de offi. præsi.
b. c. iudices. 3. q. 7. c. quatuor. 11. q. 3.
c. Cicero in Orat. pro Cæcin.
d. c. in iudicijs. de reg. iu. in 6.
e. Zach. cap. 7.
f. l. iusticia. 10. de iust. & iur.
g. Deut. cap. 1. c. nouit. §. cæterùm. de iudic.
h. l. aduocati. 14. C. de aduo. diu. iudicior.
i. l. 1. de iust. & iur.
k. §. discipuli. in const. om. ff. præfixa.

munes Opiniones ita auxi, vt iam octo Centurias Typographo dederim excudendas, quas sub auspicio & tutela C. T. in publicum emitto, eandemq; cum debita subiectione & reuerentia maiorem in modum rogo, vt qualecunq; meum studiũ, quod in hoc opusculo suscepi, probet, ea verò quæ fortè non satis sum assecutus, temporis angustiæ & occupationibus, quibus quotidiè distineor, adscribat, ac clementer me admoneat, sicubi aut à me erratum, aut non satis dextrè quid explicatum putabit, quod quidem C. T. pro dexteritate iudicij & animi clementia facturam esse non dubito, si modò tantum ocij scripta hæc nostra perlegendi ipsi concedatur. De laude porrò, præstantia & dignitate Communium Opinionum multa quidem hoc loco dici possent, sed cùm passim à Doctoribus, & nouissimè etiam ab Antonio Maria Coratio post Iohannem Neuisanum plurima hac de re in vnum quasi fasciculum sint congesta, eo labore supersedeo. Quod reliquum est, Illustriss. C. T. de splendidiss. illo matrimonio, cum generosiss. Do. Dorothea, ex inclytiss. Ducum Lotharingiæ, &c. prognata familia, nuper contracto, plurimùm gratulor, & Deum Opt. Max. ardentibus votis inuoco, rogoq; vt vtrasque C. Illustriss. diutissimè incolumes & florentes conseruet, plurimaq; prole ditet. Rostochij Calend. Decemb. Anno M. D. LXXVI.

Illustriss. C. T.

deditiss.

Laurentius Kirchoff,
V. I. D. & Professor Cod. in
Academia Rostochiensi.

PRAEFATIO AVTORIS AD LECTOREM.



VATVOR sunt, candide Lector, præcipuè rationes, quæ à quibusdam ad eleuandas Communes Doctorum Sententias allegari solent. Quarum prima est, quòd cum nobilissimus Iureconsultus Labeo, ingenij facilitate & fiducia doctrinæ fretus, propterea quòd cum præ cæteris sapientiæ operã dedisset, plurima in Iure innouare institueret; tamen Ateius Capito Iureconsultus haud inferior, in his quæ ei tradita fuerant, perseuerârit: vnde colligunt, simili modo, tales innouationes non esse concedendas. Altera sumitur ex sententia ipsius Imperatoris Iustiniani, volentis, Non ex multitudine Authorum, sed quod melius & æquius est, iudicandum esse, Cùm possit vnus forsitan, etiam deterioris, sententia, & multos & maiores aliqua in parte superare, desumitur. Tertia, diligentiori studio & cura inhærendum esse sententiæ, etiam non excellentis Authoris, tamen lege confirmatæ potius, quàm quòd amplectemur sententias communi calculo receptas. Vltima sine lege loqui, quemadmodum in Communibus Opinionibus sæpius fit, Iureconsultos erubescere.

L.2. §. hi duo. de orig. Iu.

L.1. §. eum & versicu. sed neq; C. de vet. iu. enu.

L. illam. C. de collat. §. consideremus. in Auth. de trie. & semis.

Et si autem quædam alia præterea rationes à contemptoribus illis Communium Opinionum adferantur: tamen hæ, quas diximus, præcipuæ sunt, quarum dilutionem si sigillatim instituerem us, faciles, quibus neruosè & penitus eas confutare & diluere possemus, nobis in promptu forent responsiones. Sed ne videamur prorsus ijs destituti, illas posteà, vbi contrarias rationes, quæ pro Communiori sententia stabilienda, à nostris adducuntur, recensuerimus, referemus. Et non dubium est, veteres etiam Iureconsultos, sententias Communiores plerunque secutos: cùm sæpius ipsi testentur crebriorem Opinionem retinendam, & plurium sententias amplectendas esse. Quod & Pontificij Iuris Professores voluêre, ita vt omnes hac in re consentiant. Nec verisimile est, multos sine lege locutos, & non considerâsse: quid legibus definitum sit, propterea etiam eos non tam facilè errare potuisse, quàm si vnus & alter aliquid, quod à pluribus non esset approbatum, assereret. Hinc & Philosophi ea quæ pluribus probantur, magis quàm quæ à paucis asseruntur, sequenda statuerunt. Idq; non sine ratione, cùm euidens vtilitas esse debeat, vt recedatur ab eo Iure, quod diu æquum visum est, minimeq; mutanda sint quæ certam semper interpretationem habuerunt. Quod tamen non ita intelligendum est, vt non liceat à Communibus Opinionibus, cùm illæ in Scholis quotidiè nascantur, crescant, senescant, intereant, ex Scholis etiam in iudicia exeant atque probentur, interdum iustis de causis recedere: in genere autem

L. vnica. ver. & sanè crebrior. ff. de off. quæst. § 1. Instit. de hæred. instit.

C. nouimus. extrà, de verbor. signif.

Vuillich. in loco Dialect. ab authorit.

L. 2. de const. principum. ff.

Salimonius in § respons. Insti. de iur. natur. gent. & ciuili.

tem sanè tutius est, vt Iudex sit religiosissimus obseruator Sententiarum cōmuniter receptarum, atq; eas in iudicando nō facilè mutet, ne aliquid potiùs nouare, quàm aliorum sententias summo iudicio approbatas amplecti videatur. Vnde grauiter nostri praecipiunt, tam in iudicando quàm consulendo, nō recedendum esse à Cōmunibus sententijs, cùm per imperitiam iudicare, qui contra sententiam communem iudicat, praesumatur. Si igitur ab illa recedere concederetur, quaenam futura tandem esset stabilitas & firmitas sententiarum? quinam vnanimis consensus? quid denique certi tandem? Omnes siquidē suam sententiam probari lege, cùm minimè allegationes eorū ad rem facerent, praetenderent: nec quisquam alteri cedere vellet. Quamobrem necesse est eorum sententias sequi, quae communiori voto, calculo & indicio, approbatae sunt. Quibus, in contrarium obiecta, nihil refragabuntur: longa namq; alia ratio veterum Iureconsultorum erat, quibus permittebatur liberè de Iure respondere, quorumq; omnium sententia & opiniones eam authoritatē obtinebāt, vt Iudici recedere à responso eorum non liceret, atque eo etiam tempore Ius nondum fuit in vnam consonantiam redactum ita vt posteà ab Imp. Iustiniano satis fœliciter in vnum corpus collectum est. Diuersa quoq; est ratio interpretandi Ius in Scholis, quàm ferendarum sententiarum: cùm in Scholis de omnibus probabiliter dici, & discrepantes sententiae in vtramque partem disceptari possint, quod in iudicio ita fieri non potest, ne inde iniuriarum nascatur occasio, vnde iura nascuntur. Multa enim contra rationem disputandi pro vtilitate cōmuni recepta sunt. Reliquae verò rationes vnica responsione tolli possunt. Quis negaret enim vnius forsitan & deterioris sententiam multos & maiores aliqua in parte superare, diligenter inhaerendum esse sententiae lege confirmatae, atq; Iureconsultos sine lege loqui erubescere, vbi extaret expressus textus, per quem Communis opinio dilucidè conuinceretur? Quo casu nulla opinio, quantumuis communis, retinenda esset, si per legem expressam cōtraria sententia probari posset. In hoc enim nullus vnquam voluit sententias communes sequēdas esse, sed in illis duntaxat casibus qui dubij sunt, de quibus variae & non consentientes extant Doct. interpretationes: in his etenim sanè certiùs atq; cautiùs est multorū iudicio adhaerere, quàm vnius sententiam sectari, quia horum sententiae etiam consuetudine approbatae videntur. Cum etiam Iureconsultus voluerit, ea quae longa consuetudine comprobata sunt, atq; per annos plurimos obseruata, veluti tacita Ciuium cōuentio, nō minus quàm ea quae scripta sunt Iura, seruari. Idem expressè testatur acutissimi ingenij ac grauissimi iudicij Iureconsultus Baldus, Opiniones Communes, habere vim consuetudinis, cùm difficillimū sit maiorū sententias refellere. Proinde in dubio sem-

Panor. in c. fi. in fi. ext de secund. nupt. Ias. in l. 2. ff de Iureiur. Doc. in c. 1. & in c. ne innitaris. ext. de const. Philip. De in cōs. 131 Neuizan. in sylua nupt. lib. 5. nume. 3. in 4. volu. tractat. Bart. & alij in l. 1. C de leg. Petr. Rebuff. in l. vnica, in glos. 1 nu. 115. C. de sententijs, quae pro eo quod interest.

L. meminerint. C. vnde vi.

Neuizan. in d. sylua nup. lib. 5. num. 25.

L. sed & ea. ff. de leg.

Inc. ne innitaris. num. 5. in fin. extr. de const. c. veniam. 35. q. 9. Rolan. à Valle, in consi. 60. nume. 40. Alciat. in tract. præsum. in 1. Reg. princip. præsum. 51. nume. 2. & ibi Arelatanus. L. Athletas. ff. de his qui. not. infa. Neuiz. in d. sylua nupt. Dec. in c. prudentiam ext. de off. deleg. Ioannes Cephal. in consi. 283. nu. 15. in 2. lib.

semper præsumitur verior ea, quæ communis dicitur, quãdoquidem est à pluribus approbata. Et hoc est secundum multorum iudicium, quod ipse Iureconsultus quodã in loco inquit: ita omnes opinantur. Sed ne Præfationis modum egredi videamur (cùm passim de approbatione Sententiarum communium à Doct. nostris grauiter & copiosè scriptum sit, quæ omnia iam repetere superuacaneum fuerit) illis qui cõmuni sententia contenti nõ sunt, illud quod Iohannes Caphalus post Matth. de Afflict. de Glossis adducit, Bonos Doctores quidem Glossas approbare, malos verò non, respondere placet.

Cur autem ego quoq; post alios tot præclaros viros, Cõmunes opiniones colligere cõstituerim, ea est causa præcipua, vt alijs doctioribus Opus perfectius in hac doctrina colligendi, & in vsum iuuentutis ac Reipub. vtilitatẽ edendi, ansa præberetur: idq; diligentiori explicatione materiarũ, quæ passim per Scribentes, cùm in Lecturis, tùm in Cõsilijs tractãtur. Deinde cùm perlegissem nonnullorũ Doc. Consilia, quosdã locos mihi annotauerã, qui cùm posteà ad amicos perlati, & ab ijsdem approbati essent, obnixè illi à me petierunt, vt easdem prælo darẽ. Et si aũt multa non ita elaborata videantur, vt Sacrosancta Iurisprudẽtia & materiarũ dignitas hoc requirit, tamen est laudãda voluntas & magis literati admonẽdi, vt diligẽtiori studio, cura & vigilãtia illud ipsum opus perficiãt. Multa enim adhuc sunt, quæ in Opinionibus Cõmunibus hisce, & aliorũ, desiderantur, & non nisi à doctioribus absolui possunt, præsertim si materiarum explicatio singulis addenda sit. Multæ etiam adhuc restant cõmuniter approbatæ sententiæ, quæ prioribus & hisce non sunt insertæ: ecõtrario nõnullæ sæpius repetitæ inueniuntur, quibus ordo & Methodus à doctiorib. sicuti diximus, vt nihil in ijs desideretur, adhiberi poterit. Authores aũt & loci ex quib. desumptæ sunt hæ Opiniones, à me fidelissimè vbiq; sunt indicati. Et quãuis interdũ signa rerum mutare poteram, ne Authores agnoscerentur, tamen Iurecõsultum Aemilium magis sequendum duxi, qui occultatorẽ rei alienæ, furi parem existimat. Ac sanè benignum & plenũ ingenui pudoris est, per quos profeceris, fateri. Et vicissim abiecti prorsus animi, & infœlicis ingenij, malle in furto deprehẽdi, quàm mutuũ reddere. Postremò te, candide Lector, oro, vt nostrũ in hisce colligendis Communibus Sententijs denuò impensum studium, & insumptum laborem, æqui boniq; facias: Experiere enim, multo in multis te labore subleuatum iri. Et sicuti Res non parta labore sed relicta, gratior est atque iucundior, ita non minus ea nobis grata acceptaq; esse debent, quibus citra nostrum sudorem & laborem, vti fruiq; possumus. Ergò tu quoque, nostra hæc qualiacunque, grata sume manu, ijsdemq; fœlix fruitor.

L. hæreditatem. § fin. ff. ad l. Falcid. Ias. in §. fin. Inst. de actionibus.

RECE-

RECEPTARVM SENTENTIARVM, SIVE CONCLVSIONVM, PER CLARISSIMVM VIRVM D. LAVRENTIVM KIRCHOVIVM MEGALOPOLENSEM, V. I. DOCTOREM, &c. ORDINE ALPHABETICO collectarum;

CENTVRIA PRIMA.

A.

CONCLVSIO I.

1 ABSENS & impeditus, non tenetur in causis arduis mittere procuratorem. Bartol. in l. idemq́; ff. pro socio. Bald. in l. 2. §. si quis in iudicio, num. 3. versic. tu verò aliqualiter. ff. si quis cautionibus in iudicio sistendi. & in l. 1. §. vsus. versic. sed reuoco in dubium. ff. de procurat. l. abest. nume. 7. vers. quæro vtrum absens. C. quomodo & quando iudex. Alex. de Imol. in l. recusare. §. si quis alio. versi. sed Ioan. de Imol. ff. ad SC. Trebel. Et hanc communem conclusionem Doc. esse inquiunt Ias. in d. §. si quis in iudicio. num. 13. vers. retenta tamen communi conclusione, & Carol. Molin. in consi. 19. nume. 23. in Tom. 1. con.

CONCLVSIO II.

2 ACTIO iniuriarum vnius anni spacio tantùm durat. l. si non conuitij. C. de iniur. nisi lis fuerit contestata. l. fi. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. Hartman. Hart. in lib. 2. Pract. foren. titul. de iniur. cap. 2. circ. fin. versic. item per litis contestationem. nam tunc perpetuatur. Item si rei machinatione desijt contestari. Qua in re sunt duæ opiniones contrariæ, referente Ias. in l. si eum. §. qui iniuriarum. num. 9. & 10. Num. 9. dicit ipse, quòd communis conclusio sit, quando per subterfugia & cauillationes rei lis contestari non possit, haberetur tamen pro contestata, quantum ad transmisionem actionum & perpetuationem, ac si verè lis esset contestata. Et nume. 10. quòd longa mora rei non operaretur effectum litis contestationis: Quia actio iniuriarum extinguitur, quæ non extingueretur, si lis fuisset contestata. nume. 11. tamen ipse addit retinendam esse communem conclusionem, quando per subterfugia & dilationes rei lis protraheretur, quòd lis pro contestata haberi debeat. ff. si quis cautionib. Faciunt huc eiusdem Ias. annot. in l. 1. C. quando libel. principi datus litis contestationem faciat. nu. 8. Refert & hanc quæstionem Vasquius Menchacensis in lib. 1. controuers. illustr. cap. 2. num. 15. vers. item quid si de actione iniuriarum dubitetur.

CONCLVSIO III.

3 ACTOR tenetur reo ad fundandam illius exceptionem, tam rationes, l. non est nouum. l. iustum. quàm instrumenta exhibere. l. fin. C. de edendo. l. dissolutæ. C. de condict. ex lege. l. qui tabulis. ff. de furt. Bar. in d. l. fin. nume. 1. Quam sententiam Ioannes Glossator ibi primùm defendit exploso sensu Azonis, qui contrarium in sua Summa ibid. nume. 23. defendere voluerat, vt, scilicet, rationes ederentur reo ab actore, & econtrà, sed instrumenta nullo modo. Alex. de Imol. in d. l. fin. num. 2. Quare prior sententia communis Doc. opinio esse dicitur. Alex. ibid. num. 3. Dec. num. 5. Francis. Purpurat. num. 11. vers. & quamuis articulus, vt suprà disputari posset, non tamen recedendum est à communi sententia. Alciat. num. 6. vers. nō igitur à recepta plurimorum sententia recedendum est. Et hanc sententiam communiter approbari scribunt Abb. Panorm. num. 15. in fin. Dec. num. 39. cir. fin. & nouissimè Marc. Mantua. num. 21. in c. 1. extr. de proba. vbi & ipsi huius communis opinionis limitationes & fallentias; & Zas. noster in l. 1. §. editiones. num. 30. cum seq. ff. de edendo, latè explicarunt.

CONCLVSIO IIII.

4 ACTOR vbicunq; petit à reo instrumenta

menta ad intentionem suam fundatam coadiuuandam, ipse reus edere tenetur. Bartol. in l. fin. nume. 2. versic. sed etiam ad intentionem iuuandam, non dico fundandam. C. de eden. & Panorm. in c. 1. nom. 15. ext. de probat. EXEMPLI GRATIA: si instrumentum contineret promissionem 200. aureorum, & actor probare vellet, de quibus aureis solutio fieri deberet, ipse posset petere à reo sibi instrumentum exhiberi. Vel si peteret actor fundom, & non appareret de finibus. Barth. Socin. ibid. nume. 3. Similiter probato legato cogetur hæres ad tabulas exhibẽdas, qoibus legati ipsius quãtitas ostendi posit. l. qui cõcubinam. §. cùm ita. & l. prædijs. §. Titio. ff. de lega. 3. Alciat. in d. l. fin. nume. 9. Et hanc communem seotentiam esse dicunt communiter Docto. Alex. de Imol. in d. l. fin. num. 26. Dec. in d. c. 1. nume. 33. vers. sextò fallit. Mantua. nume. 28. Nouissimi Iohann. Hic. Cardin. Alba. in suis lucubrat. in Bartol. in l. fin. post nume. 5. C. de pact.

CONCLVSIO V.

5 ADVLTERIVM an probaretur, si nudns cum nuda in vno eodemq; lectò reperiretur, præsertim si noo solùm ad separationẽ matrimonij, verùm etiam condemnationem atque delicti puoitionem ageretur, dubitatum fuit. Etsi antem hic casus dubius esse videatur, per ea quæ annotant gloss. in l. quod ait. in verb. in ipsis rebus. ff. ad l. Iul. de adult. & D. Bartol. in l. 2. §. si simul. ff. eod. vbi ipse inquit: Adulterium directò aliqua ratione probari non posse, Quia si videres duos in vno cubiculo vel lecto, illud ex præsumptione probandum esse, c. prætereà. quod est. 27. ext. de testibus. c. literis. 12. capit. tertio loco. 13. extr. de præsumpt. Et idem Bartol. in l. capite quinto. ff. eod. nume. 2. voloit, si testis diceret, quòd quempiam iouenerit in reb. Venereis, quia inuenit eum in camera solùm, vel osculantem vel tangentem, ista sufficere ad probationem adulterij. & in l. 3. ff. de furt. si aliquis deprehenderetur in ædibus alicuius, vbi pulchra mulier esset, hinc adulteriom præsumi manifestum. Nam in adulterio actus proximus dicitur, quando qois iouenirretur solus & nodns, cnm sola & nuda, atq; ita in materia adolterij ex præsumptione Legis iudicatur. d. c. literis. d. c. tertio. Petr. de Barbobus, in consil. 96. in 1. vol. con. crimin. Hinc scribitur, quòd fornicatio & adulteriom ex facilitate delinquendi præsumantur. Item, quòd adulterium furtiuè cõmittatur. Angel. in coo. 44. num. 15. & 16. in matri. cons. vol. 1. Didacus in Epitom. in 4. lib. Decret. 2. par. c. 7. §. 6. in 1. Tom. Quare consolendo scribit Philip. Corne. vir magni iudicij, in con. 171. io 2. vol. coo. adulterium non facilè probari, qoia est actus sui natura multum secretus, adeò vt esset difficile vnquam posse probare coitum seu copulam, nisi per quędã extrema argoeotia verisimiliter ipsam copulam, vti si testes dicerent, se vidisse amatorem cum sua amica solùm in loco secreto, vel nudũ cùm nuda in lecto. Et hanc communẽ Doc. opinionem esse, quòd directò adulterium nõ probetur, refert Nicol. Bellon. in repet. Rub. C. de eden. nu. 63. Quæ tamen sententia dextrè, & cũ temperamento est intelligenda, vt, scilicet, quantom ad matrimonij separationem, non autem cõdemnationẽ atq; delicti ponitionẽ, quando criminaliter puniretur, procedat, per tex. expressum, io d. l. quod ait ibi, ἐν ἔργῳ vbi Budæus Accursium reprehendit, quòd non rectè illum textum explicauerit, quia adulterium tum probabitur, quando pudenda in pudendis, vel obscœna in obscœnis sunt posita. Ita expressè tradit & explicat Marc. Blanc. in trac. de indic. homicid. ex propos. cõmiss. nu. 69. ad l. fi. ff. de quæst. Ita quoq; cõsulendo scribit Ioseph' Fontanellus in con. 97. nu. 33. in 2. vol. con. crimin. Rectè igitur Panorm. in c. cùm nõ ab homine, num. 19. ext. de iudic. Barto. in d. l. 3. ff. de furt. verbo (manifestũ) vtentem, intelligit, quasi ipse probabile dicere voluerit. Licet & Parno. in d. c. prętereà. nu. 1. & 2. & io d. c. tertio loco. nu. 4. aliter loqui videat. Cuius sententiã oõ improbat Deci. distinguendo, in d. c. cùm nõ ab homine. in ou. 10. ver. circa deprehensionẽ. Quę quidem quęstio copiosiorẽ calamo traditur in tract. Angel. de malefi. in §. Chehai adulterato la mia dooa. pag. 75. nu. 41. 42. 43. cuius singulas partes ꝑsequi nõ est instituti pręsentis. Prętereà Bar. seotẽtia nihil refragatur, quia iora per eum allegata, vt d. c. prętereà. d. c. literis. d. c. tertio loco. loquuotur, quãdo ageretur ad separationẽ matrimonij. Nã visio vel deprehẽsio solius cũ sola, oudi cum noda, qoę sufficit ad matrimonij separationem, non tamen sufficeret in causa crimioali ad probationem adulterij. Ita eleganter & pulchrè consulendo scribit Pet. Philip. Corne. in con. 192. nu. 11. & 12. in 4. vol. con. vbi ipse inter cætera

autho-

authoritates allegat Matth. de Mathesil. in notab. 119. quib. addatur quæ scribunt Rosel. inter con. Bal. in consi. 445. in li. 2. consi. quòd adulterium ex eo, quòd iuuenis fuit inuētus in camera dispectoratus, & caligis dissolutis, etiam quòd mulier teneret ianuam clausam, & negaret iuuenem ibi esse, non probetur, quia non sequitur: Ergò talis iuuenis opus Veneris cōpleuit, cùm potuerit sic agere vt adulteraret, & tamen non adulterauerit, Et sic potiùs videtur probari conatus quidā, quàm consummatio delicti. Et Aymo Crauet. in consi. 205. num. 21. in 2. part. con. Et est optima ratio præcedentium, quòd etiam ex violentis probationib. quis pœna corporali nō damnetur. l. absentem. vbi Glos. Bartol. & alij. ff. de pœn. Et hæc est magis communis opinio, vt per Gandinum in tract. malefic. in tit. de præsump. & indic. indubita. Pulchrè & copiosè Hippol. de Marsi. in repet. Rubr. C. de probat. num. 257. secùs verò, si ageretur pœna pecuniaria. Bellon. in d. repet. Rubr. C. de edend. num. 74. & ita me consulente iudicatū esse memini. An quoque ad probandum adulterium admittantur testes domestici, familiares, quāuis alioqui illi reijciantur, per multas auctoritates explicat Hie. Care. Alba. in suis lucubratio. ad Bart. l. consensu. C. de repudijs.

CONCLVSIO VI.

6 ADVLTERIA an mutua compensatione compensari possint, ardua & ambigua est quæstio, sed circa explicationem huius quæstionis duo sunt explicanda, quæ quotidie in controuersiam vocantur. Et non dubium est de Iure diuino, Canonico, & Ciuili matrimonia propter adulterium retractari posse. Ita videtur text. expressus, si rectè intelligatur in cap. 5. Euan. S. Matthæi: At ego dico vobis, quòd quisquis repudiauerit vxorem suam, nisi causa stupri, efficit vt illa sit adultera, & quicunq; repudiatam duxerit, adulterium committit. & Matth. 19. Quod DEVS copulauit, homo non separet. Et paulò pòst: Quòd quicunq; repudiauerit vxorem suam, nisi ob stuprū, & aliam duxerit, is committit adulterium. &c. Dixit Dominus. 32. q. 1. c. præcepit. 32. q. 5. & per multos alios textus eiusdē causę, qui optima ratione induci possunt. Dicit enim Christus: Quicunq; dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, excepta causa fornicationis, mœchatur: Ergò à contrario sensu, Qui propter fornicationis causam, vxorem dimittit, & aliam ducit, non mœchatur. Loquimur autem de innocente, Quòd si nocentē post multas admonitiones recipere ad consortiū noluerit, sed se ad aliud matrimonium conferre voluerit, ei hoc licere etiam nocente viuente, Quia dictum Christi aliter intelligi non posset, ad hoc vt exceptio sit de regula, & intelligatur in terminis regulæ prohibentis aliam ducere, Ergò in casu exceptionis permittitur aliam ducere. l. nam quòd liquidè. ff. de penu lega. Ias. eleganter in l. fin. nume. 8. & 9. ff. quòd quisque iuris. & Dec. in con. 151. num. 7. Ineptum enim videretur, quòd principium loqueretur de ducente aliam, & exceptio loqueretur solùm de separatione thori. Et quid multum dubitandum? Est text. expressius in c. vxor. 32. q. 7. qui textus est sumptus ex Commentarijs D. Ambrosij, super Epistolam Pauli ad Corinth. Vxor à viro non discedat, nisi causa fornicationis, quòd si discesserit, aut maneat innupta, aut recōciliētur viro suo, & vir similiter non dimittat vxorem. Ideò non subdit de viro, quod de vxore præmisit: quia viro licet ducere aliam. Similiter in c. Apostolus. in fin. ead. caus. & quæst. ibi, Dominus autem permisit causa fornicationis vxorem dimittere, sed quia permisit, non iussit. Fatetur igitur D. Augustinus in eo textu, Quòd Deus permiserit tali casu vxorem relinquere, & aliā accipere. Andr. Barbat. in consil. 64. nume. 11. in fin. & nume. 12. Probatur & hæc sententia manifesta ratione. Nam si diceremus non esse licitum aliam ducere, sequeretur quòd quis cogeretur peccare, quod est inconueniens. Cùm vxorem adulteram cognoscere nō liceat, c. si quis vxorem suam inuenerit. c. si quis vxorē suam scit. 32. quęst. 1. Hæc & similia ex Canonibus facilè cumulari possent. Alias & plures rationes adducit Basil. Monnerus, in tractat. de matrim. capit. 5. de diuortio, quid matrimonium dirimat.

De iure autem Ciuili quoq; nō dubiū est, cùm etiā plures causæ sint, ꝓpter quas permittebatur matrimonium dissolui. l. consensu. C. de repud. §. quia verò plurima. in Authent. vt liceat matri vel auię. Basi. Monnerus d. loco.

Hanc sententiam multos, magnæ authoritatis & eminentis doctrinæ Theologos etiam nostro tempore approbare scribunt Hieronym. Schurpf. in consil. 57. in 1. Cent. Quod quoque est repetitum inter

consilia feudalia, in fin. consil. 10. in ordin. Melchior Cling, in tract. matrimonia. causa, in vltim. capit. de redintegratione. & Conradus Mauser, in explicat. tit. Institut. de nuptijs. §. fin. versic. quantum igitur ad primum attinet, pag. 120. & 121. nec aliter acceptum fuisse illud Christi dictum in veteri Ecclesia, ex Origene, Augustino, Hieronymo, Iustino Martyre, Ambrosio, alijsq; perspici licere, tradit VVesenbec. in suis Paratit. in. ff. titu. de diuort. & repud. pag. 305. & ante illum Eras. Roterodamus, in suis annotat. in nouum Testament. capit. 7. 1. Epistolæ ad Corinth.

Alij autem contrariam sententiam sequuntur, licèt propter fornicationem & adulterium vir possit dimittere vxorem, vel econtrà: tamen per hoc non dissoluitur vinculum matrimonij, sed solùm fit separatio thori, & ita cohabitationis coniugalis. Augustinus in lib. 2. de adulterin. coniug. quod posteà refertur in c. licitè. 32. quæstio. 7. licitè dimittitur vxor ob causam fornicationis, sed manet vinculum prioris. & in capit. Apostolus. Apostolus dicit his, qui sunt in coniugio: Præcipio non ego, sed Dominus, vxorē à viro suo nō discedere, quòd si discesserit, manere innuptam. & in capit. fieri potest. Fieri potest vt vir dimittat vxorem causa fornicationis, quam exceptam Dominus esse voluit. Iam verò, si nec illi nubere conceditur viuo viro suo, à quo recessit, nec huic alteram ducere viua vxore sua, quam dimisit, multò minus fas est illicita cum quibuslibet stupra committere. & in capit. quemadmodum. 32. quæstio. septima. asserit Augustin. Quemadmodum non rectè dici potest, si nescit homo non peccat (sunt enim peccata ignorātium, quamuis minora quàm scientium) ita etiam non rectè dici potest, si causa fornicationis dimiserit vxorem vir, & aliam duxerit, non mœchatur. Est enim mœchatio & eorum, qui alias ducunt relictis propter fornicationem prioribus, Sed vtique minor quàm eorum, qui non propter fornicationem dimittunt, & D. Hieron, in dicto capit. dicit Dominus. 32. quæstio. prima. cuius verba omnia sunt asscribenda, quæ in priori membro, sicut in alijs capitulis, omissa fuerunt. Dicit Dominus in Euangelio: Quicunque dimiserit vxorem, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimissam duxerit, mœchatur. Sola fornicatio est, quæ vxoris vincit affectum, imò cùm illa vnam carnem in aliam diuiserit, & se fornicatione à marito separauerit, non debet teneri, ne virum quoque sub maledicto faciat: dicente Scriptura: Qui tenet adulteram, stultus & impius est. Vbicunque igitur fornicatio est, vel fornicationis suspicio, liberè vxor dimittitur, & quia poterat accidere, vt aliquis calumniam faciat innocenti, & ob secundam copulam nuptialem veteri copulæ crimen impingeret: sic priorem iubetur dimittere vxorem, vt prima viuente secundam non habeat. & capit. omnes causationes, eadem caus. & quæst. Omnes causationes Apostolus amputans, apertissimè definiuit viuente viro esse adulteram mulierem, si alteri nupserit. Nolo mihi proferas raptoris violentiam, matris præstationem, patris authoritatem, proquinquorum cateruam, seruorum insidias, & parentum damna rei familiaris. Quamdiu viuit vir, licèt adulter sit, licèt Sodomita, licèt flagitijs omnibus coopertus, & ab vxore propter hæc scelera derelictus, maritus tamen est reputandus, eius, scilicet, cui alterum virum accipere non licet. Non hæc Apostolus propria authoritate decernit, sed Christo in se loquente, Christi verba secutus est, qui ait in Euangelio: Qui dimitit vxorē suam (excepta causa fornicationis) facit eam mœchari, & qui dimissam acceperit, adulter est. Vnde & Apostolus grauem coniugij sarcinam intelligens, si ita est (inquit) non expedit homini vxorē accipere, ad quod Dominus, qui potest hoc capere capiat, statim que sub exemplo trium Eunuchorum, virginitatis infert beatitudinem, quæ nulla lege carnis retinetur.

Et harum decisionum hæ sunt rationes, quia coniugium quoad vinculum matrimonij est indissolubile. dict. c. licitè. 32. quæstio. septima. Et ideò alter coniugum, qui non commisit fornicationem vel adulterium debet continere, nam quos Deus coniunxit, nemo separet. cap. denique. distinct. 26. cap. an quod. cap. quos Deus coniunxit. 33. quæstio. 2. capit. gaudemus. extr. de diuort. Panorm. in cap. ex publico. numer. 10. ext. de conuersat. coniuga. Cùm hodie non fiat diuortium seu repudium ex causa fornicationis, nisi quoad thorum. Gloss. in l. diuortio. in verb. Diuortio. ff. de negoc. gest. c. de illa. c. quanto. & ibi Doct. ext. de diuort. Quia si substātialia soluerētur, sequeretur quòd vtriq; tā nocenti, quàm innocēti permis-

permissum esset secundò contrahere. Sed Christus expressè dicit: Qui dimissam ducit, mœchatur. Ergò substantialia matrimonij sublata non sunt, & per consequens secundæ nuptiæ sequi non possunt. Et sicut ex causa fornicationis carnalis fit separatio thori, sic etiam ex causa fornicationis spiritualis, quando alter coniugum labitur in hæresin vel in errorem gentilitatis, fit separatio thori, nō tamen fit separatio vinculi matrimonij, Quia alter coniugum, qui relinquitur viuente altero, non potest transire ad secundas nuptias. d. c. de illa. d. c. quanto. & hoc quando agitur de matrimonio fidelium & Christianorum, vbi matrimonium consummatum dicitur verum & ratum, vt nō posit dissolui quoad vinculum matrimonij, secùs quoad separationem thori & mutuam seruitutem, Quamuis in infidelibus & paganis alia sit ratio, cùm alter coniugum conuertatur ad fidem, & alter coniugum non velit cohabitare, vel non posit sine contumelia Creatoris, tunc potest dissolui matrimonium etiam quoad vinculum matrimonij. d. c. quanto. Quia licet matrimonium dicatur verum inter infideles & paganos, non tamen dicitur ratum, vt latiùs ibi Doct. prosequuntur. & refert Francisc. Marc. in Decis. Parlamen. Delphina. quæst. 514. nume. 21.

Præter has rationes & aliæ adduntur, D. Paulus in Epistola 1. Corinth. 7. inquit: His autē qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere, quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Etiam constat vxori non concedi discedere à marito qualibet de causa, nisi sit causa fornicationis. Matth. dicto cap. 19. Ergò necesse est sententiam Pauli intelligi de discessu ex causa fornicationis, quod scilicet vterque maneat sine nuptijs post diuortium, vel reconcilientur. Quemadmodum D. Augnst. & Hieronym. in allegatis textib. Paulum intellexerunt.

Addunt & hoc propter fauorem liberorum ex coniugijs separatis natorum receptum esse, vt scil. parentes reconcilientur. Difficillimè autem reconciliatio continget, si secundæ nuptiæ permitterentur.

Similiter & hoc ita statutum propter delinquentis fauorem, ne omnino eijciatur extra Ecclesiam. Si enim innocenti parti liberè liceret, nocente viuente, ad secundas nuptias conuolare, & nocens continere non posset, non haberet modum nec viam perueniendi ad pœnitentiam, quia cum alio contrahere non posset, quoniam qui dimissam duceret, mœcharetur. Propterea si innocens contraxerit cum alio, nulla spes superest de pœnitentia, cùm tamen Ecclesia non claudat gremium redeuntibus, cap. super eo. de hæretic. in 6. Quas rationes quoque annotauit Cling. in dicto tracta. cans. matrimon. dict. cap. de redintegratione. Quam doctrinam pluribus authoritatibus comprobat Didac. Couarru. in 4. lib. Decreta. Epito. secundæ partis. capit. 7. §. 6. num. 13. & ita pronunciarunt aliquando Scabini, vt refertur in fine Specul. Saxoni. tit. de crimin. pœna adulterij.

Argumenta in contrarium adducta soluunt Doct. quòd dictum Christi à contrario sensu sumptum non procedat, cùm nullum expressum textum Iuris diuini, directis verbis, seu in sensu directo decidentem contrarium in hoc habeamus, & veteres illud non ita intellexerint, secundum Augustinum & Hieronymū anteà allegatos, quemadmodum recentiores nōnulli iam intelligunt, in dict. Epistola 1. Corinth. 7. & capit. 5. & 19. Matth. Quia minimè sunt mutanda, quæ interpretationem certam semper habuerunt, leg. minimè. ff. de legibus. Similiter dictum Pauli declarari asserunt per textum, in d. capit. quanto. ext. de diuortijs. Et hanc sanctorum Patrum & omnium constitutionū Papalium, & omnium Doct. scholasticorum & iurium, communem sententiam esse consulendo scribit Hieronymus Schurpf, in dict. consil. 57. in fin. in 1. Cent.

Non obstat quòd exceptio debet esse de regula, quia hoc intelligitur, nisi correctio Legum vel Canonum inde sequeretur, vt post alios in hac materia latè declarat Ioan. Neuizan. in sylua nuptia. §. deueniendo igitur ad quæstionem nostram. vers. tu verò omisis. num. 140. in 6. vol. tract.

Nil refragatur dictum Ambrosij, ex dicto cap. vxor. Quia hoc intelligitur vxore mortua. capit. quod proposuisti. 32. q. 7. Ita nec dictum Augustini, ex dicto capit. Apostolus. cùm hoc per illius sententiam in alijs capitulis declaratam, exponatur.

Quid autem ad ius Ciuile respondendum? Responsio in promptu est, si extarent Leges ciuiles, & Ecclesiastici canones, quæ mutuo sibi repugnant, tamen cùm de peccato euitādo tractatur, etiam in foro Ciuili

Canonibus standum esse, liquet per doctrinam Bartoli, in l. priuilegia. C. de sacrosan. Eccles. cuius sententia communiter ab alijs probatur Docto. in cap. 1. ext. de noui oper. nunciat.

Sed de hac sententia communi iudicet Ecclesia vera, iudicent quoque Orthodoxæ fidei homines: Nobis satis est sententiam communiorem indicasse.

Quod verò ad alterum caput attinet: Quòd si vir fornicaretur, cogatur vxorem anteà, aut eodem temporis tractu, adulterium committentem, in consortium coniugale recipere & admittere. In eo tam iuris Canonici, quàm iuris Ciuilis interpretes, imò ipsi Theologi inter se conueniunt. Ita enim expressè affirmat Augustin. in lib. 1. de sermone Domini in monte, vbi ipse dicit: Nihil autem iniquius quàm fornicationis causa dimittere vxorem, si & ipse conuincitur fornicari, occurrit enim illud: In quo enim alterū iudicas, te ipsum condemnas, eadem enim agis quæ iudicas. Quapropter quisquis fornicationis causa vult abijcere vxorem, prior debet esse à fornicatione purgatus, quod similiter etiam de fœmina dixerim, in Tom. 4. oper. suorum, & habentur in c. nihil iniquius. 32. q. 6. & D. Hieron. in 3. Tom. Epist. in Epistola ad Amandum, incip. Breuis Epistola. vers. omnes enim homines. cuius sententia repetitur in c. omnes causationes. 32. q. 7.

De iure Canonico nulla est dubitatio. c. ex literis. ext. de diuort. c. intelleximus. c. fi. ext. de adult. Et hanc sententiam vbiq; iuris Canonici interpretes sequuntur. glos. in d. c. ex literis. in verb. redire compellas. Hostien. in summa, de diuort. vers. Quid si sententia diuortij lata ex causa fornicationis ab vxore commissa, maritus incidat in idem crimen. nume. 9. Heinric. Boich. nu. 14. Panorm. num. 6. & Præpos. in col. fin. in d. c. ex literis. Heinric. Boich. in d. c. fin. nu. 13. Panor. nu. 4. addens ita cōmuniter Doct. concludere. & Marian. Socin. in d. c. intelleximus, nu. 16. & in d. c. fin. nu. 6. cum seq. post glos. in verb. fornicationis, & ante illos Barthol. Brixien. in quæst. Dominica. quæst. 34. in 17. volu. tracta. vbi in vtramq; partem ea quæstio ab eo disputatur. Bal. in c. prætereà, nu. 12. ext. de testib. & Anton. Corsetus, in c. grandi. num. 72. cùm paria delicta mutua compensatione tollantur, nec maritus possit accusare vxorem de adulterio, nec econ-tra si vterq; eodem morbo laborat, de supplen. neglig. prælato. in 6. Summa Rosellæ, in verb. diuortium. versic. nunquid autem in prædictis admittitur compensatio. Quāuis enim Panorm. in dict. c. fin. num. 4. voluerit, Iudicem ex officio suo posse reintegrare matrimonium: tamen sententia ea communiter approbatur, etiam coniugi competere actionem. Felin. in c. lator. nu. 9. ext. de senten. & re iud. Et hanc communem assertionem æquiorem esse testatur Guilhel. Maynerius, in l. in ambiguis. num. 107. ff. de reg. iur. Et hanc communem sententiam Doctorum esse inquit Didac. Couarru. in d. Epitom. in 4. lib. Decreta. 2. par. cap. 7. vers. 6. adijciens, vxorem quoq; posse post litem contestatam viro accusanti obijcere exceptionem paris criminis, etiam ante litem contestatam commissi. Licèt nonnulli sententiam contrariam secuti fuerint, referente Andr. ab Exea. in lib. pactorum, num. 377.

Et hanc sententiam quoque iuris Ciuilis interpretes in l. viro. l. cùm mulier. Zasin l. 2. nume. 21. & Alciat. nume. 7. ff. solut. matrim. approbarunt. Periniquum enim videtur esse, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibeat, quæ res potest & virum damnare. l. hæc verba. §. iudex adulterij. ff. ad l. Iul. de Adulter. Referunt & eandem Iacob. de Beluiso, in sua pract. iudicia. tit. de Leno. num. 22. in 4. vol. tractat. Nicol. Boer. in Decis. suis. quæst. 338. num. 3. in 2. par. Ioan. Barberius, in suo viatorio, tit. de adulter. versic. vnum tamen notandum est, inquiens, etiam hoc de iure Ciuili procedere. Ripa, in Rubr. ext. de iudic. num. 26. Iodoc. Damhouderius, in Enchirid. rer. criminа, capit. de adulter. num. 29. vers. Primò quando ipse maritus eodem adulterij crimine infamis, & cōmaculatus fuerit. Conrad. Mauser. in tit. de nupt. §. fi. vers. postremò. pag. 127. Author Analysis Institn. tit. de nupt. versic. In quib. caus. non potest fieri diuortium propter adulterium. & remissiuè Hartm. Hartmanni, in lib. 2. practica. foren. tit. de accusat. tit. 4. Maritus adulter an possit accusare vxorem adulteram. Quia frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem. c. quia frustra. extr. de vsur. Et mutua delicta pari compensatione tolluntur. d. c. penult. & vlt. ext. de adult. d. l. viro. ff. sol. matri. glos. in c. cùm super. in verb. posse. ext. de conces. præbend. Non est hic facienda aliqua difficultas, quod propriè dicatur committi adulterium cum fœmina coniu-

contingat. l. inter liberos. §. lex Iulia. ff. ad l. Iul. de adulter. Quia hoc casu secundum iuris Canonici dispositionem, etiam cum soluta muliere, vir matrimonio coniunctus fornicando: dicitur adulterium committere. c. puto. 32. q. 5. Panorm. in c. transmissae. numer. 5. extr. de eo, qui cogno. consang. & Socin. Iun. in con. 32. num. 5. & 6. in 2. par. con. Licèt de iure Ciuili secùs sit. Ludo. Gozadin. in consil. 21. numer. 5. Huic decisioni qui acquiescere nolunt, illorum sententiae non sunt sequendae, exemplo I. Consultorum, qui rarò improbatarum sententiarum authores, nominabant & sequebantur. l. quidam existimârunt. ff. si cert. peta. l. 2. §. ex his. ff. de verb. obligat. l. 1. ff. ad municipalem, vt praeclarè annotat Marius Salomonius in l. Gallus. §. quidam rectè. num. 14. ff. de liber. & postu. in 3. volum. repe. Et supradicta conclusio adeò generalis est, vt de iure responderit Paul. de Castro, Mulierem non debere excludi à petitione dotis, ratione adulterij commissi, quando vir eius etiam legem matrimonij violasset, & concubinam aluisset. in consil. 402. in 1. par. consil. secundum nouam impressionem, cuius sententiam communiter Doctores approbarunt, Hippol. de Marsi. in l. 1. §. fin. nu. 5. ff. ad l. Cornel. de Sicar. in l. patre vel de marito. num. 10. ff. de quaest. & in suis singu. sing. 234. incip. Paria delicta mutua compensatione tolluntur. Aegid. Bossius, in tractat. rer. criminal. tit. de coitu damnato & punibili. numer. 56. Ludo. Carerius, in sua practic. crimina. §. circa quartum. de modo se defendendi. num. 17.

An quoque sententia requiratur, satis crassè explicarunt Host. in summa d. tit. de diuor. & Francisc. Marc. in suis Decis. parlamen. Delphin. d. quaest. 514. Basil. Monnerus, in d. tracta. de matrimon. cap. 5. Et Bermund. Chouerro. in tractat. de publi. concubina. in rubri. de adulterijs. num. 41. pag. 43. quae repetere non est necesse.

CONCLVSIO VII.

7 ADVLTERI hodie poena capitis puniuntur. Sacrilegos enim nuptiarum, Imper. dicente, gladio puniri oportet. l. quamuis, 2. C. ad l. Iul. de adult. §. item lex Iulia. Institut. de publ. iudic. Hippol. de Mars. in consil. 73. nume. 26. & Ioan. Millaeus, in sua praxi crimin. perseq. in tractat. de poen. nu. 30. & in tract. poen. citra mortem. num. 113. Hanc sententiam communiter approbatam esse dicunt Alex. de Imol. in con. 13. nu. 3 in 7. volum. & Roland. à Valle, in con. 74. numer. 8. in 1. Tom. con. Mulier verò adultera verberata, in monasterium detruditur. Auth. sed hodie. C. eod. tit. Ioan. Caccialupus, in l. si qua illustris. nume. 20. C. ad SC. Orfician. Ioan. Millaeus, in suis commen. super consue. Galliç in Rub. 18. nume. 7. quod quidem intelligitur, quando simplex fuerit adulterium: Si verò concurrat qualitas incestus, est poena capitis, nec per d. Auth. sed hodie. est correctum, quòd in l. si adulteriũ cum incestu. & ibi glos. in verb. si adulterium. & Bartol. ff. de adulter. traditur. Ange. Aretin. in tract. de malefic. in §. Che hai adulterato la mia dona. ver. quaero quae sit poena adulterij. num. 44. & Ludouic. Carer. in sua pract. caus. crimin. cap. incip. nonò excusatur maritus occidens adulter. num 40. pag. 199. lib. mei. Sed cùm quaereretur à me, an ea poena de iure & consuetudine Lubecensi, secundum communiorem Docto. sententiam procederet, respondebam non procedere, per ea quae scribũt Alex. de Imo. 11
in consil. 99. numer. 13. in 6. vol. con. Hippo. de Mars. in consi. 101. num. 50. cum seq. Ioan Baptist. in l. omnes populi. num. 268. versic. sextò, poena adulterij est poena capitis. ff. de iust. & iure. in 1. vol. repet. Soci. Iun. in con. 34. nu. 8. in 2. par. con. Sanctus de Aretio, in con. 50. num. 13. in 1. vol. crim. con. Sed cùm ea iuri Diuino repugnẽt, si dormierit vir cũ vxore alterius, vterq; morietur, id est, adulter & adultera, & anferas malum de Israel. Deut. 22. capitulo, existimauerim talia statuta de iure Diuino non defendi posse. c. sunt quidam. 25. q. 1. Licèt Doct. statuta ista valere arbitrentur, per ea quae cumulauit Andr. Tiraq. in tract. de leg. connub. & iure marita. in 13. l. glos. primae par. 13. Crauet. in con. 137. Quorum sententiam iam sequor. De poenis Iuris diuini, Canonici, iuris antiqui, & iuris Codicis scribit D. & amicus meus summa reuerentia colendus, excellentis virtutis & doctrinae Iurisconsultus Raymũdus Pius Fichardus, in suis collectis Commu. Opi. in verb. Adulterij poena. nume. 19. in Tom. 2. Com. Opin. & ante illum copiosè Bermund. Chouerron. in tractat. De public. concubin. in rubric. de adulterijs, pagi. 28. cum seqq. Sed quid an per confessionem mulieris adulteratae & fornicantis probetur adulterium, scribũt consu-

lendo Ias. in consil. 22.num.3. in 1.vol. con. & Laurent. Syluan. post alios, quos ipse lib. 1.allegat, in con. 50. num. 41. non probari.

VIII. & IX. quære j. in 2.parte.

CONCLVSIO X.

10 AETATEM allegans ad fundandam intentionem suam agendo vel excipiendo, eam probare debet. l. de ætate. ff. de minorib. 15. anno. l. cùm te minorem. & ibi DD. C. de donat. & l. si minorem. C. de in integ. restitut. Oldendorp. in tractat. de probat. num.31. in 34.reg. Estq; hæc sententia communis Quintil. Mand. in tract. de ætat. minor. quæst. 1. pag. 170. Sed DD. in d. l. si minorem, & in d. l. cùm te minorem, latius eã quæstionem explicârunt, quorum dicta transcribere non est necesse. Adde Augusti. Bero. in suis quæstio. familia. quæst. 37. num. 6. & Mar. Ant. Natt. in con. 249. in princ.

CONCLVSIO XI.

11 AGENTI contra filium ex debito paterno, necesse est allegare filium esse heredem, & illud probare, aliàs si non probaret, succumbere debet tanquam non probans, id, quod est causa suæ intentionis, per doctrinam Barto. in l. necessarijs. ff. de acquir. hæred. & Bal. in l. si cùm dotem. §. transgrediamur. ff. soluto matrimonio. Et hanc sententiam communem esse scribit ibidem Ioan. de Imol. numer. 26 vers. in fin. glo. Alex. de Imol. in con. 34. numer. 5. vbi Carol. Molin. in verb. fauor. plures authoritates adducit in 3. lib. con. & in con. 73. num. 3. in lib. 5. & in con. 183. in prin. in 6. vol. con. Et istam magis communem Doctorum conclusionem esse meminit Barthol. Socyn. in consi. 61. num. 7. in 1. vol. con. Non obstante dicto Apostoli: si filius, ergò hæres. Quia illud dictum procedit in filio agente, non autem in filio conuento, vt hæres. Quia tunc qui agit contra filium vt hæredem patris, debet hoc probare, cùm sit causa suæ intentionis. Roland. à Valle, in consi. 20. num. 17. & 18. in 1. Tom. con.

CONCLVSIO XII.

12 AGENS ad pœnam debet probare se prius pro parte sua contractum adimpleuisse. l. Iulian. §. offerri. ff. de act. empt. Propterea vt aduersarius meus possit prætendere me ei nõ seruâsse promissa, & incidisse in aliquã pœnam vel priuationem, semper requiritur, quod ipse prius liquidissimè probet, se mihi adimpleuisse omnia pro parte sua promissa. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. Ita in specie voluit Alex. de Imol. in con. 66. numer. 24. vers. constat autem. in 6. vol. con. Quia natura est pœnarum siue legalium, siue conuentionalium, quod nisi petens pœnam probet ex sua parte adimpleuisse contractum, repellitur à petitione. Nam liquida, vt pœna petatur, debet esse causa. Bald. in cap. 1. numer. 10. tit. qualiter dom. proprie. feudi priuetur. in vsibus feud. Alex. de Imol. in con. 212. numer. 2. & 3. lib. 2. con. Roland. à Valle, in con. 57. numer. 17. in 1. Tom. con. Quam doctrinam latiùs declarant Ludouic. Roman. in con. 244. num. 2. Andr. Barbat. in con. 51. num. 23. in col. fi. lib. 1. Idem Barbat. in consi. 15. nume. 3. cum seq. in eod. volum. & Thom. Parpalius, in l. si quis maior. numer. 105. versicu. decimò quæro. C. de transact. Ex quorum explicationibus hanc communem Docto. sententiam esse liquet.

CONCLVSIO XIII.

13 AGGRESSVS auffugere (nam aliquem fugatum esse quędam censetur iniuria) non tenetur. l. item apud. §. 1. ff. de iniu. Bart. in l. 1. numer. 8. C. vnde vi. Et hanc communem Doct. conclusionem esse, inquit Alex. de Imola, in consil. 109. nume. 4. vers. Quinimò secundum magis communem conclusionem, vbi Molinæ. in verb. fugæ. in lib. 1. con. plures authoritates Docto. adducit. Et scribunt in hanc partem consulendo multa præclara & elegantia Bald. in consi. 312. in 4. vol. con. & Stephan. Bertrãd. ab alijs non allegatus in consi. 290. numer. 6. cum seq. in 3. volum. 1. parte, & in consil. 128. in 7. vol. consi. vbi ipse hanc sententiam communiter approbatam esse, nec ab ea in consulendo vel iudicando recedi oportere, post alios refert copiosè. hanc materiam prosequitur Barthol. Romul. in explicat. l. vt vim. numer. 58. 59. 60. & 61. cum seq. ff. de iustic. & iure.

CONCLVSIO XIIII.

14 AGNATI quando in continenti se iuribus suis, & bona controuersa esse feudalia,

dalia, vbi inter filiam defuncti & agnatos esset controuersia de feudo, probare parati sunt, impeditur tūc missio, & ipsi dicūtur legitimi cōtradictores, adeò vt nō admitteretur ipsius Imperatoris sententia, quæ extat in §. inter filiam defuncti. capit. 1. titul. si de feud. defunct. controuer. fit int. dom. & agna. vasal. in vsibus feud. Ita voluerunt Iser. & Aluarot. ac alijin d. §. inter filiam. Bart. in l. filiam. ff. ad SC. Trebel. & Docto. in l. fin. C. de edict. D. Hadrian. tollen. Etsi autem hæc conclusio vera sit, quòd quando agnati sunt parati in continenti docere de Iuribus suis, impediatur missio, & dicantur legitimi contradictores, tamen hoc admittitur cum eo temperamento, vt dicantur legitimi contradictores, quando ipsi agnati possederunt, secùs si non possederunt, vt per Bartol. & alios in d. l. filiam. ff. ad SC. Trebel. & Dec. in consil. 84. num. 1. in 1. par. cōsil. & in con. 218. nume. 2. in 2. par. consi. & in consi. 424. numer. septimo. in 3. par. con. & in consil. 467. numer. duodecimo. in 4. par. con. vbi dicit hanc opinionem esse communem. Itaquoque attestatur Roland. à Valle, in 1. con. num. 71. in 1. Tom. con.

CONCLVSIO XV.

15 ALIMENTA præteriti temporis vxori non debentur, si illa ab hæredibus mariti infra annum ea non petierit, cùm constet vxorem aliunde alimenta habuisse, nisi ista hæredes interpellasset, & propter eorum moram æs alienum alimentorum causa cōtraxisset, Pau. de Cast. post gl. in l. diuortio. nu. 6. vers. Et per istam glo. dico Ias. num. 21. ff. solu. matrimo. Alex. de Imol. in l. de alimentis. nu. 1. C. de transact. Et est hæc sententia communiter à DD. approbata, vti testantur And. Alciat. in d. l. de alimentis. cir. fin. Et Carol Molin. in suis additio. ad lectu. Decij in ead. l. in verb. Dato. lit. a. licèt Dec. ibi nu. 6. contrariam sententiam approbare videatur.

CONCLVSIO XVI.

16 ALIMENTA si legentur mulieri in domo hæredum, tenetur ipsa ibi morari, quia verba apposita in legato, quòd hæredes teneantur præstare alimenta in domo, ponuntur in commodum & fauorem hæredis, cùm dicatur minus grauis ipsis hæredibus præstatio alimentorum, si in domo alimenta præstentur, secundum doctrinam Bartol. in l. Caio. §. Imperator. num. tertiò. ff. de alimen. & cibar. lega. Et hanc sententiam communiter approbatam esse scribūt DD. Alex. de Imol. in cons. 100. num. 1. in 1. lib. & in con. 168. numer. 5. & 6. in 6. volum. consil. Barthol. Socin. in consi. 286. numer. quinto. in 2. volum. cons. Stephan. Bertran. in cons. 177. in volum. 2. par. altera. Sed hæc doctrina, vt dextrè intelligatur necesse est: si enim ex causa iusta mulier non possit morari in domo hæredum, legato non priuaretur. Ita communi calculo illam generalem doctrinam Docto. limitaor. Bart. in d. §. Imperator. Bald in l. 1. numer. decimo. Salycet. numer. quarto. C. de legat. Petr. de Anchora. in consil. 254. nume. tertio. Ioan. de Ana. in consil. 54. numer. primo. & ibi Ludouic. Bolognin. in addit. sua. numer. quarto. pulchrè Ias. in l. diuortio. numer. 23. & 25. & in d. l. 1. numer. tertio. C. de legat. & in consil. 44. numer. secundo. in 1. volum. con. quam & reliqui Docto. referente Roland. à Valle, in consi. 22. numer. vndecimo. in 1. Tom. approbant. Licèt non ignorem Paul. de Cast. inter dispositionem ipsius testatoris & legis, in d. l. 1. numer. quarto. C. de legat. distioguere, cuius sententiam cum temperamento, ibi Alexan. numer. quinto. intelligendam esse arbitratur. Quis autem iustam illam causam probare cogatur, an mulier, quòd iusta de causa in domo cum hæredibus viuere non possit, an verò hæredes probare debeāt, referunt in specie Petr. de Anchora. in d. con. 254. & Ias. in d. l. diuortio. d. nume. vigesimoquinto. Quamuis Francis. de Curt. in addit. ad Alex in d. l. 1. in verb. morari illud in con. Anchorani nō inueniri dixerit, aliquando tamen bonus Homerus dormitat. Nouissimi copiosè hanc materiam prosequuntur, Petr. Beckius in tractat. de testamento coniugum, cap. 10. de alimentis, à coniuge coniugi legatis. Borgnin. Caualcanus in tractat. de vsufructu mulieri relicto. num. 138. vers. Et mulieri dicenti. cum num. præcedent.

XVII. & XVIII. inuenies ꝟ.

CONCLVSIO XIX.

19 APPELLARE non licet à sententia Principis, Senatus vel Præfecti prætorio. L. 1. ff. à quibus appel. non licet. l. præfecti. ff. de mi-

de minor. Guido Papa in suis Decis. quæsti. 50. Supplicare & reclamare tamen ab ea licebit. l. si quis aduersus, Authent. quæ supplicatio. C. de precib. Imper. offer. Hippol. de Marf. in suis Sing. singu. 647. glo. in verb. supplicauit, & Docto. in c. ex literis. ext. de restit. in integ. Propterea inquit ibi Abb. quòd in omni materia Legis, rescripti vel instrumenti, vbi nō liceret appellare, semper sit licitum supplicare, cùm sint diuersa remedia Appellatio & Supplicatio. Et hanc communem opinionem esse Docto. inquiunt, Philip. Decius in l. fin. numer. 50. C. de edict. Diui Adria. tollen. & Roland. à Valle, in con. 94. num. 4. in 1. Tom. con.

CONCLVSIO XX.

20 APPELLATIONE pendente non præsumitur pro sententia, nec pro processu. c. quoniam contra. & quæ ibi tractátur, ext. de probat. c. cùm inter. in fi. à contrario sensu. ext. de re iudica. Quia virtus sententiæ extinguitur vel suspenditur per appellationē. l. 1. in fin. ff. ad SC. Turpilia. c. veniētes, ext. de iureiur. Felin. in d. q. quoniam contra. numer. vigesimoprimo. versic. prima conclusio. Et licèt Ioannes de Imol. in cap. in præsentia, per illum text. extr. de renunc. numer. quarto. voluerit, quòd semper debeset præsumi pro iudice & sententia, tamen communis sententia est in contrarium, referentibus Panorm. ibid. numer. decimono no. versic. Hæc est communis Docto. conclusio, Dec. numer. trigesimosecundo. versic. in gloss. fin. prima conclusio. vbi ipse Dec. nonnulla fundamenta, quæ pro Imolæ sententia faciunt, adducit.

CONCLVSIO XXI.

21 APPELLATIO seu Appellationis schedula eiusq; tenor nō probatur per vnū testem seu per Notarium solum, sed plena probatio interuenire debet. Et prius probanda est amissio ipsius schedulæ. c. cùm olim, & ibi Hostien. vers. sed amissio casualis, extr. de priuileg. Bart. in l. 1. §. sufficit. nu. 2. ff. de bono. poss. secund. tab. Cardi. in c. cōstitutionem. §. insuper. nu. 8. in 10. quæstio. de electio. Dec. in consi. 82. numer. 3. Matth. de Aff. in decis. sacr. concil. Neapol. decision. 274. Et ita magis communiter DD. voluisse tradit Quintil. Mando, in Prax. commiss. in formu. 17. in verbo, Interpositæ, in 2. quæst. pag. 91. licèt & alij aliam sententiam sequantur, vt ibi ipse latiùs explicat.

CONCLVSIO XXII.

22 APPELLARI à sententia arbitri an possit, Docto. inter se non conueniunt. Bar. in l. arbitro. numer. sexto. ff. qui satisda. cog. l. nemo potest. numer. 13. 14. & 15. ff. de lega. 1. in l. 1. num. secundo & tertio. C. de recept. arbit. Nam in illis casibus, in quibus oritur hodie actio, iuxta l. cùm anteà. & in l. ne in arbitris, C. de arbit. voluit Bartol. admitti appellationem. Et huius sententiam Paul. de Castr. in d. l. arbitro. num. quarto. approbat. Ita refert Alex. de Imol. in d. l. nemo potest. nume. 56. Propterea Ioan. Francis. à Ripa eius decisionis illam rationem, reiecta explicatione Ias. esse, cur non appellaretur, voluit, quia sententia arbitri nullum parit iuris effectum, Nam non producit actionem, in d. l. nemo. nume. nonagesimo. Sed communem opinionem in cōtrarium esse contra Bartol. per multas rationes & fundamēta duo illi recentiores interpretes Alex. de Imo. & Ias. de Mayn. referūt in d. l. arbit. nu. nono. & in d. l. nemo pot. nu. 19. & Ias. ibid. nu. 56. cū seq. Licèt de iure Canonico appellare liceat, cū de æquitate Canonica, omnis quomodocunq; oppressus, appellare possit. c. ad Romanā. & glo. in c. 1. iudicibus. 1. quæstio. 6. Bal. in d. l. 1. nu. 1. ver. tertiò oppono. Pau. de Cast. in l. nā & posteà. §. si minor. nu. 9. ver. nō sic cōpromittēdo. ff. de iureiu. Ale. de Imol. in d. l. nemo potest. nu. vigesimoprimo. versic. item iuxta prædicta. per multas authoritates ibi ab eo relatas, dicens ibidem, hanc communem Docto. esse opinionem, & in practica seruari. Hoc etiam affirmant Ripa, in d. l. nemo potest. num. nonagesimoprimo. versicul. quintò fallit. Marc. Anton. Blancus, in tractat. de compromiss. in 10. quæstio. de appel. & reduct. ab arbitr. boni viri. nu. nono. Nicol. Anto. in suis analyt. annotat. ad Octa. Vest. in Roma. aulæ actionem & iudicio. mor. introduct. lib. 3. cap. 3. nu. 5. & 6. Verùm qui exactè hanc disputationem cognoscere voluerit, videat Alex. & Ias. in d. locis. & Panorm. in cap. cū dilectus. nume. decimoseptimo. extr. de arbitr. & Robert. Maran. in tracta. de ord. iud. in par. 6. prin. cap. de appella. num. 250. cū seq. Nec non d. Blancum in d. tracta. de compromiss. d. 10. quæstio. de appella. vbi ij si & materiam explicant, atque infinitas authoritates allegārunt.

CONCLV-

CONCLVSIO XXIII.

23 APPELLATIO à decreto executorialium interposita suspendit executionem: Propterea inter ius Ciuile & Canonicum distinguitur, quia secundum iuris Ciuilis dispositionem appellatio legitimè à sententia definitiua interposita, extinguit iudicatū, & eius effectus, & facit non iudicatum, vel perinde ac si iudicatum non esset. l. 1. in fin. ibi. Prouocationis remedio condemnationis extinguitur pronunciatio. ff. ad SC. Turpil. l. 2. §. 1. ibi. Cùm accipimus damnatum, qui non prouocauit: Cæterùm si prouocet, non damnatus videtur. ff. de pœn. Ias. in l. 1. nu. 9. Zas. num. 4. ff. de re iudic. Secus verò secundum iuris Canonici dispositionem. Ibi enim dicitur sententia suspendi. c. Venientes ibi sententias appellatione suspensas, ext. de iureiur. l. si causa cognita. ibi. Sententia appellationis solēnitate suspensa. C. de transactio. Vnde si per sententiam Episcopus depositus est à suo Episcopatu, postquā appellauit, remanebit Episcopus, exercebit Iura Episcopalia, & si quem excommunicauerit, is iustè dicitur excommunicatus. glo. in c. sæpè. in verb. Sententia. Vers. sed pone. ext. de appellat. quam glossam communiter approbari à DD. inquiunt ibidem Panor. nu. 14. in fin. & Ias. in d. l. 1. nummer. 10. Hinc infert Quintil. Mandos. in praxi commissio. in formu. 20. in verb. executoriales. in 4. quæst. communē opinionē esse, quemadmodum & Socin. Sen. in consi. 76. Visa facti. num. 4. lib. 1. consi. testatur. Si appellatio à definitiuo suspendit & interlocutoria vim definitiuæ habens accedit naturæ definitiuæ, & de hac sicuti illa iudicatur. Bald. in l. minoribus. num. 8. ibi. Quod plus ponderamus vim & effectum sententiæ, quàm nomen. Vnde licèt nomine sit interlocutoria, ad instar tamen definitiuæ redacta est. C. de his quibus vt indig. Et cōcludit Mandos. d. loco, appellationem suspendere decretum executorialium & ipsam executionem seu negocium executiuum, vt ibi per eum videre poteris.

CONCLVSIO XXIIII.

24 APPELLATIONIS & nullitatis causa si fuerit alicui commissa, & sic æquè principaliter deserta causa appellationis, non censetur deserta causa nullitatis. Bart. in l. si expresim. numer. 10. & ibi apostil. ff. de appellatio. Carol. Ruin. in consil. 34. Visis omnibus. numer. 10. versicul, Nec obstat. lib. 5. consil. Et hæc sententia est communiter approbata, licèt ex stylo Rotæ contrarium seruetur. Quintil. Mandos. in praxi commissio. in formu. 17. in verb. nullitatis, & nullitatum, in fin.

CONCLVSIO XXV.

25 APPELLARI licèt non posit ab executione. l. ab executione. C. quorum appellationes. l. ab executore. ff. de appellat. illud tamen fallit in sententia lata de exequendo vel non exequendo. Ita voluit gloss. in verb. ab executione. in d. l. ab executione. Et huius gloss. sententiam communem esse, & seruari inquiunt Lanfranc. de Oriano. in repetit. c. quoniam. cap. 10. de interlocut. & appellat. numer. 60. versic. poterit tamen appellari. & Barthol. Socin. in tractat. fallent. regul. 24. incip. appellatio in qualibet causa permissa est. numer. 2. versicu. fallit in executione. Sed contrariam sententiam, scilicet, appellari à sententia executionis, siue de exequendo, non licere, multi alij Docto. eamque magis communem opinionem esse voluerunt Alex. de Imol. in consil. 95. numer. 4. versi. quod autem à sententia. in 2. lib. consil. Petr. Philip. Corne. in consil. 71. numer. 20. in fin. in 1. volum. consil. Philip. Deci. in c. nouit. numer. 4. extr. de appellat. Roland. à Valle, in consil. 43. numer. 5. in 1. Tom. consil. Ruin. in consil. 80. in princip. in 5. vol. consil. Socin. Iun. consil. 138. numer. 7. in 3. vol. consi.

CONCLVSIO XXVI.

26 APPELLATIO si sententia est lata super possessorio, cùm de mero possessorio agatur, non admittitur. l. vnica. C. si de moment. possess. fuerit appella. Philip. Dec. in consil. 28. & in l. 1. numer. 6. C. de bonor. possess. secund. tabul. & in l. fin. numer. 49. C. de edict. D. Hadrian. tollen. idque procedere in omni possessorio scribit Maranta, in tractat. de ordin. iudic. par. 6. titul. de appellat. numer. 294. versicul. decimosexto limita. addens tamen communem conclusionem esse,

esse, quod intelligatur ad effectum retardandæ executionis. Sed cùm satis abundè cum multis adductis authoritatibus à Francisc. Viuio, in lib. 7. commun. opin. in verb. appellatio. & D. Fichard. in addit. commu. opin. Baptist. à Villalobos, in ver. appellatur. num. 131. scriptum sit, nihil aliud addo, nisi quòd hanc conclusionem pleniùs explicarint recentiores, Didac. in suis pract. quæsti. cap. 23. numer. 8. & Octauian. Cacheran. in decis. senat. Pedemon. decis. 23. licèt Carol. Molin. illam sententiam post alios Doctor. cùm non sit iure prohibitum, ne à sententia lata super possessorio appelletur. d. l. 1. ibi. Etsi appellatio interposita fuerit, tamen lata sententia sortitur effectum, retinêdam esse voluerit: Et hanc veritatem esse addiderit in addit. ad cons. Decij, in d. consil. 28. in verb. permissa. allegans consilium elegãs, & illam materiam benè explicans. Ias. in cõsil. 188. incip. redemptoris crucifixi. in 2. volum. con.

XXVI. XXVIII. XXIX. XXX. XXXI. XXXII. inuenies 1. pag. 111. 112.

CONCLVSIO XXXIII.

33 APOCHA sola non suffulta aliquo adminiculo, facit solummodò secundù communem opinionem, aliqualem præsumptionem. Bart. & alij in l. admonendi. ff. de iureiur. Abb. & Felin. in c. 2. extr. de fid. instru. & hoc propter præsumptionem, quæ est, quòd quis de facili non faciat falsam scripturam. Alex. de Imol. in con. 239. numer. 7. ver. vbi aũt scriptura priuata non subscripta à testi. &c. in 6. vol. con. Et hanc sententiam communiter approbatam esse refert Ias. in cons. 129. vers. Tamen communior est præcedens opinio, vbi ipse hunc articulum egregiè & copiosè explicat, in 1. volum. con. & post eum quoque Roland. à Valle, in con. 26. num. 14. in 1. Tom. con. tradidit.

XXXIIII. & XXXV. infrà.

CONCLVSIO XXXVI.

36 ARMORVM delationem domini & Magistratus, prohibere possunt, secundum veriorem de iure, & magis approbatam sententiam, vt per multas rationes & fundamenta tradunt Aym. Crauet. in consi. 314. in 2. par. & Rolan. à Valle. in con. 3. in 2. vol. con.

CONCLVSIO XXXVII.

37 ARTICVLI quando admittendi sint, vel non dubitatur an pars citari debeat nec ne. Panormita. arbitratur partem non esse citandam, sed solummodò quando articuli producũtur, in c. in nomine Domini. nu. 16. ver. Ego dicerê quòd citatio benè debet fieri. ext. de testibus. Alij verò contrariã sententiã sequuntur, quos refert ibidê Dec. nu. 34. vers. Successiuè Abbas quærit, quia talis admissio est sententia interlocutoria, in qua citatio requiritur. per not. Bar. in l. nequicquam. §. vbi decretum. in prin. ff. de offic. procon. & in l. si prius. ff. de oper. no. nuncia. Et quòd in sententia interlocutoria in præiudicialib. requiratur citatio, est communis opinio, referente Alex. de Imol. in l. recusare. in prin. ff. Ad Trebellia. Et ita consulendo scribit Francisc. de Aretio in cons. LXXV. diligenter & maturè consideratis. nu. 6. addens rationê, ne fortè fiat parti præiudicium in admissione impertinentium & non admittendorum articulorum, & vexetur indebitè. Et hanc sententiam communem esse, nouissimè meminit Nico. Anton. Grauat. in suis analyticis annotationibus, ad Octauia. Vestrij Isagogen in Romanæ aulæ actionem & iudiciorum mores. lib. 5. cap. 1. in verb. Nempè ad dicendum.

XXXVIII. pag. 12.

CONCLVSIO XXXIX.

39 AVTH. Hocamplius, (De fideicomiss. ad tria necessaria requisita, quæ interuenire oporteat, DD. cõmuniter restringũt. Primò vt illud, quod hæres adimplere neglexerit, nõ sit à lege repræsentatum, videlicet quòd lapso anno illud lex non habeat pro adimpleto, sicut est in libertate data ser uo, l. cùm verò. §. subuentum. ff. de fideicommiss. liberta. Secundò, quòd sit monitus ab ipso Iudice. Licèt enim gl. in §. illud. in verb. Decreto. in authen. de hæred. & Falcid. coll. 1. voluerit, illam monitionem fieri posse per nuncium, DD. tamen cõmuniter reprobant glossam, inquientes, ipsius iudicis monitionem interuenire oportere. Angel. de Perus. in d. §. illud. num. 58. & in d. authen. hoc amplius. num. 2. Paul. de Castr. num. eod. Ias. num. 3. Guilhelm. de Benedict. in c. Raynutius. in 2. parte. in verb. Si absque liberis. nu. 198. ext. de testam. Et vnica monitio cum lapsu anni sufficit. Bart. in d. auth.

d.authen.hoc amplius.numer.2. Ias. num. 4. Et ita est communis opinio, attestante prædicto Gulielm. in allegato loco, numer. 202. Refert quoq; Balthas. Quinct. Aqui. in additio. ad consil. Paul. de Castr. in consil. 20. circ. fin. in 3. part. consil. Tertiò requiritur, quòd annus sit elapsus, qui incipit à die monitionis factæ. gloss. in d. authen. hoc amplius. in verb. intra annum. Bartol. numer. 3. Ias. d. numer. 4. Angel. de Perus. in consil. 168. incip. Ex isto dubio. num. 4. vers. Prædictus autem ordo.

CONCLVSIO XXXVIII.

38 ATTENTATORVM remedio agenti obstat exceptio notorij, non iuris. Potest tamen iudex ex officio attentata reuocare, possessionem autem attentatam potiùs ex communi stylo sequestrabit, quam parti restituet. Vt erudité multis Doct. allegatis authoritatibus tradit Quintil. Mandos. in praxi commissio. in formul. 14. in verb. Causam & causas attentatorum, vbi ipse pag. 80. meminit, hanc sententiam communem esse, & tandem pro concordia multorum discrepantium Doct. hanc regulam constituit: Aut sumus in materia prophana, aut in materia beneficiaria, cuius verba non transcribo integra, cùm illius Opusculum hoc anno sit impressum.

CONCLVSIO XL.

40 AVTH. Minoris debitor. C. qui dare tuto. vel curato. possunt, etiamsi loquatur in curatore, tamen secundum communem sententiam etiam in tutore locum habet. Ita communiter Doct. concludere, & cõmuniorem sententiam esse inquiunt Angel. Aretin. in §. fin. in fin. Instit. de author. tutor. & in §. actionum. vers. quæro qui possint esse tutores. nume. 33. Instit. de actio. & Roland. à Valle, in cons. 83. nu. 6. in 1. Tom. Et hæc auth. habet locum in quolibet tutore, & præsertim in testamentario, secundũ sententiam Accursij in authen. Vt ijs qui obligatas se haber. perhib. res minor. in prin. in verb. ad curatorem, & d. auth. minoris debitor. in verb. à curatione. Cuius sententiam multi Doct. sequuntur, Din. in consil. 43. Quidam nomine Nellus Coppi. Angel. de Perus. in d. authen. Vt ijs qui oblig. numer. 10. vers. Sed tunc quæro an habeat locum. Et hanc opinionem in iudicijs seruari se vidisse scribit Alberi. in d. auth. minoris. num. 6. & eam communiter Doctores approbare dicit Iob. Fab. in §. fi. nu. 1. Inst. de auto. tut. Hanc sibi semper placuisse inquit Aldobr. ibid. num. 15. licèt alij contrariam sententiam secuti fuerint, quòd d. auth. minoris debitor, in tutore testamentario locum non habeat. Azo in summa. C. qui dare tuto. vel curato. num. 8. in fin. Specul. in tit. de tutore. in §. fin. num. 12. vers. Item quod tutor seu curator est creditor. Bartol. autem post Oldra. & Cyn. distinguebat, quòd aut sciuisset testator aut ignorasset, si sciuisset & elegisset, talis electio excludet omnem suspitionem, in d. auth. minoris, nu. 11. Et hanc opinionem communem esse inquit Bald. in l. cùm in eo. num. 3. ff. de pact. quam quoque nouissimè refert Schneid. d. tit. de auto. tutor. in d. §. fin. num. 3. in fi. Eamque in puncto iuris defensari posse meminit Aldob. in d. §. fi. d. nu. 15. Sed tandem inquit primã opinionem à se fuisse approbatam.

CONCLVSIO XLI.

41 AVTHENTIC. Res quæ. C. commu. nia de legatis. locum non habet, quãdo causa fideicommissi præcessit causam dotis, sed videtur habere locum, quando causa dotis præcessit causam fideicommissi. Angel. de Perus. in Authent. de restitut. & ea quæ parit in vndecimo mense, collat. 4. & Ias. in d. Authen. res quæ. num. 29. vers. ex secunda habetis extensionem.

Sed sententiã contrariã veriorẽ & probabiliorẽ esse scribit Bart. Soci. in cons. 25. in 3. vol. cons. Et hanc authoritate præstantissimorum virorum firmari meminit Ioan. Crottus in l. filiusfamiliâs. §. diui. numer. 168. versicul. vltimò confirmatur. ff. de leg. 1. & communem esse dicit Roland. à Valle, in consi. 85. vbi ipse post Socin. argumentis, quæ in contrarium adducuntur, respondet in 1. Tom. con.

CONCLVSIO XLII.

42 AVXILIVM & opem si quis præstiterit in delicto, etiamsi ipse manum non apposuerit, tamen pari pœna cum faciente & committente punitur. Ita voluit glo. in ver. pari pœna. vbi ipse quadruplicem consensum, scilicet, negligentiæ, consilij, cooperationis, & authoritatis, seu defensionis constituit, & in tertio casu cooperationis æqua-

liter peccant facientes & consentientes, in c.1. ext. de. offic. & potest. iudic. delegat. quam gloss. refert Bald. eamque approbat in l. raptores. numer.6. versic. vlterius nota. C. de episc. & cleric. Et hanc notabiliter declarat Panorm. in d. c.1. numer.5. Ita quoq; voluerunt alij Docto. Bart. in l. is qui opem. numer.5. & in l. in furti. §. ope. num. 2. & .3. ff. de furt. Angel. Aret. in tract. de malefic. in verbo, dicto maleficio. semper astitit. numer. 10. versic. quæro qua pœna puniatur præstans opem. & ibid. in addit. Augustin. Ariminensis. Barthol. Cepolla. in consil. 34. numer. 22. versic. & pro prædicta decisione adduco. in consil. criminalib. Barthol. Soci. in suo eleganti consil. 188. numer. 6. versicul. sed iterum instari posset. & numer. 7. versic. confirmatur ista responsio ex alio. in 2. vol. con. Hanc doctrinam communem opinionem esse consulendo inter cætera scribit Petr. Philip. Corne. in consil. 8. nu. 1. versic. sed præstitit opem. in 3. volu. con. Et hoc casu non adhiberi illam distinctionem, an ille, cui præstatur auxilium, esset alias facturus vel non, cuius doctrinæ meminerunt Din. in c. nullus ex consilio, num. 3. de regul. iur. in. 6. Barthol. in l. non solum. §. si mandato meo. ff. de iniur. Tradit Dec. in d. c. 1. nume. 12. extr. de offi. & potest. iud. delegat. Et hæc tanquam communiter approbatam adiectis declarationibus & limitationibus ipse approbat, licèt Felin. aliam magis communem esse tradiderit ibid. numer. 8.

CONCLVSIO XLIII.

B.

1 BANNITVS pro maleficio, secũdum iuris Ciuilis dispositionẽ testificari potest. Quia bannum non irrogat infamiam iuris. Nam potiùs fingitur contumax quàm conuictus. Et contumacia non infamat, cùm propriè loquendo contumacia non sit maleficium, nec consistat in malè agendo, sed in omittẽdo. Hanc communem opinionem esse inquit Bald. in c. super eo. numer. 4. refert ibid. Felin. num. 6. extr. de testa. & in c. postulasti. numer. 5. ext. de foro compet. Sed si statutum adgrauaret contumaciam banniti, quia haberetur pro confesso, tunc repelleretur à testimonio, cùm eo modo sit infamis infamia iuris municipalis, quæ infamia Baldo ibidem dicente, cohæret ossibus. Sequitur Roland. à Valle, in consil. 41. num. 48. in lib. 1. con.

CONCLVSIO XLIIII.

BANNITVS, statuto disponente, quòd
2 impunè occidi poßit, illud statutum intelligitur de ritè bãnito, aliâs si quis offenderet non ritè bannitũ, non debet iuuari dicto statut. Hipp. de Mars. post alios in l. 1. §. prætereà. num. 17. in fin. ff. ad l. Cornel. de Sicar. & in consi. 38. nume. 2. in 1. volum. consil. vbi ipse multa ad hanc decisionem faciẽtia cumulat, & sic de bãnito ex vera confeßione, vel ex veris probationibus delicti, non autem ex contumacia. Bald. & Ioan. de Imo. in l. si mora. ff. solut. matrimo. vbi Alexã. de Imol. num. 13. inquit, quòd ita magis communiter à Doct. concludatur, Quia condẽnatus propter contumaciam magis dicitur condemnatus vigore contumaciæ, quàm ratione delicti. Et hanc sententiam communẽ esse consulendo scribit, adducẽs multas alias authoritates & fundamenta Roland. à Valle, in cõ. 45. nu. 66. cũ seq. in 1. Tom. con.

CONCLVSIO XLV.

3 BANNITI secundum communem sententiam hoc tempore etiamsi sint bãniti pro delicto, in quo imponitur pœna mortis, non æquiparantur nec damnatis in metallum nec deportatis, quia tales banniti nõ perdunt nisi iura municipalia illius ciuitatis, vel prouinciæ à qua sunt banniti. Iura autem communia etiam in illa ciuitate, à qua banniti sunt, non perdunt DD. in l. 1. C. de hæred. instit. Quæ sententia quo ad iura cõmunia aliarum ciuitatum nullum habet dubium, quia bannum vnius ciuitatis vel vnius iurisdictionis distinctè non potest auferre iura in loco sibi non subdito, Extra territorium enim ius dicenti impunè non paretur. l. fin. ff. de iurisdict. omni. ind. Ideò bannitus à ciuitate Lubecensi, qui ibi impunè offendi potest, si offendatur Rostochij, & offensor capiatur, certè puniendus est. Quia bannum ciuitatis Lubecæ non officit in loco non subdito. Bald. in l. executorem. numer. 27. C. de execut. rei indic. Imò etiam non extendit vires suas bannum ad locum confœderatum, nisi in capitulis fœderis aliud sit dictum. Barto. in l. non dubito. nu. 2. ff. de capt. & postl. reuers. Cæterũ in eo cõsistit difficultas quo ad iura communia respectu illius ciuitatis, à qua est bannitus. Et licèt Salicet. & Ioh. de Imo. Angelo Aretin. referente in §. cum autem, nu. 7. Instit.

Quib.

Quib.mod.ius patr.pot.sol.voluerint, bannitum iura communia amittere etiam in ciuitate, à qua est bannitus, contraria tamen sententia communiori voto approbatur. Sylu.Aldob.in d.§.cum autem. numer. 55. & 59.& Iohan.Schneid.num.13 à qua in iudicando & consulendo non esse recedendum idem Angel.d.loco admonet, videlicet quod bānitus retineat iura communia, etiam in illa ciuitate, à qua est bānitus. Hæc autem sententia intelligitur, vt prædicta pcedant in bannito ab inferiore à principe, secùs si quis esset bannitus ab Imperatore. Nam is vbiq; amitteret iura communia, cùm Imp.sit mundi dominus,l.deprecatio. ff.ad leg.Rhod.de iact. Quam doctrinam d. loco Aldob. & Schneid. post alios latiùs prosequuntur. Plura quoque nō addo, cum Fichard.in verb. banniti, ad communes opiniones Bapti.à Villalo. Gribaldus in ver. Bannitus & Soarez de hac cōclusione etiam mentionem fecerint.

CONCLVSIO XLVI.

4 BAPTIZARI potest habens caput extra matris vterum, licèt alia membra adhuc sint reclusa, si periculum subsit de morte ipsius. Quia parte corporis principali, capite licèt baptizato, totus homo baptizatus dicitur. Angel.de Perus.in l.vulgaris.num. 2.ff.de furt. Francis. Marc.in decisio. Parlamenti Delphinatus, quæstione 951. num. 8. & 15. Hanc sententiam communem opinionem esse & Theologorum & Canonistarum inquit Quintil. Mandos. in tractat. De ætat.minor.cap.1.num.15.

CONCLVSIO XLVII.

5 BELLVM iustum vt dicatur, duo, scilicet iusta causa & Imperatoris consensus, concurrere debent. Ita crebriùs DD. affirmarunt. Iohan. Francis.de Ripa, in l.1. in princip. numer. 69. ff. de acquirend. poss. Nouissimè multas authoritates adducens Iacob Menoch.in consil.1.numer.24. versi. Secunda est, quæ obijcitur difficultas, nempe pacta ista fuisse illicita. De qua cōclusione copiosè scribunt Canonistæ in c. sicut. 29.ext.de iureiuran.& Ange. Clauasi.in sua summa, Angelica vulgò dicta, in verb. bellum faciunt huc, quæ meminit Hieron. Gig. in tractat. de crimin. læs. maiest.lib.1. quæ.31. Et notabilis est illa doctrina, an potiùs Deo quàm Cæsari sit obediendum. Nam si Cæsar mandaret, quod est contra conscientiam, ei obtemperandum non esse, neque in pace neque in bello, inquiunt, vri post alios refert Nicol. Euerhard.in locis argumentorum legalium, loco ab ordine, post num.13.

CONCLVSIO XLVIII.

6 BONA fides præsumitur in possidente, nisi contrarium probetur, siue habeat titulum verum vel putatiuum, etiam ex errore iusto. Et hanc communem conclusionem DD. esse, cum explicatione refert Alciat.in tractat, de præsumption. in 3.regul. princip. in 5. præsumptio. & nouissimè Iohannes Baptist.Ploc.in tract.de in litem iurando. & repetitio.l. si quando.C. vnde vi.§.quinto.in fin.pag.78.

CONCLVSO XLIX.

7 BONA subiecta restitutioni fideicommissi cōnfiscari non possunt, & præsertim accedente prohibitione testatoris de eis non alienandis. Et hanc sententiam de iure probabiliorem esse consulendo scribit Alexan.de Imol.in consil.23. numer.3. versicul. sed præmissis non obstantib. in 1. lib. consil. per l. Imperator. & doctrinam Barthol. ibidem.ff.de fideicommiss. liberta. Quam opinionem Alexan.in d. consil.nouem notabilibus fundamentis confirmat, l.Statius.§. Cornelio. ff. de iure fisci. Et sequuntur hanc sententiam Deci. in consil. 442. numer. 18. 19. 20. 21. 25. 26. & 27. in 3.part.consil.& Dec. in l. 3. §. illud. ff. quod quisque iur. in alium statuerit. Hippol. de Marsil.in consil.49.numer.51. Ambros de Opizonib.in §. Diui Seuerus. numer. 47. & 48. ex l. filiusfamiliâs. ff.de legat.1. Plures authoritates adducunt Hippol. de Marsil. in d. consil. 49. numer. 51. & Molin.in verb.confiscatio, ad d. consil. 23. Et hanc sententiam Docto. receptam esse meminit Roland. à Valle, in cōnsil. 31. nu.25.in Tom. 1. consil.

CONCLVSIO L.

C.

1 CALCVLI error per notarium ad hoc officium à Republi. constitutum commissus, non potest prætextu erroris reuocari vel retractari, nisi vsque ad 30. annos tantùm, & non vltra. Secus verò si calculatio facta esset ab eo, cuius officium non fuit computare. gl. in l. calculi. in verb. admittetur. ff. de administr. rerum ad ciuitat. pertin. gloss. in l. 2. in verb. computatio. & ibi Bart. num. 7. & Bald. nu. 6. C. de iure fisc. lib. 10. l. in omnibus, in fin. & ibi gloss. in verb. Tempora. ff. de diuers. & temporal. Ias. in l. Vni. num. 3. C. de error. calculi. Quā conclusionem latiùs declarat idem Ias. in con. 210. breuiter & succinctè in e. vol. con. Nouissimè Nico. Festasius in tractatu, de æstimo & collect. part. 1. num. 38. Ex quorum authoritate liquet, hanc sententiam communiter approbari.

. LI. LII. inuenies j.

CONCLVSIO LIII.

3 CASVVM fortuitorum obligationes de solitis, non aūt insolitis, inconsuetis, vel non verisimilib. euenire intelliguntur, l. fistulas. §. frumēta. ff. de contra. em. Bar. in l. sed & si quis. §. quęsitū. nu. 3. circ. fi. ff. si quis cautio. Pulchrè consulendo scribit Bald. in con. 119. ver. in contrarium videtur. in 1. vol. con. Quia de talib. non est verisimile fuisse cogitatum, quamuis dictum sit, quòd traheretur obligatio ad incogitata, Alexan. de Imol. in consi. 28. num. 10. ver. sed his non obstantib. in lib. 1. & idem Alex. in consi. 107. in 3. libr. con. & in d. con. 28. tradit Alex. numer. 12. id etiam procedere, etiamsi iuramentum interuenisset: Quia iuramentum non trahitur nisi ad illos casus, ad quos traheretur renunciatio non iurata, Et iuramentum non ampliat, sed confirmat. l. fi. C. de non num. pecu. Et hanc sententiam approbat Phil. Corne. in con. 23. incip. videtur in hac consultatione. in 2. vol. con. & in con. 12. incip. licèt diffusè & egregiè discutiat. in 4. volu. con. vbi ait, quòd omnes casus fortuiti, dici possint insoliti & inopinati, sed secundum magis & minus. Nam quidam sunt qui facilè à quocunq; possunt præuideri, quidā qui non, nisi à prudentib. viris, quidam qui solū à prudentissimis, quidam verò, quos nullus etiam prudētissimus vir facilè cogitaret, & inter istos ponit casum belli. Et prædictam sententiā Bartoli cōmunem esse, scribit Ioan. Franc. de Ripa, in tract. de peste. §. de priuil. contract. causa pest. nu. 83. cir. fi. & num. 99. & Iacob. Mandellus, in con. 1. nu. 7. in fi. in suis con. licèt multi Doct. contrariā sententiam secuti fuerint, quorum veriorē opinionem esse arbitratur Alex. de Imol. in d. §. quæsitum. nu. 15. Et Iason appellat hanc sententiam magis communem, in con. 107. vers. nec huic fundamento obstat. in 1. vol. con. sed priorem tanquàm communi voto approbatā sequor, quā multos Doct. approbare certum est. Andre. Barba. in con. 21. nu. 11. cum seq. in 2. vol. con. Francis. Curt. in addit. ad Alex. in d. §. quæsitum. verb. tu veriorem. Carol. Molin. in addit. Alex. in d. con. 28. in verb. insolitus. vbi ab ipsis plures authoritates Doct. adducuntur. Meminit huius conclusionis nouissimè Francis. Bursatus magni nominis I C. in consil. 81. numer. 6.

CONCLVSIO LIIII.

4 CAVSA iusta & publica vtilitas in re dubia non præsumitur in principum ac legum definitionib. contra non subditum, secùs verò contra subditum. Ita pulchrè Panor. in c. quæ in ecclesiarum. num. 15. vers. Item limito vt præsumatur pro principe respectu subditorum tantùm, non autem respectu aliorum. Et Felin. num. 60. 61. & 62. vers. limitatertiò. vbi plures authoritates Doct. ab ipsis, & ab Apostilla: ad Commentaria Panor. in verb. respectu subditorum. allegantur. extr. de consti. Et hanc communem opinionem esse, cum adiecta egregia declaratione illius materiæ, dicit Vasquius Meuchacensis, in lib. 1. controuers. illust. cap. 2. nume. 2.

CONCLVSIO LV.

5 CAVSA, propter falsitatem, quæ in testib. vel instrumentis committeretur, non perditur. l. Diuus Hadrianus. ff. de re iudic. l. qui agnitis. ff. de except. secùs si circa acta falsitas esset commissa. Bar. in l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fisci. Abbas in c. cùm venerabilis. num. 30. vers. secundò principaliter noto. extr. de excep. Et hanc sententiam communem opinionem esse, scribit

Decius

Decius ibidem numer. 21. in gloss. in verb. per vitium. vbi ipse post Abb. eam materiam latiùs & eleganter prosequitur.

CONCLVSIO LVI.

6 CAVSA vna quando est summaria, altera plenaria, non est locus reconuentioni, quoad effectum simultanei processus, secus quoad effectũ prorogationis iudicis: Estq; hæc sententia communis, Iafred. Balb. in suis decisio. decis. 279. Quintil. Mandos. in additio. ad allegationes Lapi, allegat. 111. in Verb. Tertium. lit. e.

LVII. inuenies infrà.

CONCLVSIO LVIII.

8 CENSV ipso quempiam, ob ipsius non solutionem, non priuari communi opinione receptum est, c. constitutus. extr. de religio. domib. vbi communiter Doct. annotarunt. Si autem in contractu censuali esset appositum iuramentum, & censuarius censum non solueret in tempore conuento, eo priuaretur. Et hanc communem sententiam esse dixit Cassiodorus, in titu. de iureiu. decis. 2. Roland. à Valle, in consi. 6. num. 41. in 1. vol. con. referente.

CONCLVSIO LIX.

9 CESSIO quando fit ad commodum cedentis, ipsius confessio præiudicat cessionario. Bart. in l. si cum emptore. ff. de pact. & in l. facta. §. si. hæres. ff. Ad Trebelli. Estq; communis conclusio DD. referente Petr. Paul. Paris. in consil. 58. numer. 13. in 1. par. consil.

LX. inuenies infrà.

CONCLVSIO LXI.

11 CITATIONEM princeps tollere non potest, secũdum sententiam cõmuniter approbatam. vti refert pluribus DD. authoritatib. adductis Nicola. Boer. in suis decis. quæst. 247. num. 5. 6. & 7. Quam doctrinam latiùs explicarunt Crauet. in tract. de antiquitat. tempor. nu. 30. in princ. & Nico. Antoni. in suis analytic. annotatio. ad tractatum Octauiani Vestrij, in Romanæ aulæ actionem & iudiciorum mores, lib. 3. cap. 2. numer. 22. & 23.

CONCLVSIO LXII.

12 CITATVS ad locum non tutum toties appellare potest, quoties in ius fuit vocatus. Specul. tit. de appellat §. restat. numer. 5. & 6. Bald. in l. 2. numer. 6. C. de Episcop. aud. Panor. in c. ex parte. 47. num. 3. vers. Item noto ibi quoties. ext. de appellat. & ibi Deci. eod. num. 3. in 3. notab. inquit eam sententiam esse communiter approbatam. Addit ipse postea nonnullas declarationes, quas ibi cognoscere poteris.

CONCLVSIO LXIII.

13 CITATIO tria requirit, nimirum ipsius iudicis commissionem, citationis executionem & executionis relationem, aliàs citatio viribus carebit. Marant. in tract. de ordi. iud. in par. 6. de citatio. num. 51. vers. Præmitto tamen. Hier. Schurf. in con. 76. nu. 5. multos DD. citans. in 3. Centu. con. Mynsing. in obser. Came. 1. centur. obser. 77. nec ipsa citatio de iudicis commissione facta præsumitur. Panor. num. 33. vers. An autem si appareat. & alij DD. in c. 1. extr. de iudic. Bart. & alij in l. sciendum. ff. de verb. obli. Estque communis sententia referente Ripa ibid. num. 90. ver. Quartò quæro. vbi & ipse illius conclusionis ampliationes & limitationes post alios refert.

CONCLVSIO LXIIII.

14 CITATIO amicorum & consanguineorum in duobus casibus, quando contra pupillum, & quando contra absentem Reipub. causa proceditur, requiri solet. Et hanc sententiam communiori calculo DD. approbari scribit Alex. de Imola, multas Doct. authoritates allegans in l. si finita. §. Iulianus. num. 52. ff. de damno infecto. Nouissimè Balthasar Quinct. Aquilens. in suis additionib. ad consil. Paul. de Castr. consil. 5. numer. 19. in verb. de iure communi. in 3. part. consil. Quam materiam latè quoque gloss. in c. causam. in verb. ad domum. & Doct. Henric. Boich. Panorm. numer. 14. versicul. Vlterius nota. & ibi apostill. Sebastian. Sapia, in verb. amici, liter. c. remissiuè, extra de dolo & contumac. explicarunt.

CONCLVSIO LXV.

15 CITATIONEM domi factam, ve-

nisse ad notitiam citati, vt ob eam astringatur, an necessariò requiratur, plerique Doct. id necesse esse negant, tanquam sit in culpa quòd non reliquerit procuratorem aut alium qui nunciare posit. gloss. in l. ex consensu. §. vlt. ff. de appell. l. 1. §. vlt. ff. quand. appellan. sit. & in l. 1. §. item cum ex edicto. in verb. propositum. in verb. Notitiam. ff. quę sentent. sine appellat. rescin. Quæ sententia communiter approbatur, vti refert Tiraqu. plurib. adductis authoritatibus, in tractatu, de vtroque retract. §. 9. gloss. 2. numer. 39. versicul. Secundò principaliter quæro.

CONCLVSIO LXVI.

16 CITARI aliquis non debet ad domum, si copia illius haberi posit. Ita tradit Bartol. post alios in l. 4. §. prætor ait. numer. 2. & 3. & ibi apost. in verb. copia personæ, multas consimiles authoritates allegat. ff. de dam. infect. Doct. in c. causam quæ. extr. de dol. & contuma. licèt nonnulli voluerint, satis esse, si citatio alternatiuè fiat, vel ad faciem vel ad domum. l. scire etiam oportet. §. qui autem supra. ff. de excusat. tuto. Sed prior sententia communiori voto Doct. approbatur. Alex. de Imol. in d. §. prætor ait. num. 2. Tiraq. in tract. de vtroque retract. in verb. de retraict lignaier. §. 9. glos. 2. num. 44. ver. At maior pars atque potior constanter affirmat, hanc citationem ad domum esse succedaneam eius, quæ fit in faciem, vt videlicet fieri non posit, nisi cùm citandus perquisitus inueniri non potuit. l. 1. §. permittitur. ff. de lib. agnos. cum similibus adductis à Zas. in d. §. prætor ait. num. 10. & d. l. scire etiam oportet, intelligitur de alternatiua ordinis, Vt primùm in faciem, si citandus reperiri posit, citetur, aliàs ad domum. Lud. Roma. in consil. 454. numer. 5. Nicol. Anton. Grauat. in suis analyt. annotat. ad Octauia. Vest. Isagog. in Roman. aulæ actionem & iudicio. mores, lib. 5. cap. 13. in verb. Cui clausulæ. numer. 11. Cæterùm totam illam materiam optimè Tiraquel. in d. §. 9. gloss. 2. explicauit.

LXVII. LXVIII. LXIX. LXX. LXXI. inuenies infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO LXXII.

22 CIVITATES non recognoscentes superiorem, iura principis habere dicuntur, & illud de illis, quod de Principibus audicari debet. Bartol. in l. 1. in §. de qua re. ff. de postulan. l. acta. §. de amplianda. ff. de re iudic. in l. infamem. circ. fin. ff. de public. Iudic. Et hanc sententiam communem esse scribit Dec. in consil. 357. numer. 1. in fin. & in consil. 534. numer. 2. in 3. part. consil.

CONCLVSIO LXXIII.

23 CIVITATES siue recognoscant Principem superiorem, siue non, possunt loca publica, plateas, pascua, emporia & alia vendere, sed tali ordine, quòd primò per statutum faciunt locum publicum priuatum, & tunc possunt vendere huiusmodi loca, non tanquam publica, sed tanquam priuata, Bartol. in l. continuus. §. cum quis. numer. 5. Licèt Raphaël Cumanus ab illius sententia recesserit ibid. numer. 7. cuius doctrinam Pau. de Cast. numer. 4. ff. de verbor. obligation. approbat. Imò eo ipso quo ciuitas locum publicum vendit, pascua, &c. eo momento locus factus est priuatus per legem, Quia contractus ciuitatis est lex. l. ciuitas. & quæ ibi notantur. ff. si cert. petat. Et quod fora, vias, plateas publicas posit vendere, concedere vel alienare, text. est in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi & clam. Zasi. in d. l. continuus. §. cùm quis. numer. 4. sed Barthol. Cepolla, in suo tractat. seruit. c. 3. de seruit. viæ. numer. 22. versicul. sed si donaret. refert, Bartoli sententiam communiter probari, quem ipse sequitur.

LXXIIII. inuenies 7.

CONCLVSIO LXXV.

25 CLAVSVLA non obstante, &c. nihil operatur, quando plura obstant, sed debet vnicuique in specie derogari: Quia si extent plura obstantia, non sufficeret clausula generalis, Non obstante, &c. sed opus est quòd de singulis defectibus faciat mentionem. Bald. in l. 1. numer. 22. versic. vnum etiam scias. C. de furt. Alex. de Imol. in consil. 60. numer. 20. in fin. versicul. accedit. & in consil. 196. numer. 10. versicul. ad idem optimè facit. in 2. lib. consi. Felin. in c. nonnulli. numer. 21. vers. quinta conclusio. extr. de rescript. Ias. in l. fin. numer. 6. C. si contra ius vel

lius vel vtil. public. Et hanc communem conclusionem Doct. esse, inquit Ioan. Neuizan. in con. 11. nume. 71. vers. resultat illa communis conclusio. inter cons. feudalia Alber. Bruni.

CONCLVSIO LXXVI.

26 CLAVSVLA, Sub pœna amissionis causę, & priuationis Iurium, operatur, quod contraueniens seu non implens ea quæ sibi demandantur, causam amittat, & priuandus veniat Iuribus suis. cap. 1. & ibi Panorm. num. 11. ext. de locato. glo. in c. vni. in verb. sub Anathemat. ext. de sagittar. Quam glo. inquit Panorm. in dict. cap. 1. num. 11. communiter approbari. Refert quoq; Quintil. Mandos. in tracta. de monitor. quæstio. 30. nume. 4.

LXXVII. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO LXXVIII.

28 CLERICVS vel Prælatus si habuerit administrationem in vita, æquiparatur vsufructuario, in morte verò vsurario, ideò de fructib. beneficij nihil disponere potest. Si autem fuerit simpliciter beneficiatus, & vtroque tempore, in vita & in morte, æquiparatur vsufructuario, quoad faciendos fructus. Hanc distinctionem refert gloss. in verb. reseruari. in c. præsenti prohibemus. quod est fin. de offic. ordin. in 6. eamq; per generalem consuetudinem vbique approbatam esse circa fin. glos. additur. Cuius distinctionem multi Doctor. referente Ioan. de Imol. in c. fin. numer. 8. cum seq. ext. de pecul. clerico. & in c. peruenit. num. 31. ext. de fideius. tanquam sententiam cōmunem approbarunt. Ita quoque consulendo scribunt magnæ authoritatis viri Petr. Philipp. Corne. in cons. 314. numer. 2. in 3. volu. con. & Nicol. Bellon. in cons. 3. numer. 6. Licèt multi alij de hac communi sententia dubitare videantur, vt manifestè apparet ex Cōment. D. Panorm. in dict. cap. fin. num. 5. ext. de pecul. clerico. & in c. cùm esses. nu. 21. versic. secundò principaliter quæro. ext. de testam. & vltim. vol. De quo articulo satis quoque eruditè disputat Stephan. Bertran. in cons. 296. in vol. 3. part. 2.

CONCLVSIO LXXIX.

29 CLERICVS si curauerit se eligi in clericum, in fraudem, vt euitaret Iudicis sæcularis iudicium & pœnam, ratione delicti ante clericatum perpetrati, eo casu nullo priuilegio defendi posset. Ita voluerunt Ioan. Andr. in cap. vni. ext. de obligat. ad ratiocinia ordinan. Frederic. Senensis in quæstio. 99. & Bartol in l. 1. num. 3. ff. de pœn. Et hanc communem opinionem DD. esse scribit consulendo Ioan. de Imol. in cons. 118. inci. in casu præmisso. De fraude autem dicunt non debere præsumi, nisi iam esset accusatus, vel in crimine deprehensus, eo tempore quo fit cleric. per l. fi. ff. de bonis eor. Frederic. Senen. in d. quæst. 99. circ. fin. & Oldra. de Pont. in consil. 4. num. 2. vers. de fraude, vbi Rainald. Corsus nouissimè non contemnendas additiones consimilium authoritatum DD. adiecit. Quam tamen quęstionem latiùs explicat Didac. Cauarru. in suis pract. quæst. cap. 32.

CONCLVSIO LXXX.

30 CLERICI feudum capere & retinere possunt, cùm per substitutos Domino inseruire possint. Hoc communi opinione obtentum esse scribit Zas. in vsib. feud. par. 5. numer. 71. in Tom. 4. & secundùm hanc communem sententiam bis facultatem Iuris Academiæ Ingolstadiensis iudicasse refert Barthol. Romul. in l. vt vim. numer. 70. ff. de iust. & iure. De qua quæstione videantur Decis. Senat. Pedemon. Decis. 27.

CONCVLSIO LXXXI.

31 CLERICVS à summo Pontifice impetrare priuilegium testandi, & disponendi de reb. & reditib. Ecclesiæ potest. Cùm hoc Papa ex causa concedere poss..t, quia ad illum Ecclesiarum, personatuum, dignitatum, aliorumq; beneficiorum Ecclesiasticorum plenaria dispositio pertinere noscitur. c. licet. de præb. lib. 6. Clem. 1. vt lite pendente iunctis Legib. l. si quando. C. de inoff. test. l. si mutus. ff. de testa. Marian. Soc. Sen. in cons. 13. per totum con. in 1. vol. Alex. de Imol. in con. 15. lib. 2. & in l. & militib. C. de testamento milit. Et hanc Doct. communem sententiam esse, Dec. in cons. 157. & Ioan. Dilect. in tracta. de arte testan. tit. 1. de his qui non habent testamenti fact. cautel. 3. num. 3. dicunt. quam conclusionem Dec. & Dilectus latiùs explicarunt.

CONCLVSIO LXXXII.

32 CLERICVS habens concubinam, si admonitus fuerit, & relinquere illam noluerit, ab Ecclesiasticis beneficijs vsque ad satisfactionem congruam suspenditur. capit. sicut. imò priuari potest iisdem. c. si autem. ff. de cohab. cleric. quod etiam de iure Ciuili procedit. l. eum qui. C. de episc. & cleric. Quæ sententia communiter est recepta, referentib. Ripa in l. si vnquam. in 28. quæst. C. de reuocand. donat. numer. 74. cum seq. & Roland. à Valle, in cons. 98. numer. 7. in 1. Tom. Cùm clericus non sit solutus, sed ligatus Ecclesiæ. cap. inter corporalia. ext. de translat. episco.

CONCLVSIO LXXXIII.

33 CLERICORVM concubinas non esse de foro Ecclesiæ, & posse per laicos puniri, contra communes opiniones Doct. multis argumentis tradit Vdalric. Zas. singul. respons. lib. 2. cap. 17.

CONCLVSIO LXXXIIII.

34 CLERICVS si fuerit productus in testem coram iudice laico, & falsum deponit, potest puniri per iudicem laicum. glos. in l. nullum, in verb. præscriptionem. Cyn. vers. sed respondeo. Bald. vers. quæro hic de clericis. num. 5. in fin. C. de testib. & Hippol. de Mars. in l. fin. nume. 152. ff. de iurisd. omnium iud. Sed communis Doct. opinio communiori calculo approbata est in contrarium, id attestantib. Robert. Maranta, in tractat. de ordin. iud. in part. 6. in 12. actu. De incidenti criminali contra aduersarium quid falso producétem. ver. sed quid si fuit. numer. 4. & Roland. à Valle, in con. 12. num. 34. cum seq. & num. 58. in 2. Tom. con.

CONCLVSIO LXXXV.

35 COLLECTAM quis subire & exponere debet, eo in loco vbi quis possidet bona: Quod adeò generale est, vt ratione receptæ consuetudinis per Italiam imponantur collectæ etiam forensib. in loco vbi prædia possident. Bartol. in l. vnica. numer. 28. C. de mulierib. & in quo loco, lib. 10. Bald. in l. etiam. numer. 15. cum seq. C. de execut. rei iudica. Alex. in con. 52. numer. 5. in lib. 5. con. Ias. in con. 83. vers. Item generalis consuetudo per totam Italiam. in 3. vol. consil. vbi ipse plures authoritates adducit. Dec. in con. 684. numer. 10. in 5. part. con. Marian. Socin. Iun. in con. 49. num. 26. in 1. vol. con. Aymon Cranett. in con. 111. numer. 10. in 1. part. cons. Et hanc esse veram & communem conclusionem firmat Curt. Iunior in con. 106. num. 1. & nouissimè Nicol. Festas. in tract. de æstim. & collectis, in 2. par. cap. 3. nume. 24. An autem ea doctrina procederet, quádo collecta imponeretur secundum æstimum, latè disputauit Roland. à Valle, in con. 32. num. 14. cum seq. in 1. Tom. con.

CONCLVSIO LXXXVI.

36 COLLECTAM etiam forensibus ratione receptæ consuetudinis imponi posse diximus, in verb. collectam quis subire. Sed quódnam tempus ad inducendam talem consuetudinem, secundum sententiam cómuniori voto approbatá requiratur, explicandum est. Et respondent interpretes Iuris, sufficere decem annos. Bartol. in l. de quibus. num. 14. ff. de legib. & Curt. Iun. refert illud tempus communiter à DD. solummodò requiri, in consil. 42. nume. 7. versic. non video igitur. con. 60. num. 3. ver. Et subdit Alexan. & in cons. 61. num. 6. vers. Cum igitur. Estq; hæc sententia communis, vt per plures DD. adductas authoritates testatur nouissimè Nicol. Festa. in tract. de æstimo & collectis, par. 2. cap. 3. An & quando forensibus indicentur collectæ. num. 25. vers. occurrit circa hoc.

CONCLVSIO LXXXVII.

37 COLLECTARVM soluendarum onus spectat ad possessorem. l. 1. & ibi gloss. in verb. annonas. & Bartol. num. 1. C. de anno. & tribut. Frideri. de Sen. in quæst. 81. nu. 1. & 4. Paul. de Cast. in l. inter debitorem. num. 4. & Ias. numer. 1. ff. de pact. Matth. de Affl. in decisio. sacri conci. Neapol. decisio. 95. Estq; sententia hæc communis prædicto Frideric. de Senis in d. quæst 81. numer. 1. & Balth. Quinct. Aquil. in addit. ad cons. Paul. de Cast. in cons. 37. in verb. Ex persona propria. numer. 46. in 3. part. con. referentibus. Hoc ita accipi oportere voluit Hieronym. Cagnol. de illis collectis, quæ imponuntur ratione rei, non autem ratione personæ, in leg. 2. numer. 225. C. de pact. int. empt. & vend.

CONCLVSIO LXXXVIII.

38 COLLATIO facta ab Episcopo sine præsentatione patroni, est nulla. c. decernimus. 16. q. 7. c. cùm dilectus. ext. de iure patronat. quam quæstionem latiùs explicat Guido Papa in Decis. Gratianopol. quæst. 374. Et hanc sententiam magis communem esse inquit Rochius de Curte, in tracta. de Iure patron. in verb. honorificum. in 1. quæstio. nume. 1. in 15. vol. tract. Doct. Sed optimè illam explicauit Roland. à Valle, in con. 47. numer. 22. cum seq. in 1. Tom. con.

CONCLVSIO LXXXIX.

39 COLLATIO locum non habet inter ascendentes succedentes descendentib. Alexand. de Imol. & alij in l. si emancipati. C. de collat. Licèt autem Ias. ibid. num. 28. disputationis gratia quædam argumenta contra communem adduxerit, quib. respondet Dec. nume. 5. addens fortiores, contra communem, rationes: tamen nec ipse ausus est recedere à communi, vt ibi latiùs pereum. Quam cōmunem eleganter defendit Hieron. Cagnol. in d. l. si emancipati. nume. 119. cum seq. vers. secundus articulus.

CONCLVSIO XC.

40 COMPENSATIO de quantitate ad quantitatem in liquidis fit ipso iure, quando de ea pars opponeret. l. si constat. & ibi Doctor. C. de compens. Et hanc communem opinionem Doct. esse dicit Marian. Socin. Iun. in con. 147. num. 4. in 1. part. cons.

CONCLVSIO XCI.

41 COMPENSATIONIS exceptio alicuius quantitatis vel debiti, si quis iurauerit soluere, opponi non potest, sed necesse est vt præcisè soluat, per text. & ibi Doct. in c. ad nostram. 1. ext. de iureiurand. Et hanc communem Doct. opinionē esse inquiunt Felin. ibid. circa fin. vers. & per hoc apparere existimo. Alexand. de Imol. in consil. 91. numer. 5. in 2. lib. cons. Et Andr. Tiraq. in tract. de vtroque retract. §. 3. glos. 3. nume. 6. versic. aduerte. Licèt alij multi contrariam sententiam secuti fuerint, quam comprobat idem Alexand. de Imol. in con. 12. num. 15. in eod. 2. lib. cons. & horum opinionem sequitur Carol. Molin. in d. cons. 91. in verb. damnatur. & idem in Commenta. suis in consuetud. Paris. in 2. parte. §. 62. numer. 19. cum seq.

CONCLVSIO XCII.

42 COMPENSATIO fit ipso iure, quo ad impediendum cursum vsurarum. l. si constat, & ibi Bartol. inquiens, quantum ad impediendum cursum vsurarum fit compensatio ipso iure vsq; ad concurrentem quantitatem, & ibi apostill. C. de compensat. Alex. de Imol. in con. 74. nu. 4. ver. sed præmissis non obstantibus, lib. 5. con. Socin. Sen. in con. 99. post num. 4. ver. Quoniam. in 1. vol. cons. Estq; hæc sententia communiter approbata, vti refert Ioan. Hieron. Card. Alb. in suis Incubrationib. in Bart. in d. l. si cōstat. Et idem est quo ad euitandam pœnæ commissionem, non autem quo ad pœnam cōmissam. Alex. de Imol. in con. 196. num. 5. in 7. volu. Quam quidem materiam latiùs explicarunt Matth. de Afflict. in decisionibus Sacri sancti conc. Neapolita. decisio. 121. & Tyndar. in tracta. de compensatio. articulo 6. in 5. vol. tractat.

CONCLVSIO XCIII.

43 CONDEMNATIO si alicui commissa fuerit, videtur etiam eidem commissa absolutio, & econtrà. c. inferior. & ibi gloss. in verb. inferior. distinct. 21. & in c. cùm inferior. ext. de maior. & obed. & econtrà, cui prohibetur condemnatio, eidem videtur quoque prohibita absolutio. Vnde dubitarunt Doct. an hoc vltimum dictum haberet locum in materia correctoria, vt qui prohibetur condemnare ex lege noua correctoria, videatur etiam prohibitus absoluere. Sed gloss. in Clemen. 1. in verb. contra eos. de hæreti. dicit, quòd in materia correctoria hoc non habeat locum, propterea prohibitus condemnare poterit absoluere. Quam Doct. ibi communiter approbarunt. Hinc soluitur illa disputabilis quæstio, si inquisitor hæreticæ prauitatis & ordinarius vterque in condemnando interuenire debeat, an ita etiam in absoluendo, an verò vterque solus possit absoluere. Licèt autem Francisc. de Acolit. Aretin. in Rubr. numer. 3. & Barthol. Socin. numer. 8. d. glossam in verb. contra eos. ff. de acquir. possess. non approbauerint: Tamen Dec. in l. nemo qui condemnare. numer. 3. ff. de reg.



reg. iur. & Ias. in l. 3. numer. 9. vers. quid tenendum. ff. de re iud. Quia si tollitur potestas condemnandi, non videtur adempta potestas absoluendi, glo. in d. Clem. 1. verb. contra eos, optimè defenderunt. & huius gloss. opinionem magis communem esse, Lodouic. Carer. in suo tracta. de hæreticis. capit. incip. de cuius inquisitoris officio. numer. 9. inquit. Verùm Hieron. Cagnol. ex Cardin. Alexand. in d. c. inferior. refert, gloss. illam saluari in casu suo, specialeq; esse in inquisitione hæresis, vt licèt inquisitor sine Episcopo condemnare non possit, absoluere tamen valeat fauore absolutionis, vt ipse latiùs in d. l. nemo qui condemnare. nume. 3. prosequitur. Quamuis non ignorem Marian. Socin. Iun. referre in d. Rubr. de acquir. possess. num. 66. Aretin. Barthol. Socin. & aliorum sententiam videri communem opinionem esse: tamen ipse num. 81. vers. pro hoc. addit Felin. Dec. & Ias. authoritate posse dubitari, quę sit communior opinio, à quorum authoritate, cùm ipse respondeat contrarijs argumentis, recedere non videtur.

XCIIII. XCV. suprà.

CONCLVSIO XCVI.

46 CONFESSIO dotis facta constante matrimonio etiam animo donandi nisi morte confirmetur, non valet, quia bonis moribus est prohibita. l. 1. ff. de donat. int. vir. & vxor. Estq; communis conclusio DD. vt pluribus scribunt Alex. de Imol. in cons. 141. num. 4. in 5. lib. cons. Roland. à Valle, in cons. 93. numer. 1. & 2. in 1. Tom. Et Bald. Quinct. in addit. ad cons. Paul. de Cast. cons. 50. in verb. constante matrimonio. nume. 14. in 3. part. consil.

CONCLVSIO XCVII.

47 CONFESSIO tunc præiudicare parti dicitur, quando ab altera fuit acceptata, aliàs secùs. Ita semper consulendo post alios tradidit Alex. de Imol. in cons. 90. numer. 1. & in cons. 111. numer. 7. vbi Carol. Molin. in verb. acceptata. plures authoritates Doct. allegat. & idem Alexand. in con. 20. nume. 5. in 4. lib. cons. & in cons. 184. in 6. vol. cons. Ias. in l. error. num. 5. 6. & 7. C. de iur. & fact. ignor. & idem Ias. in l. postquam liti. nume. 2. C. de pact. Et hanc sententiam communem esse affirmant Curt. Senior in cons. 77. & Paris. in cons. 131. in 1. vol. Licèt alij contrariam sententiam de iure veriorem, & melioribus rationib. fulcitam esse, existimauerint. Barthol. Socin. in cons. 228. nume. 6. in 2. vol. cons. Alciat. in tract. de præsumpt. in 3. regul. prin. præsumpt. 21. numer. 6. cum seq. Rolan. à Valle, in cons. 26. numer. 18. in 1. Tom. consil.

CONCLVSIO XCVIII.

48 CONFESSIO mariti de dotis receptione tantùm debet operari in præiudicium mariti, & quorumcunq; creditorum, quando sunt lapsa tempora, opponēdi exceptionem non numeratæ dotis, sicut vera & realis solutio dotis operatur, quę marito & omnibus creditoribus præiudicat. Hanc communem Doct. sententiam esse multis adductis authoritatib. inquiunt Matth. de Afflict. in Decis. sacri con. Neapol. Decis. 402. numer. 11. Item vera conclusio Doct. est pro communi opinione. & Roland. à Valle, in cons. 85. numer. 42. in 1. Tom. cons.

CONCLVSIO XCIX.

49 CONFESSIO an propriè sit species probationis, magna inter Doct. est altercatio: multi enim voluerunt speciem probationis, & propriè quidem eam dici. glos. in leg. 1. in verb. quemadmodum. C. de eden. Bartol. in l. vnica. num. 8. ff. de offic. consul. & in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. Salycet. in Rub. num. 4. vers. tu dic. C. de probat. Quorum mentionem faciunt adiectis multis argumentis & rationibus, Philip. Dec. in Rub. numer. 9. vers. contraria opinio, scil. quòd imò confessio sit species probationis. Marc. Mantua præceptor. numer. 10. versic. contrariam autem sententiam. extr. de probat. & Hippol. de Marsi. in repet. Rub. numer. 80. cum seq. C. de probat. Sed contrariam sententiam, quòd confessio non sit species probationis, communi voto receptam passim multis in locis interpretes referunt. Cyn. in l. actor. num. 3. vers. item per simplicem confessionem. & Bald. numer. 3. versic. secundò pręmitte. C. de probat. & idem Bald. in Auth. sed nouo iure. nume. 12. versic. tamen si negetur. C. si cert. petat. quia confessio non est species probationis, sed per eam quis ab onere probandi releuatur, vt de iuramento asseritur. l. eum qui. ff. de iureiur. & per tex. inc-

in c. 1. de confess. lib. 6. Ioan. Andr. in prin. Rubr. & Panorm. ibid. numer. 3. versic, secunda oppositio est, Ioan. de Imol. in cap. 1. numer. 1. ext. de probat. & multi alij Doct. adducti per Dec. in dict. Rub. num. 8. versic. expedita differentia. Quorum sententia communis est, referentib. ibidem Felino, numer. 6. Decio d. numer. 8. Mantua num. 2. versic. sed prima melior. & numer. 10. ver. teneo igitur ego. nec non Hippol. de Mars. in d. repet. Rubr. numer. 88. C. de probat. & eod. Hippol. in suis singul. singul. 110. incip. Communis Doct. opinio est.

CONCLVSIO C.

50 CONFESSIO procuratoris, tutoris, curatoris, facta per modum contentiosæ iurisdictionis, præiudicat Domino, pupillo & adulto. Bartol. in l. certum. §. sed an & ipsos. numer. 2. vbi ipse inter modum voluntariæ & contentiosæ iurisdictionis eleganter distinguit. Et idem Bartol. in l. non solùm. in princ. ff. de procura. Philip. Corne. in cons. 175. in 4. vol. con. Dec. in cons. 221. numer. 1. Ias. in cons. 47. numer. 4. in 1. vol. consil. Et hanc tritam conclusionem Doct. appellat Roland. à Valle, in consil. 70. numer. 3. in 1. vol. cons. De qua doctrina copiosè scribunt Iuris Canonici interpretes, in c. fin. Heinric. Boich. num. 40. cum seq. Ioan. de Imol. num. 8. & 9. & Panorm. numer. 10. ext. de confess.

FINIS PRIMAE CENTVRIAE.

COMMVNIVM CONCLVSIONVM LAVRENTII KIRCHOVII

CENTVRIA SECVNDA.

CONCLVSIO I.

51 CONFESSVS occidisse ad defensionem, punitur non probata defensione, non tamen de homicidio ordinaria pœna, vt pœna capitis, sed mitiori veluti pecuniaria vel exilio temporali. Abb. in capit. auditis. num. 32. extr. de præscript. Quem & alij communiter sequuntur, referente Iasone in l. vt vim. nume. 13. vers. tu tamen valdè singulariter limita. ff. de iust. & iur. cùm in pœna capitis inferenda probationes luce meridiana clariores requirantur. l. fin. C. de probat. Quod non verificatur in isto casu, cùm illa confessio non emanauerit purè, sed qualificatè, cumq; super delicto iudex procedat ex præsumptionibus, debet multùm temperare sententiam in condemnando. Innoc. in cap. quia verisimile. numer. 2. versic. tamen quod vbi ex præsumptionibus. ext. de præsumptio. Contra hanc decisionem argumenta nonnulla adducunt Bartho. Socin. in l. non vtiq;. numer. 7. ver. Sed ista opinio videtur esse contra mentem DD. & non est vera, licèt sit fauorabilis inquisitis vel accusatis. ff. de except. Philip. Dec. in d. l. vt vim. numer. 26. quorum argumenta per plures rationes cõprobat Hippol. Riminal. ibid. num. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. & 239. sed Abba. sententia magis communiter per Scribentes probatur. Felin. in c. cum venerabilis. num. 15. vers. Secundò nota. ext. de except. & in cap. significasti. 2. num. 13. versi. & ista nota, quia sunt pulchra. ext. de homicid. Alex. de Imo. in l. non solùm. §. sciendum. num. 5. ff. de oper. no. nunc. Barthol. Socin. sibi contradicens in l. 1. numer. 10. versic. Ad quæ etiam vide. ff. de vulga. & pupilla. Dec. in l. 1. lectur. Floren. num. 16. in fin. ff. si certum petat. & in d. c. cum venerabilis. num. 20. vers. & retenta ista limitatione, & ibi Sylnest. Aldobrand. in suis addit. in verb. Non debet. Thom. Ferrat. in Cautela 5. Hippol. de Mars. in suis sing. sing. 185. & in sua pract. §. postque. numer. 24. Boer. in suis decisio. quæst. 164. num. 10 & 11. Thom. Grammat. in voto 2. numer. 3. & in cons. 69. num. 13. vbi addit, hoc ita in praxi obseruari. Et haud senten-

ſententiam communem eſſe commemorat AEgid. Boſs. in tract. crimin. mater. tit. de confeſs. nu. 20. in fin. Quam recentiores ſcriptores communiter approbarunt. Crauet. in conſ. 2. numer. 20. Petr. Calæpha. in conſ. 202. numer. 10. in 1. volu. & in conſ. 88. num. 10. in 2. vol. cauſa crimin. Philip. Dec. in conſ. 102. num. 22. in Tom. 1. con. ad cauſ. crim. recens editorum Venet. anno 66. Capyc. in deciſ. con. Neapol. deciſ. 155. num. 11. ver. Quinta eſt dubitatio. Hippol. Riminal. in d. l. vt vim. num. 240. ſequitur hanc ſententiam tanquam humaniorem pro vita hominis conſeruanda, & argumenta contraria eleganter confutat, quæ tranſcribere non eſt neceſſe. Quam & Iacob. Menoch. in lib. 2. Centu. 1. de arbitra. iud. quæſt. caſu 93. in fin. & lib. 2. Centu. 3. caſu 279. num. 6. & 7. approbat. Et ante illos Ludouic. Carer. in ſua ſolenni repetiti. l. 2. C. Quorum appellat. non recip. capit. de homicid. & percuſſ. num. 87. pag. lib. mei 106. & in verſ. & notant D D. nu. 15. pag. lib. mei. 237. Iul. Clar. in lib. 5. ſentent. Iur. §. fin. quæſt. 55. ver. Item poſſet allegare.

CONCLVSIO II.

52 CONFESSIO partis hoc operatur, quòd licèt pro parte aduerſa eſſet præſumptio iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio. l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in fraud. credi. admittetur tamen probatio per confeſsionẽ partis, ſecundum gloſſam cõmuniter approbatam, in §. aliud quoq;. in verb. ſcribat. in authen. de æqual. dot. Cyn. in auth. ſed iam neceſſe. num. 4. Bart. in fin. Ang. Peruſ. nu. 5. & 7. Salic. nu. 3. Sichard. numer. 5. C. de donat. ant. nupt. Et ita communiter D D. tradere inter cætera conſulendo ſcribit Franciſ. Curt. Iun. in cõ. 17. nume. 12. verſ. Nonum etiam argumentum. Meminit etiam Balth. Quinct. in additio. ad conſ. Paul. de Caſt. in conſil. 38. in verb. non per teſtes. num. 44. in 3. part. con. quam concluſionem latè & perſpicuè declarat D. Alciat. in tractat. de præſumpt. in prin. §. videndum eſt nunc de præſumptione iuris. numer. 5. verſ. limitatur primò.

CONCLVSIO III.

53 CONFESSIO dotis conſtante matrimonio facta, in dubio præſumitur facta animo donandi, & non probat. l. 2. C. de dote cauta, non numer. Barthol. Soci. plures auctoritates allegans in conſil. 82. in prin. in 3. volum. con. tamen ea ſententia non procedit, vbi elapſi ſunt decem anni, quia tunc omnis querela excluditur. l. fin. cum auth. ſeq. C. eod. tit. gloſſ. in verb. facit. l. 1. c. de titul. Bart. in l. aſsiduis. nume. 11. C. qui potio. in pig. Et hanc ſententiam dicit Socin. Sen. in d. conſ. 82. num. 1. in fin. communiter approbari, eandemq; latiùs declarat Ioh. Hier. Cardi. Alb. plures citans in ſuis Iucubratio. ad Bartol. in Rubr. ff. de donatio. int. vir & vxor.

IIII. & V. infrà.

CONCLVSIO VI.

56 CONSCIVS de patriæ proditione vel coniuratione, ſeu tractatu aliquo contra Rempub. vel principem inſtituto, ſi non reuelet atque in lucem proferat illum, incidit in crimen læſæ Maieſtatis, eiuſq; pœnam ſuſtinere debet, ita Barto. affirmat in l. 1. §. occiſorum. nume. 3. ff. de S C. Syllaniano. & in l. vtrùm. ff. ad l. Pompeiam. de parric. Angel. in tracta. malefic. §. Et hai tradito la tua patria. numer. 10. & 11. vbi ipſe dicit, opinionem Bartoli quotidiè in practica obſeruari & communem eſſe, licèt multi alij de ea deciſione dubitare videantur, afferentes talem ſcientiam puniri non debere, niſi ſciens probationem delicti habuiſſet, Dec. numer. 9. & Cagnol. poſt alios in l. culpa caret. numer. 8. ff. de reg. iur. Dec. in c. 1. numer. 7. ext. de offic. delega. ſed priorem nouiſsimè Bartholom. Romul. in l. vt vim. numer. 152. ff. de iuſt. & iure, ſequitur, vbi ipſe ex Decio & alijs nonnullas limitationes addit.

CONCLVSIO VII.

57 CONSENSVS in alienatione rei feudalis, ſecundum magis communem opinionem Doct. vt ex interuallo interueniat, ſufficit. Ita Andr. de Iſern. in cap. 1. & ibi Aluarot. numer. 15. verſ. quæro an conſenſus & licentia Domini ſufficiat, ſiue præcedat alienatio, ſiue ſubſequatur. titul. de prohib. feu. alien. per Frideric. & Franciſ. Curt. in tracta. Feuda. in 4. part. ex quib. cauſis feud. amitta. in 2. regul. prin. verſi. ſecunda cadit neceſſaria dubitatio. numer. 138. Quia cùm ſolùm agatur de præiudicio ipſius Domini, ſufficit conſenſum ex poſt facto interuenire. l. in concedendo. in fin. ff. de aq. plu. arcen. Item

cen. Item quia talis consensus tendit ad tollendum impedimētum, propter quod erat prohibita alienatio, vnde debet cessare effectus impedimenti superueniente consensu. leg. vbi lex. ff. de vsucap. Philip. Dec. in consil. 144. numer. 1. Ludouic. Gozadin. in consil. 26. vers. primo, quia de consensu Domini valent alienationes, numer. 9. & in consil. 63. numer. 3. Matth. de Afflict. in Decis. sacri. consil. Neapol. Decis. 286. numer. 2. & Anton. Capicius, in Decis. sacri concil. Neap. Decis. 115. Iacob. Heinrichmannus in consil. 1. versic. secundò quia dato. numer. 2. in 1. Tom. Hanc magis communem Doctor. opinionem esse refert Roland. à Valle, in consil. 97. num. 33. in 1. Tom. con. Bursat. in consil. 49. nume. 25. & consil. 50. numer. 28.

Conclvsio VIII.

58 Constitvtvm vt operetur effectum suum, necesse est probari, quòd constituens tempore constituti possederit, aliàs illud nihil operabitur. Alexand. de Imola, post glossam, & Angelus in leg. quamuis pupillus. in §. si conductor. numer. 8. ff. de acquir. vel amittent. possess. & in consil. 161. numer. 1. lib. 6. & in consil. 24. nume. 5. lib. 7. Dec. in l. contractus. numer. 15. & 16. ff. de reg. iur. in consil. 251. numer. 3. in cons. 281. numer. 5. Ias. in cons. 148. numer. 5. in 4. volum. consil. Hanc communem Doctor. conclusionem esse dicit Roland. à Valle, in cons. 79. numer. 23. in 1. Tom. consil. eruditè vt omnia tradit Andr. Tiraq. cum infinitis adductis Doctor. authoritatib. in tracta. de iure constituti possessorij. in 3. part. in 1. limita.

Conclvsio IX.

59 Consvetvdo laicorum non ligat clericos vel Ecclesias. c. Ecclesia S. Mariç. & ibi Doct. ext. de constit. Et hanc communem conclusionem Docto. esse refert Petr. Rebuff. in tract. de consuet. vsu & stylo. in præfat. numer. 56. in Tom. 3. Commenta. in consuetu. Regias Gallicas.

Conclvsio X.

60 Consvetvdo praua delinquentem quo ad forum poli, non quoad Devm excusare potest. Petr. de Anchor. in consil. 283. vbi dicit, consuetudinem malam excusare solùm à pœna temporali, non autem à gehennali. Roma. in suis singular. singul. 19. incip. An consuetudo reprobata excuset. & ibi Apostillatores recentiores, multas authoritates cumularunt. Estque communis opinio referente Iohan. Hieron. Alba. in suis lucubratio. in Bartol. in l. si quis fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ędili. edict. vbi ipse addit, hanc doctrinam solummodò procedere quando sumus in prohibiris iure positiuo, alioqui autem si etiam diuini Iuris prohibitio concurreret, tunc praua consuetudo non excusaret quempiam à pœna temporali, allegans Felin. in c. ea quæ. ext. de Simo. Alexand. in consil. 45. lib. 4. consi. & Ang. in con. 90.

Conclvsio XI.

61 Consvetvdo introducitur ex moribus & vsu hominum. l. de quibus. ff. de leg. §. sine scripto. Inst. de iur. nat. gent. & ciui. Idcirco non requiritur necessariò actus iudiciarius. Crauet. post alios in con. 55. num. 6. Iohan. Hier. Card. Alb. in suis lucubra. in Bart. in repetitione l. de quibus. nume. 21. ff. de legib. Sed hæc conclusio dextrè intelligenda est. Fateri quidem oportet, ex actu iudiciario introduci consuetudinem, si Iudex iudicauit contra legem populo sciente & non contradicente. Vnde actus iudicialis sufficit ad probandum consuetudinem, nō vt actus iudiciarius, sed quia per illum actū exprimitur consensus populi. Et ita procedit textus in l. cum de consuetudine. ff. de legib. Estq; hæc communis DD. sententia, vti refert pluribus adductis authoritatibus Syluest. Aldob. in d. §. sine scripto. nume. 22. Quam conclusionem latiùs explicarunt Panor. in c. fin. numer. 16. & alij ext. de consuetud.

Conclvsio XII.

62 Consvetvdo non ex hoc probatur, si quis obtinuerit in iudicio contradictorio, sed benè cùm iudex pronunciauerit talem esse consuetudinem. Anton. de Butr. in c. fi. ext. de consuet. Et hanc communem sententiam esse scribit Rebuff. in tracta. de consuetu. vsu & stylo. artic. 2. glo. 3. nu. 8 in eod. Tom. Crauet. in con. 55. nu. 6. ver. Non obstat. Ioh. Hier. Card. Alb. in suis lucubrat. in Bartol. in l. de quibus, in lectu. num. 9. ff. de legibus.

CONCLVSIO XIII.

63 CONSVETVDO etiam contra ius scriptum spacio 10. annorum inducitur, Licèt quidã voluerint 40. requiri annos. Sed quòd 10. sufficiant extra bona Ecclesiastica est communis Doct. sententia. Doct. in l. de quib. ff. de legib. pulchrè Panor. in c. fin. nu. 11. ver. Quantum verò tempus requiratur ad consuetudinem inducend. ext. de consuet. Guido Papa in consi. 131. num. 4. vers. quæro pro declaratione huius materiæ, in 2. par. in cons. 164. num. 3. vers. & inducitur illa consuetudo etiam spacio 10. annorum, in 3. par. cons. & Rebuff. in eod. tracta. de consuet. d. artic. 2. d. glos. 3. nu. 17. Ioan. Hier. Card. Alba. in suis lucubratio. in Bart. in l. de quibus. in lectu. num. 7. ff. de legib. hanc conclusionem remissiuè explicat. & Frid. Schenck in suo Viridario conclusio. Iuridic. conclus. 87.

CONCLVSIO XIIII.

64 CONSVETVDO quòd per priuatum, qui ius condere non potest, induci non possit, communis Doct. sententia est. Ita refert Petr. de Ranenna, in tract. de consuet. num. 129. in 9. vol. tract. idē voluit Roch. de Curt. in c. fin. de consuet. nu. 379. vbi inquit, quòd communiter, cùm loquimur de consuetudine, intelligimus de ea, quæ causatur à tacito consensu vnius vniuersitatis, vel maioris partis, cùm ad eam inducendam tacitus consensus exigatur, & ideò concludit, quòd consuetudo vnius hominis non dicitur propriè consuetudo, quia non conuenit cõmuni definitioni cõsuetudinis, subdens quoq; quod licèt Cardin. ibi velit, quòd ex moribus vnius hominis possit induci consuetudo, tamen quod largè hoc procedit, quia potiùs dicitur assuefactio, quæ differt à cõsuetudine propriè sumpta. Roland. à Valle, in cons. 5. numer. 74. in 1. volum. cons.

X V. inuenies infrà.

CONCLVSIO XVI.

66 CREDITOR pupilli non excusatur à munere tutelæ ratione crediti, nisi præbeat ad sancta eloquia iusiurandum, quod ex veritate credit, se obligatũ habere pupillum. Textus est in §. vt autem non demus. in Authen. vt ij, qui obligatos se habere perhibent res minorum. colla. 6. & ibi Angel. de Perus. numer. 1. inquit; nota, quòd vocatus ad tutelam, vel curam, si iurat se credere minorem obligatum sibi vel eius res, quod sine alia probatione ab eius tutela vel cura repellitur, & hanc indubitatam iuris conclusionem esse scribit consulendo pulchrè Roland. à Valle, in consil. 83. numer. 6. confutans etiam argumenta contraria, quæ contra illam decisionem adduci possent, in 1. Tom. con.

CONCLVSIO XVII.

67 CREDITORI si prædixero, ne me in fideiussorem accipiat, quia si acceptus fuerim, nolo obligari, isque non contradixerit, sed simpliciter tacuerit, & deinde me in fideiussorem acceperit, non tenebor. Bartol. in l. pacta nouissima, in altera lectu. num. 6. C. de pact. Panorm. in c. cum M. 9. num. 19. Dec. num. 22. vers. Ex ista conclusione. Rip. nu. 125. ext. de cõstitutio. Hanc sententiam communiter approbari scribunt Alciat. in l. detestatio. numer. 48. vers. & ideo. ff. de verb. sig. Et Carol. Molin. in suis additio. ad lectur. Decij in d. c. cum M. liter. p. in verb. ipsi creditori. Licèt alij voluerint, eam doctrinam non procedere, nisi creditor apertè consenserit protestationi. Cardinal. Alex. in c. celsitudinem, ext. de appellatio. Carol. Molin. in d. verb. ipsi creditori. De qua materia copiosè scribunt D D. & repetentes in l. nõ solùm. §. morte. ff. de noui oper. nunc. & Hippol. de Marsi. in repetitio. rubricæ. ff. de fideiuss. nume. 188. vers. quæro vigesimoptimo. cum num. seqq. Dixi in cons. 28. numer. 12. vers. nec illud. in 3. Tom. responso. à diuersis I Ctis Francofordiæ, anno M. D. LXXI. editorum.

CONCLVSIO XVIII.

68 CRIMINALITER agitur, quando pœna criminalis applicaretur fisco, ciuiliter verò agitur, quando parti debet applicari id quod petitur. ita Bart. post glo. in l. prætor ait. numer. 1. ff. de sepulch. viola. Licèt alibi glos. in l. si qua per calumniam. in verb. aeri. C. de Episco. & Cleri. voluerit, tunc agi ciuiliter in delictis, cùm ad pœnam pecuniariam agitur, sin verò ad pœnam corporalem, criminaliter agi. Idem tenent glos. in l. qui sepulchra. in verb. videtur. C. de sepul. viola. & l. vnica. in verb. de re. in verb. ciuiliter. C. quand. ciuil. act. ctimin. præiudicet. Sed priorem sententiam Bartoli communem

munem esse scribit ex ipso Bart. Vlric. Zas. in consil.19.numer.1. in 1.lib. consil.vbi ipse plures authoritates aliorum Doct. eandem opinionem approbantium adducit. Ita est quoq; ratione statuti,qui aquando agitur de pœna applicanda fisco ratione statuti dicitur causa criminalis. Hier. Grat. in cons.50. num.17.vers.Et ratio est.in 2.lib.cons.

CONCLVSIO XIX.

69 CRIMINALIS rei iudicium valet etiamsi per procuratorem agitatum fuerit, si in processu nihil oppositum fuisset. Hanc sententiam communem & veriorem Doct. esse, inquiunt Felin. in c. meminimus, numer.15. versic. vltima conclusio.extr.de accusat.& Philip.Dec.in cons.469. nume.14. vers.vltimò non obstat.

D.

CONCLVSIO XX.

1 DEBITOR qui negasset debitum, & per sententiam condemnatus fuisset, & postquàm est condemnatus, confiteretur debitum, non debet ad cessionem bonorum admitti. gloss. in l.1. in verb. iudicati.C.qui bon.cedere poss. Bald. ibid. vers. sed hic queritur.numer.1. Angel.Aretin.in.§.fin. versic.quæro quid si à principio negauit.num.5. Ias.numer.16.vers.septimò supra scripta regul. Instit.de act.& Barthol. Socin.in tract. Fallent. in verb. cedens bonis.nu.16.vers.fallit quando debitor à principio negasset debitum. Sed alij contrariam sententiam tanquam magis communiter approbatam sequuntur. Salicet.in dict.l.1. ver.contrarium videtur verius.numer.3.& ante illum Bartol.in l.penult.numer.1.vers. Alius modus agnoscendi est in iudicio, vt confitendo in iudicio, vel patiendo se condemnari.ff.de cess. bon. & in hanc sententiam iudicatum esse in conc. Neapol. refert Matth. de Afflict. in Deci. sacri conc. Neapol.Decis.379. numer. 4. Sequuntur & alij, Philip.Dec.in leg.nemo ex his.numer.7.& Hieron.Cagnol.nume.7.vers. pariter debitor.vbi & ipse addit hanc communem esse. ff.de regul. iur. Licèt autem hanc decisionem falsam esse, nec iure probari Carol. Molin.voluerit in d.l.nemo ex his.verb.decisio. & in 1. part. Comment. in consuetu. Parisien.§.30.numer.5.& ibi ipse multos casus,in quib. negans puniatur, recenset, vt si Vasallus negauerit patronum, si fideiussor negauerit se fideiussisse: Item, si debitor negauerit scripturam esse de manu sua,& si quis negauerit se socium esse, nec non hæres,qui negauerit rem legatam esse hæreditariam, & similiter si negauerit fideicommissum vel rem esse hæreditariam, præterea si filiusfamilias negauerit se esse in potestate patris, Et conuentus reali negauerit se possidere, &c.& eius generis plures, de quibus mentionem facit Gulhelm. Maynerius in d.l.nemo ex his. Tamē sententia Bartoli, Saliceti & Decij, communiori calculo approbatur. Ita consulendo scribit Roland. à Valle,in cons.7. vbi ille in vtranque partem de hac decisione disputat in 2. Tom.cons.

CONCLVSIO XXI.

2 DEBITOR quando per superiorē esset coactus ad iniuriam ipsius creditoris etiam iniusti, soluere, tunc periculum est ipsius creditoris,& ab eo debitor liberabitur, per l. Paulo Callimacho.§. fin. & ibi Bartol. ff. de legat.2. & l. liberto.§.Lucius, & Bartol. ibi.nu.3. ff. de annuis legat. Idem Bart.in l. creditor. ff. de solutio. & in tractatu de Tyrannia,in 7.quæstio.num.23.versic. Quandoque verò. Hanc communem sententiam esse meminit Decius consulendo per pulchra fundamenta in consil.25.numer.1.versic. Et ita vt patet ex supradictis. Et dicit præclarè Iohann. de Imola, quòd si præcesserunt ordinamenta pœnalia, quòd debitor talis intra certum tempus soluere debeat, ex eo probari, debitorem coactum fuisse in iniuriam creditoris, in dict.l. creditor. in fi. Hæc autem sententia per multas rationes reprobata est per duos excellētissimos (post Albericum in tracta.de statutis, lib.1.quæst. 86.& alios allegatos per Caro.Molin. in additio.ad con.Dec.d.con.25.lit.a.) Iasonem in con.26.inci. Redemptoris crucifixi. in 3. volu. & Carol. Rui. in consil.171.in 4.volu. consil.

CONCLVSIO XXII.

3 DEBITOR si 40. debeat aureos,& tu petes ab eo 80. ex quo ratio non est implicita, si recusat soluere quadraginta, constituitur in mora. Tradit Bartol. quod debi-

tor 40. aureorum, à quo petiti fuêre 80. negare non posſit minorem illam ſummam in l.1.§. ſi ſtipulanti.num.2.ff. de verb.obligat. & in l. non poteſt videri.ff.de regul. Iur. Et hanc ſententiam communiter DD. ſequi inquit Alexand.de Imol.in d.§.ſi ſtipulanti. num. 7. Sed contrariã ſententiam ipſe Bartol.approbauit in l.qui ſolidũ.nu. 2. ff.de legat.2.inquiẽs quod ſi quis petat plus debito, aduerſari9 habet iuſtã cauſam litigãdi ſuper toto, nec condemnabitur in expenſis niſi actor dixerit, ſe paratum recipere partem, cuius doctrinam tanquam veriorem ſequitur Deci. in d. l. nemo poteſt videri.num.2. ver. Et ideo verior videtur opinio. Ceterùm ibi apoſtillator & Cagnol.num.5. priorem ſententiam Bartoli tanquã magis communem eſſe fatentur, & ante illos idem Alex. de Imol.in l.ex facto. §. item quæro. nume. 6. ff. de vulga.& pupil. De qua quæſtione diſputant latiùs Felin. in c. nam concupiſcentiam.num.14.ext.de conſtitutio.& DD. in d.§.ſi ſtipulante. Meminit quoq; Quint. Mandoſ. in ſuo tractatu, de monitor. quæſtio.29.

CONCLVSIO XXIII.

4 DECIMAE non poſſunt per laicum in alium laicum aliquo titulo transferri.capit.prohibemus. vbi Abb. notat.ext. de decim. Quæ ſententia adeò vera eſt, eodem Abba. referente, quòd Eccleſia poſsit vendicare iſtas decimas, etiamſi laicus illas poſſediſſet tanto tempore, de cuius initio non extat memoria, quia habet intentionem fundatam, & niſi probetur titulus ex aduerſo, debet obtinere, cùm nec laicus decimas præſcribere poſsit. capit. cauſam. de præſcript. licèt Ioan. Andr. contrariam ſententiam duob. tantùm concurrentib. primò, quòd iſte laicus poſſederit decimas tanto tempore, cuius initij memoria non ſit in contrarium, tanquam Vaſallus: Item quòd ſit fama, quòd eas habuerit ante Concilium Lateranenſe, amplexus fuerit.in cap. cum apoſtolica. numer.12.ext. de his quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu Capituli. Sed communem ſententiam in contrarium contra Abbatem eſſe, nec Ioan. Andr. id aſſerere, ad quod à Panorm. adducitur, aſſerit Iaſ.in conſ. 156. in 2. volum. conſ. à cuius ſententia tamen recedit Carol. Molin. in ſuis Commenta. in conſuetu. Pariſ. § 46. numero decimoſexto.

CONCLVSIO XXIIII.

5 DECRETVM in alienatione rei minoris ſi dicatur interpoſitum cum cauſæ cognitione, cùm illo tempore non potuerit cognitio interponi, non crederetur hoc iudici aſſerenti. Vnde Notarius debet facere duo inſtrumenta, Vnum de cognitione cauſę, Alterum de interpoſitione decreti iudicis. Ita in ſpecie conſuluit Paul. de Caſtro, in conſil.91. incip. Super eo quod quæritur, ſecundum antiquam impreſsionem. Referunt illius doctrinam Petr. Philip. Corne. in conſil. 71. numer.4. in 3. volum. conſ. Hippol. de Marſ. in conſ. 48. numer. 49. in 1. volum. conſ. Et Iaſ. in duob. locis in l. nec quidquam. in §. vbi decretum. numer. 71. verſ. imò plus conſuluit. ff. de offic. Proconſulis. & in leg. ſciendum. numer.13. verſ. tertiò adde. ff. de verbor. obligat. Et hanc opinionem Doct. communem eſſe ſcribit poſt Pariſ. in conſ.98. colum.2. in fin. con.99. col. 2. & con.100. col.2. in 1. vol. Roland. à Valle, in conſ.33. numer.11. in 1. Tom. conſ. de qua doctrina egregiè plura tradit Thomas Ferrat. in tract. cautela. cautela 60. incip. Cautela ad inſtruendum facientem interponere decretum in alienatione rei minoris. & ibi additio in verb. non crederetur. poſt tracta. cautela. Barthol. Cepollæ.

CONCLVSIO XXV.

6 DECRETVM in alienatione rei minoris interponi non poteſt die feriata in honorem DEI, quia exigit cauſæ cognitionem. Specul. titul. de ferijs. §. ſecundo. in fin. ver. Sed nunquid decretum. Guid. Pap. in ſuis deciſio. quæſt. 215. in fin. Eſt & hæc ſentẽtia communiter approbata. Bal. in ſuis deciſio. deciſio.353. Quint. Mandoſ. in praxi commiſs. in 13. formul. in verb. Ferias. in 7. quæſt. verſ. contrariam opinionem.

CONCLVSIO XXVI.

7 DEFENSIO rerum cum morte alterius etiam furis, de Iure Canonico non conceditur. Ita communiter concludi inquit Felin. in c.2. numer.4. ext. de homicid. Iaſ. tamen in leg. vt vim. numer. 24. & 25. ff. de iuſt. & iure. communem Doctor. ſententiam in contrarium eſſe voluit. Quam & receptiorem appellat Vaſquius Menchacen-

chacensis in lib. 1. controuers. illust. capit. 2. num. 15. & cap. 18. num. 5. & latiùs in præfatione tract. de success. progressu. numer. 22. Sed cùm alij illam conclusionem explicauerint, Ioan. Bernhard. Diaz, in regul. 507. in verb. occidere. Francis. Viuius in lib. 2. commun. opin. opin. 85. in verbo, defensio. & ornatiss. & excellentis virtutis & doctrinæ I. Consultus Raymundus Pius Fichardus, clarissimi ac doctissimi Iohannis Fichardi Francofordiensis Reipub. Aduocati filius, Dominus & amicus meus, in verb. defensio. in com. opin. collectis ex lib. 5. sent. Iulij Clari, vlteriùs non extendo. De qua nouissimè quoque copiosè scribit Barthol. Romuleus, impugnans communem sententiam in d. l. vt vim. §. sequitur iam secunda pars. numer. 96.

CONCLVSIO XXVII.

8 DEFENSIONEM pro amicis extraneis suscipere, & quandoq; per consequens occidere, communi Doct. sententia receptum est, quia si licitum est pro rerum defensione quem occidere, ergò multò magis pro corpore humano tuendo, argumento l. sancimus. C. de sacros. Eccles. Item si potest quis conuocare amicos vicinos ad recuperandam rerum suarum possessionem, ergò etiam ad defensionem hominis. l. 3. §. eum igitur. ff. de vi & vi armat. Ita Bartol. scribit in l. vt vim. numer. 7. quem reliqui Doct. communi voto sequuntur. ff. de iust. & iure. Bald. in leg. 1. numer. 22. C. vnde vi. Ias. in dict. l. vt vim. numer. 29. vbi ipsi hoc temperamentum adijciunt, presertim si auxilium petitum fuerit. Barthol. Romul. ibidem, numer. 142. Licèt ipse à communi sententia recedat.

XXVIII. infrà, item XXIX.

CONCLVSIO XXX.

11 DELEGATI iurisdictio per citationem decretam & emissam dicitur cœpta geri, vt non expiret ea per mortem delegantis. capit. gratum. extr. de offic. & potesta. iud. delega. Licèt huic decisioni text. in capit. relatum. eodem titul. obstare videatur, Bartol. in l. more maiorum. numer. 13. ff. de iurisdict. om. iud. Et hanc sententiam communiter approbatam, & communem opinionem esse, referunt Panorm. in dict. cap. relatum. nu. 4. Ioan. de Imol. num. 2. in fin. Felin. nume. 11. Alexand. in dict. l. more. numer. 35. Ias. num. 57. ibid. Hæc vera & communis sententia est, quòd per solam citationem perpetuetur iurisdictio delegati. Et idem Ias. in Rub. numer. 1. in fin. C. de in ius vocan. & Zas. noster in dict. l. more. nume. 59. versi. tertia opinio. quia citatio est inceptio causæ iudicialis & iudicij, vt ibi latiùs per Doct. traditur.

CONCLVSIO XXXI.

12 DELEGATVS à Principe (Principem autē appellamus Cæsarem aut Pontificem Romanum, vel eum qui de iure vel facto nō recognoscit superiorem) potest subdelegare, delegatus verò ab inferiore, non potest. Bartol. in l. à iudice. & ibi appost. latiùs explicat. C. de iudicijs. Hoc tamen in delegato à principe locum non habere asserunt Scribentes, quando princeps per verbum Præcipio delegasset. Ita est gloss. in l. sæpè. in verb. Necessitatem. ff. de offi. præsid. quam communi voto à DD. approbari refert Hieron. Card. Alb. in suis lucubratio. in Bartol. dict. l. à Iudice. Ratio verò, cur delegatus à principe delegare possit, ea est, quia cùm delegatus semper fungatur officio delegātis, & in eo repræsentet personam delegātis, ideo is delegatus maior omni ordinario censendus est. l. minor autem. §. fin. de minor. Si autem ordinarij, qui minores sunt, possunt delegare. Ergò delegati principis. Hanc tamen conclusionem cum suis limitationib. satis populariter post alios nouissimè explicuit Sich. in d. l. a iudice.

CONCLVSIO XXXII.

13 DELINQVENTES plures simul in vnum, omnes tenentur in solidum. l. si plures. ff. de iniur. Bartol. in l. prætor ait. §. si ad plures. num. 2. ff. de sepulc. viola. & in l. si in rixa. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. Estq; hæc sententia communis regula & resolutio Docto. referentibus M. Antonio Natt. in con. 79. numer. 10. in 1. Tom. consil. & Iulio Claro lib. 5. sententia. §. fin. siue practica criminali. quæst. 84. in fin.

XXXIII. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO XXXIIII.

15 DEPOSITVM redditur nullum, quando depositarius illud non fatetur, nec

ad illius restitutionem se obligat. Doctor. in leg. acceptam. C. de vsur. Et consulendo scribit Ias. in consil. 9. num. 15. ver. quartò, quòd talis depositio sit nulla, in 1. volum. consil. ita omnes Doct. indifferenter concludere. Repetit hoc quoque & latiùs explicat Roland. à Valle, in consil. 63. numer. 33. in 1. Tom. cons.

CONCLVSIO XXXV.

16 DEPOSITI instrumentum habet executionem paratam, sicut res iudicata, quare depositarius sine dilatione compellendus est ad restitutionẽ, nec potest obijcere compensationem. l. si quis. & ibi Bartol. & reliqui Doct. C. depositi. Bald. in consi. 384. numer. 2. versi. sequitur videre de exceptione compensationis. in 2. volum. consil. Angel. Aretin. in §. præterea & is. numer. 4. Instit. quib. mod. re contrah. obliga. Panorm. & alij in cap. bona fides. numer. 6. assignant optimas rationes: quòd propterea hoc priuilegium introductum sit, ne in fraudem allegaretur compensatio causa differendi restitutionem depositi, & sic ne contractus depositi, qui multum innititur bonæ fidei, redundaret in perfidiam. ext. depositi. Alexand. de Imola, in l. ait prætor. §. si iudex. numer. 4. ff. de re iudica. Anton. de Canario in tracta. de execut. instrum. numer. 17. versic. septimò quæro. in 5. vol. tract. Idque probatur expressè per verba textus, d. l. si quis. ibi, reddere ilicò modis omnibus compellatur. & ibi. quam celerrimè & quàm ocyssimè. Et hanc communem Doctor. sententiam esse, scribit consulendo Rolan. à Valle, in cons. 17. numer. 1. in 1. Tom. cons. quam non procedere in deposito confessato, cùm priuilegia veri & actualis depositi non habeant in eo locum, quia quando non apparet de deposito per numerationem, sed per solam confessionem, nõ procedunt leges dicentes, causam depositi in hoc esse priuilegiatam, vt non admittatur exceptio compensationis, Doct. tradiderunt. Ita in specie voluit Bald. in dict. cons. 384. cit. fin. Barthol. Socin. in cons. 143. numer. 15. versi. confirmantur prædicta. in 1. vol. cons. additio ad Bart. in verb. executionem paratam. in dict. l. si quis. Licèt multi alij contrariam sententiam sequantur, & approbent. Quia in deposito irregulari locum habent priuilegia depositi regularis, Doct. in l. 2. ff. si certa petatur. Et tradit copiosè per multa egregia fundamenta Rolan. à Valle, in d. con. 17. nu. 6. cum seq.

CONCLVSIO XXXVI.

17 DIGNITATEM eandem & parem habentibus, ille inter eos præferendus est, qui eam primò adeptus est, & sic qui prior est tempore in dignitate, potior est in honoribus & priuilegijs, quamuis sit ætate iunior. l. 1. & l. pen. C. de consulib. lib. 12. & in l. 1. & 2. C. de præfe. præto. & in l. 1. C. de proxim. sacri cubic. lib. 12. & in l. 1. C. de proxim. sacro. scrinio. eod. lib. & in l. 1. & 2. ff. de alb. scrib. & in c. 1. ext. de maiorita. & obed. & c. Episcoporum. distinct. 74. Estq; communis DD. hæc conclusio referente Antonio Natta in con. 638. num. 16. in 3. Tom. con. Vnde DD. in d. l. 1. per illum textum. C. de consul. lib. 12. annotarunt, quod is, qui primò Doctoratus insignia accepit, his præferatur, qui eandem dignitatem sunt consecuti.

CONCLVSIO XXXVII.

18 DILATIONES secundum communem opinionem, arbitrariæ sunt, & possunt restringi, præcipuè quando conceduntur à lege, sine præfinitione termini certi, Bartol. in l. 1. Alberic. in l. fine pars. num. 3. C. de dilat. Marant. in tract. de ordin. iud. part. 6. de dilat. §. tertius actus. num. 15. & 16. quàm doctrinam Alex. de Imola, Ias. & Zas. in l. 2. ff. de re iudic. adductis varijs opinionib. Doct. latiùs prosequuntur. Sed hanc communem esse testatur Octauianus Catheranus in Decis. Sena. Pedemontani, Decis. 22. numer. 13.

CONCLVSIO XXXVIII.

19 DILATIO communis est vtriq; parti tam actori quàm reo. Quare qui dilationem obtinuit, non potest ei renunciare in præiudicium aduersarij, quia tunc propter æqualitatem seruandam dilatio communis facta est beneficio legis. Estq; hæc sententia communis referente Ias. in l. si adrogator. num. 54. & 55. cuius decisionis mentionem facit, multis DD. authoritati. adductis And. Tiraq. in tract. de vtroq; in §. 36. in verb. de retraict lignaier, ad fin. titul. numer. 27. versic. Igitur Cynus ipse. Quam decisionem, quòd dilatio concessa vni ex creditoribus

ribus efficiatur communis, veramesse scribit Ias. in d.l. si arrogator. dict. numer. 55. in fin. nisi pars quæ vult vti tali dilatione, prius renunciasset omnibus probationibus, allegans auth. iubemus. & ibi Bald. C. de iudic. Et ibi nouissimè Sichard. num. 7. versic. Tertiò notandum est. Et Iasonis sententiam post alios tanquam communem, quòd dilatio sit communis, vsque adeò, vt in aduersarij præiudicium renunciari non possit, nouissimè quoque refert Nicol. Anton. Grau. ad Oct. Vestr. in Roman. aul. actio. & iudicio. mores Isagogen, lib. 5. cap. 4. in verb. Quod in causa.

CONCLVSIO XXXIX.

30 DILATIO omnis probatoria de iure est peremptoria atque Vnica, vt semel tantùm dari possit, Panorm. in c. licet. in 4. notab. extr. de probat. & in consil. 64. numer. 2. in 2. part. consil. Bart. Alex. de Imol. Ias. & alij in l. fin. ff. de ferijs. præsertim in caussis ciuilibus vel pecuniariis. Sichar. post alios in l. 1. numer. 11. C. de dilatio. Estque communis sententia Ias. in d. l. fin. num. 6. Nicol. Anto. Graua. in suis analy. annotat. ad Octa. Vest. in Roman. aul. action. & iudic. mor. Isagog. lib. 5. cap. 4. in verb. Quod in causa. numer. 8. Limitationes huius decisionis recenset Ias. in d. l. fin. numer. 15. cum seqq. In causis autem criminalibus dantur plures dilationes probatoriæ. Accusatori enim dantur duæ, reo autem tres. d. l. fi. ff. de ferijs. quod latiùs explicat post alios Sichar. in d. l. 1. C. de dilatio.

XL. inuenies infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO XLI.

32 DISCVSSIO bonorum principalis debitoris, ad hoc vt possit haberi regressus contra fideiussores, iuxta Auth. præsente, C. de fideiuss. vel vt possit perueniri ad tertios bonorum possessores, iuxta Auth. hoc si debitor. C. de pignor. & hypoth. non solùm requiritnuncij publici relationem factam in actis, sed etiam super ipsa discussione pronunciari eam legitimè factam fuisse oportet. Ita tradit Bart. l. stipulatio. §. habet autē stipulatio. num. 4. ff. de noui oper. nunciat. Et hanc sententiam veram & communem esse interpretes tradiderunt. Ias. ibid. num. 7. Angel. Aret. in §. item si quis in fraudem, num. 10. Instit. de act. Anton. Negusant. in tract. de pign. & hypoth. in 8. par. prin. 1. memb. nu. 11. vers. quarta conclusio. in 9. volum. tract. Doct. Bursat. in consil. 47. num. 11. Huius autem doctrinæ aliquot restrictiones & declarationes referuntur à Barthol. Socin. in con. 80. numer. 2. circ. fin. in 3. volum. consil. Aym. Crauett. in consil. 201. numer. 45. cum seq. in 2. part. consil. & Roland. à Valle, in con. 14. numer. 14. cum seq. in 1. Tom. consil.

CONCLVSIO XLII.

33 DIVISIO bonorum vbi ab aliquo petita fuerit, fieri debet, Quia in communione vel societate nemo compellitur inuitus detineri. l. fin. C. commun. diuidun. & sufficit vnū ex socijs prouocare ad diuisionem. Hoc tamen intelligit Panorm. in diuisione bonorum allodialium, secus verò in diuisione bonorum feudalium. In ea enim omnes vasalli conuenire & concordare debent, aliàs diuisio fieri non potest, in consil. 82. num. 10. in 1. part. consil. pen. text. in c. Imperialem. §. prætereà. in verb. Si consortes voluerint, de prohibit. feud. aliena. per Frid. & per alia quædam fundamenta ibidem ab ipso adducta. Cuius sententiam multi alij sequuntur. Felin. in c. quæ in Ecclesiarum. numer. 91. vers. Secundò limitatur ista declaratio. ext. de constitutio. Lud. de Gozadi. in consi. 62. numer. 16. versic. Secundò licet posset fieri diuisio. Hippol. de Marsil. in suis singula. in singula. 9. incip. Nemo cogitur stare in communione. Nouissimè refert Hieron. Cardinal. Alba. in lucubrationibus ad Bartolum, in l. in hoc iudicium. §. si conueniat. nume. 3. ff. Commu. diuid. Sed verior, & magis cōmunis sententia est in contrarium, vt satis apparet per ea, quæ scribunt Alex. de Imol. in con. 6. & 7. & ibi Caro. Moli. in verb. contradicat. & in consil. 25. numer. 11. in 5. libr. consil. Philip. Dec. in c. prudentiam. versic. vltimò notandum est. numer. 13. & ibi Syluestr. Aldobr. num. 14. in verb. Vasallorum. & Carol. Molin. in verb. Contrarium. lit. e. extr. de offic. delegat. Francisch. Curt. in tractat. feud. in 4. part. Ex quibus caus. feud. amittat. num. 124. versic. Secunda principalis regula sit in hac materia, quòd alia feuda inferiora, quæ non habent dignitatem annexam, possint diuidi. Plures authoritates adducunt Rolan. à Valle, in consi. 80. nu. 44. cum seqq. in 1. tom. consil. & Andr.

Tiraqu. in tractat. de iure primigeniorum. quæsti. 85. numer. 13. versicul. Sed quia nonnulli tenuerunt. De qua conclusione quoque disputat satis eruditè, præsertim consuetudine extante, D. Baptist. de S. Blasio in consil. 66. numer. 16. cum seqq. inter consilia Alberti Bruni in materia feudali.

CONCLVSIO XLIII.

24 DIVISIO licèt sit inter aliquos prohibita ex præcepto testatoris, non tamen illi dicuntur prohibiti diuidere fructus bonorum communium, quia illa diuisio intelligitur quoad dominium, non autem quoad fructus & ius fruendi prohibita. Et hanc veram & communem opinionem Docto. esse inquiunt Socin. Iun. in consil. 79. numer. 6. in 1. par. & Roland. à Valle, in consil. 80. nu. 33. in 1. Tom. consil.

CONCLVSIO XLIIII.

25 DIVISIO inter fratres cohæredes quomodo facienda sit, tres Docto. sententiæ inueniuntur: Alij dixerunt maiorem natu diuidere, minorem eligere, argumento c. 1. extr. de Parroch. & alien. parroch. Guido Papa in suis decisionib. Gratianop. quæsti. 289. Alij verò voluerunt, dissentientib. fratrib. iudicem diuidere oportere. §. si familiæ. & §. fin. Institut. de offic. iudi. Panorm. in d. c. 1. numer. 4. versicul. ego tamen non puto. Alij autem dixerunt, sorti hoc esse committendum: Et hæc est communis opinio Legistarum referente Iaso. in l. 1. nu. 39. ff. si cert. petat. & in l. si duob. numer. 7. C. communia de legat. Primam probarunt Aemilius Ferrettus in 1. respon. suor. consi. Mynsing. in suis obserua. Cameræ. obserua. 37. in 4. Centu. addens, assessores Cameræ in iudicando illam approbasse, & pulchrè Hierony. Schurff. in consil. 71. numer. 1. in 1. Centur. plurib. argumentis hanc sententiam defendere constituit. Tertiam & communem nobiles in Ducatu Megapolensi semper obseruarunt. Licèt Carol. Ruin. referat communẽ consuetudinẽ in Germania extare, quòd frater maior natu faciat partes, & quod iuniori detur electio, in consil. 29. numer. 8. in 5. volum. consil. Vbi ipse in casu illustriss. principum Henrici & Alberti fratrum piæ memoriæ Ducum Megapolensium ita consuluit, addens bonam rationem, hoc etiam per statutum induci posse, quemadmodum voluit Rom. in con. 471. numer. 3. ergo & per consuetudinem, Quia statutum & cõsuetudo respectu causæ efficientis non differunt. Sed de hac principali quæstione videantur Tiraqu. in tractat. de iure primigenio. quæst. 60. & Iacob. Menoch. in tractat. de arbit. iud. quæst. lib. 2. con. 2. casu 123. Bona inter socios communia, qua sub forma diuidantur.

CONCLVSIO XLV.

26 DOCTORI attestanti de consuetudine credi oportere voluit Bartol. in repet. l. de quib. num. 21. versic. quartò principaliter quæritur, qualiter consuetudo probetur. ff. de legib. sed huius sententiam expressè reprehendit vir magni iudicij Alex. de Imol. in l. post dotem. numer. 29. inquiens: etiamsi Doctores plures in lecturis affirmassent ita de consuetudine seruari, illis tamen non adhibendam esse fidem, cùm iure non sit prouisum, quòd mortua voce Docto. consuetudo probetur. ff. solut. matrimon. Quia non creditur testib. absque iuramento. l. iurisiurandi. C. de testib. Itẽ duplex esset specialitas, si Doctorib. crederetur, prima, quòd testis absque iuramento reciperetur: altera, quòd deponeret per scripturam. Ita cõsulendo in specie tradit Aretin. in consil. 132. incip. In causa quæ vertitur. Hanc sententiam plurib. alijs rationibus confirmat Ias. in d. l. de quib. numer. 89. in fine, & 90. eamque communem Doctor. opinionem esse inquiunt Philipp. Deci. in consil. 402. numer. 15. & latiùs Portius in lib. 1. conclusi. vtriusque iuris. cap. 24. versi. contrarium. quam Carolus Molin. vbique defendit in d. consi. Dec. 401. & in con. 691. in verb. reprobatur. Verùm Bartoli sententiam magis communem & veriorem esse reperio. Raph. Cum. in consil. 57. incip. monasterium. circ. fin. Pau. de Cast. in con. 162. incip. In præsenti causa. in prin. secundum veterem impressionem. Lanfranc. in c. quoniam. in verb. responsiones. nume. 13. ver. & ideò refert. ext. de proba. Dec. in l. 2. §. mutui. num. 8. & in altera lectura eiusdẽ §. nu. 13. 14. & 15. ff. si cert. peta. consi. 559. nu. 6. & 7. & in d. consil. 691. numer. 12. & 13. & in consil. 694. numer. 3. & 4. vbi ipse plures Doctor. authoritates adducit, & nouissimè Sichard. German. in Auth. sacramenta puberum. numer. 27. C. si aduers. vend.

Henning.

Henning. Goden. consil. 19. in ordin. num. 3. & 22. versicul. Et eum ounc Doctori allegãti consuetudinem, quia Bartol. loquitur explicante Dec. de præsumptione, cùm dixerit, Credo quòd authoritas excellentis Doctoris sufficiat, nisi cõtrarium probetur, nam pro sententia Doctoris, sicut pro iudice & ootario, præsumitur. Iohan Hier. Alb. in suis lucubrat. ad Bart. in repetitione l. de quibus. num. 24. ff. de legibus. Ita quoque Bartoli sententiam intelligunt & defendũt Ludoui. de Godazin. in consi. 59. nume. 18. Socin. Iun. in con. 60. numer. 9. & 10. in 2. par. consi. & Crauett. in con. 166. numer. 9. Licèt Alex. de Imol. voluerit assertionem aliquorum Doctorum non facere præsumptionem, quòd ita sit cõsuetudo in loco aliquo, in eon. 50. numer. 5. in 5. lib. con.

CONCLVSIO XLVI.

27 DOCTORES Legum exeusantur à munere recipiendi milites in domum, & eollectis. leg. Medicos. Cod. de Profess. & med. libr. 10. Qoam Legem ibi Doctores intelligunt, de Doctoribus actu legentib. Alij verò illam de Doctori. actu non legentib. etiam iotelligendam esse voluerũt. Gui. Papa in suis decis. quæst. 88. & quæst. 188. Pe. Lenauderius, in tractat. de Doctor. priuile. in 2. par. §. septimo. in 11. volum. tractat. Iõ. Baptista in tractat. de debito suspecto. in 6. princ. quæst. num. 9. versicul. quartò quæro. in 8. vol. tract. Ripa in l. 1. nume. 133. ff. soluto matrimonio. & in l. Centurio. nume. 17. ff. de vulg. & pupilla. Et hanc communem Doct. recentiorum sententiam esse refert plurib. adductis authoritatib. post alios Roland. à Valle, in consi. 66. nume. 37. in 1. To. consil. Probat & illam Anto. Natta in consi. 20. numer. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. inter consi. Laurent. Syluani.

CONCLVSIO XLVII.

28 DOCTORI attestanti de communi vsu loquendi, quoad præsumptionem credendum est, vt onus probandi contrariũ traosferatur in aduersarium. Bartol. in leg. de quib. versic. quartò principaliter quæritur, numer. 21. ff. de legib. Quamuis Alex. de Imol. contrariam sententiam defendat, inquiens, Etiamsi plures Doctores in lectura affirmarent, ita de consuetudine seruari, quòd eis non crederetur, quia non reperitur iure cautum, quòd eorum voce mortua probetur consuetudo, quæ est facti. l. 2. C. Quæ sit longa consuet. in l. post dotem. nu. 29. ff. solut. matrimo. aliįque Doct. sententiam Alex. sequantur: tamen Dec. in l. 2. §. mutui datio. num. 8. ff. si cert. peta. testatur, Bartoli sentẽtiam magis communem esse, quam ipse quoque sequitur in consil. 420. num. 9. circ. fin. & Bartoli opinionem magis communem esse idem Deci. inquit, in consi. 559. num. 7. & in consi. 664. num. 3. & hanc Doct. alij communiter approbarunt, eamque communiorem esse fatentor. Ludou. de Gozadin. in con. 59. numer. 18. vers. nono, si communis vsus loquendi est. Aym. Crauett. in consi. 166. num. 9. in 1. pat. Rol. à Valle, in cons. 71. num. 22. in 1. Tom. con. & idem Crauet. post Curt. Sen. in cons. 74. col. 24. voluit, quòd communis vsus loquendi probari non debeat, quando plures illustres Doctores de eo testarentur. in eonsil. 325. numer. 1. in 2. par.

CONCLVSIO XLVIII.

29 DOCTOR minor allegans se deceptum in allegationib. Iuris, non auditur, quia petendo restitutionem allegaret turpitudinem propriam, secus si in cootractu se deceptum diceret, cùm circa iura & non circa bona diligens esse potuerit. Ita post alios intelligit Boër. communem opinionem, volentem doctori minori decepto non competere beneficium restitutionis in integrũ, in suis decisiõ. quæst. 350. numer. 6. versi. Et ista cõmunis opinio. Estq; communis DD. conclusio, referente Quintil. Mandosi. in tract. de ætate minor. quæst. 6.

CONCLVSIO XLIX.

30 DOLVS præsumptus & difficultas probationis quando concurrunt, tunc datur iuramentum in litem, gloss. in l. in actioni. ff. de in lit. iur. Quam communiter approbatam esse dicunt Barthol. Soci. in consil. 73. num. 7. in 1. vol. consi. & Roland. à Valle, in consil. 49. numer. 68. in 1. Tom. consil. vbi ista conclusio, & à Doct. in d. l. in actionib. latiùs declaratur.

CONCLVSIO L.

31 DOMINVS nobilis vel pater, qui iniuria à quodam affectus erat, dixit famulo vel filio, Vade, & non reuertaris domum, nisi sentiam aliquid de illo negotio,

tio, Si famulus vel filius posteà iniuriantem interficiat vel vulneret, præsumitur id fecisse mandato domini vel patris. Ita in indiuiduo refert D. Bart. in l. si quis mihi. §. pater Seio. num. 2. versicul. facit ad quæstionem. ff. de acquir. hæred. Ad cuius decisionis confirmationem allegarunt apostillator Augusti, Ariminens. ad tractat. Angel. Areti. de maleficijs, in verb. Et Sempronium Rodolphi, in 21. quæstion. numer. 42 & apostil. ad lectur. Bart. in d. §. pater Seio. in verb. Facit. lit. i. c. ex literis. extr. de excessi. prælat. Vbi per verba, Ne malum remaneat impunitum, censetur sibi mandasse, quòd faciat vindictam. Et ibi Panorm. num. 3. annotat. Estque hæc sententia Bart. communis, referente prædicto Augusto Arimin. in d. verb. Et sempronium Rodulphi, in d. 21. quæstio. & Bald. Quinct. Aquil. in additioni. suis ad consil. Pau. de Cast. consil. 30. in verb. Dixit famulo. nume. 24. in 3. part. consil. Iul. Cla. in sua praxi, crimin. in quæsti. 89. vers. Sed hic incidenter quæro. Vt autem illud procedat, necesse fore inquiunt, capitalem esse inimicitiam inter dominum & illum, qui occisus est. Item, vt verba illa, Dicat famulo, vocando illum ad se, item quod in continenti secutum fuerit homicidium, per multas authoritates per Hierony. Alban. adductas, in suis lucubrationibus in Bartol. d. l. si quis mihi bona. §. pater Seio. num. 2.

CONCLVSIO LI.

32 DONATIO non vitiatur ex defectu insinuationis, si nullitas opponeretur, iuxta l. sancimus. C. de donat. si iuramentum interuenerit. Hanc sententiam veram & communem esse passim scribunt Doct. Alex. de Imol. in consil. 4. numer. 10. & ibi Caro. Molin. in verb. iuramenti. in lib. 1. consi. Dec. in consil. 475. numer. 17. & 18. in 3. part. consil. & in consil. 438. numer. 6. in 4. par. conf. Iasi. in consil. 118. numer. 2. in 4. vol. consil. Roland. à Valle, in consil. 19. num. 48. in 1. Tom. consil. Licet multi Doct. contrariam sententiam secuti fuerint, quos refert Andr. Barbat. in consil. 15. num. 35. in 2. vol.

CONCLVSIO LII.

33 DONATIO inter viuos facta inter virum & vxorem iuramento firmata valet, licèt aliàs sine iuramento non valeret. l. 1. ff. de donat. int. vir. & vxor. Et hanc sententiam de iure veriorem & magis communiter approbatam esse, consulendo tradit Alexand. de Imol. in consil. 157. numer. 17. in 2. volum. consil. & idem Alexand. in consil. 8. numer. 3. in eod. volum. Dec. in consil. 102. numer. 2. in 1. par. consil. vbi ipse contraria argumenta soluit. Licèt hanc communem sententiam falsam esse Carol. Molin. crediderit, per authoritates ab ipso allegatas in verb. firmetur. ad d. consil. 8. Alexand. de Imol. Sed priorem approbat & sequitur Roland. à Valle, in consil. 8. numer. 16. in 1. Tom. consil. Nouissimè Iohan. Hier. Car. Alba. in suis lucubration. in Bart. in rubric. num. 14. ff. de donat. int. vir. & vxo.

CONCLVSIO LIII.

34 DONATIO quando valere non potest, vt causa mortis, etsi in ea sit facta mentio mortis, ob defectum numeri testium, si tamen valere potest, vt inter viuos, sumenda est interpretatio, quòd donans voluerit facere donationem inter viuos, vt actus valeat & non pereat, argumento l. quoties. ff. de reb. dub. Et hanc sententiam communẽ opinionem Doct. esse consulendo scribit idem Roland. à Valle, in d. consil. 8. num. 34. in 1. Tom.

CONCLVSIO LIIII.

35 DONATIO causa mortis cùm hodiè nudo pacto fieri possit, iuxta sententiam gl. approbatæ in l. cùm pater. §. Mæuio. ff. de legat. 2. donatarij præsentia cum taciturnitate consensum inducit, & ipsius donationis validitatem, quia cùm agatur de vtilitate donatarij præsentis, consentire censetur. l. qui patitur. ff. mandati. & per consequens interuenisse pactum. Ità expressè consuluerunt Angel. de Perus. in consil. 183. incip. Ex themate prædicto. numer. 3. circ. fin. Soci. Sen. in consil. 111. nu. 7. & 8. in 1. vol. consil. Et hanc sententiam veram & communem esse, scribunt Hierony. Cagno. in l. semper. numer. 7. ff. de regul. iur. & Benuenutus Stracha in tractat. de assecurationib. in 3. part. 25. limita. num. 66. licèt sententiam cõtrariã amplexus fuerit Dec. in d. l. semper. numer. 4. & 5. & in Rubric. C. de pact. numer. 5. cuius argumenta confutat Cagnol. in d. reg. semper. nu. 4. 5. 6. & 7. cum seq.

Conclvsio LV.

37 In Donatione si talis clausula apposita fuerit, videlicet, quæ omnia & singula promisit attēdere, obseruare & nō cōtrauenire, &c. non dicitur factus transitus ad donationem inter viuos. Bald. in l. cùm quis. versic. sed quid si dixi. ff. de condict. cau. data. Cōmunis tamen Doct. sententia est in contrarium, vt Rolan. à Valle, in d. con. 8. num. 26. & 37. in 1. Tom. sententiam Baldi post Boerium in decis. 353 in 2. parte explicans, pulchrè & latè prosequitur. Ita quoq; consulendo scribit Florentius à Venningen, in con. 1. num. 48. vers. Quòd verò sit donatio. in tomo 4. con. à diuersis ac præcipuis tum Academijs tum IC. conscriptorum, & Francofordię impressorum Anno 72.

Conclvsio LVI.

37 Donatio excedens summam quingentorū aureorum eatenus insinuatione etsi non valeat. l. sancimus. §. 1. C. de donat. tamen si iuramento confirmata fuerit, etiam in excessu valebit. Hanc Docto. communem sententiam esse scribunt consulendo Deci. in consil. 432. num. 17. & 18. & in cons. 488. num. 6. & Roland. à Valle, in con. 77. numer. 20. in 1. Tom. vbi ipsi plures authoritates adducunt. Nec non Florent. à Venning. in con. 1. num. 105. vers. præterea & secundò dato, in 4. tom. consiliorum à diuersis ac præcipuis tum Academijs tum IC. conscriptorum, & Francofordiæ anno 72. impressorum, vbi ipse numer. præcedenti 104. hanc conclusionē etiam non procedere in donatione ob causam, vel reciproca, cùm in illis nulla requiratur insinuatio, affirmat, & nume. 106. tradit, hodiè valere donationem vsque ad nongentos aureos Rhenenses absque insinuatione, & ibi videas ipsum de cōputatione monetæ, tam veteris quàm recentis, licèt alij voluerint ex generali omnium populorum consuetudine aurum quo hodiè vtimur, esse veteri illi subrogatū, & ideo quæ de solido in iure Ciuili cauta sunt, ad nostrum hunc, quamuis leniotis sit ponderis, referenda. Alciat. in l. hæc enunciatio. ff. de verb. signif. Mynsing. in §. aliæ autem donationes. num. 6. Schneid. in vers. quæ requiruntur ad donationem inter viuos. nu. 24. Inst. de donatio. vbi ipse etiam dicit ita pronunciari se vidisse. Sed hanc materiam eruditè explicat Didac. in veterum collat. numismatum.

Conclvsio LVII.

38 Donatio iuramento firmata inter patrem & filiū valet. Bal. in l. fi. nu. 6. C. de vsu cap. pro don. Alex. de Imo. in con. 8. nu. 2. in 2. vol. & in consi. 7. nu. 8. in 6. vol. con. Pet. Phil. Cor. in con. 306. nu. 5. in 3. vol. con. Et hāc cōmunē opinionē Doct. esse inquiunt Socin. Sen. in con. 91. nu. 8. in 1. vol. Craue. in con. 201. nu. 1. vers. sed præmissis. & Rolā. à Valle, post alios multos allegatos in consi. 77. nu. 2. in 1. tom. & in cons. 25. num. 24. in 2. tom. consil. Ita quoque asseritur de donatione iurata inter vxorem & virum. Dec. in con. 202. nume. 2. & con. 240. in prin. Licèt Alciat. in c. cùm contingat. num. 108. extr. de iureiur. & Carol. Moli. contrariam sententiā veriorem arbitrentur. in d. con. 202. in verb. arbitretur. & in d. con. 240. in verb. iuramento. De cuius Molinei sententia dixi etiam in verb. Donatio inter viuos facta inter virū & vxorē iuramēto firmata valet.

Conclvsio LVIII.

39 Donationem factam per clericū concubinæ etiam interueniente iuramento non valere, secundum communē Doct. sententiam, duo insignes recentiores consulentes Aymon Crauet. in con. 226. & Roland. à Valle, in cons. 98. in 1. Tomo, multis fundamentis & Doct. authoritatib. allegatis consulendo scripserunt. Licèt alij contrariam sententiam secuti fuerint, quos recenset Ripa in l. miles. num. 12. ff. de re iud. Sed & ipse ante Crauet. & Rolandum priorem sententiam defendit. Quam conclusionem meminit quoq; Bermund. Chouer. in tract. de public. concubina. in verb. contra prædictos, nu. 24. vers. Prædicta conclusio. pa. 243. quamuis ipse eorum DD. sententiam volentium donationem valere, si iuramentum accesserit, sequatur. Et hæc sententia maximè in eo casu non procedit, quādo donatio facta est concubinæ propter bene merita, vt ibi latiùs ab eod. Bermund. explicatur, & nos diximus in consil. 49. in 3. tomo consil. diuersorum Doctorum, Francoford. anno 1572. impressorum.

Conclvsio LIX.

40 Donatio propter merita facta inter personas prohibitas non valet, nisi bene merita probentur aliter quàm per assertionem donantis. Bartol. in l. si fo. tē. nume. 5. ff. de Castren.

Castren.pecul.cuius sententiam multi cõmunem esse arbitrati sunt. Sed de hac decisione videantur quæ scribunt Socin.in consil.295.in volum.2.Ias.in consi.154.in 2. vol. Dec.in consil.20. & in consil.366.nu.11. & 12.cuius sententiam approbauit Ripa in l. si vnquam.in quæst.15.C. de reuoc.donat. Verùm Carol.Molin.acerrimè Socini sententiam, reprobata Decij sententia,& interpretatione Bartoli in suis annotationib.ad consil.Decij,in d.con.20. verb. sed tamen, alijs pluri.adductis authoritatib.defendit, & cũ casus pendeat sub iudice, sat est illorũ Doct. sententias allegasse. Videantur quoque quæ refert Rolan. à Valle,in d.con.98. nu.53.

CONCLVSIO LX.

41 DONATIO facta filiofamiliâs, quæ ab initio non valuit, & quæ ad nutum patris reuocari potest, l. donationes quas parẽtes. C.de donat.inter vir.& vxo.si morte confirmata fuerit, imputatur ei in legitimam. Ita tradit Bartol.in l.in quartam, vers.si verò donatiõ non tenuit ab initio. num.10.in fin.ff. ad l.Falcid.cuius sententiam reliqui Docto. tanquam communem approbarunt Alex. de Imol.ibid.numer.25.& in l.illud.num.4. C.de collat.Ias.in l.si quando.§. & generaliter.numer.3.vers.primo quando donatio. C.de inoffic.testam.Pau.de Montepico, in d.l.in quartam, vers.i.octaua conclusio est. numer.201.& Roland. à Valle, in consil.11. numer.31.vbi ipse plures authoritates & argumenta contraria, cum adiecta earundem solutione recenset.in 2.Tom.cons.

CONCLVSIO LXI.

42 DONATIO inter virum & vxorem resoluitur per mortem donatarij præcedentis donatori.l.à marito. C.de donat.inter vir. & vxo.l.si inter virum.ff.de reb.dub.l.quod de bonis.§. ex donationib. & ibi Paul. de Castr.numer.2. ff.ad l. Falcid. & ita inquit Dec.donationem factam per maritum vxori,præmoriente vxore,resolui.l.non omnis. num.8.ff.si cert.petat.Sed quid si iuramentum accessisset? Respondent Bald.Dec.& alij, quòd quemadmodum donatio causa mortis in causam caduci conuerteretur, quando donatarius præmoritur donanti,etiamsi donatio ipsa sit iuramento firmata. Quia iuramentum recipit interpretationem, secundum naturam actus, super quo interponitur.l.fin. C.de non numer. pecu. Ita etiam donatio inter virum & vxorem. Nam si præmoreretur donatarius, lex illam reuocat, & in causam caduci cõuertit.Bal. in consil.29.in.1.volum.Dec.in consil.240. Cùm vlterius non extendatur iuramentũ, quàm extenderetur virtus promißionis, vt in casu præsenti etiam consulendo scribit Dec.in consil.536. Horum sententias & alij sequuntur, vt refert Paris.in consi.86. num. 47.in 3.volum.Sed alij contrariam sententiam tanquam veriorem & communem defendunt, per multas rationes,& argumenta quæ referunt excellentißimi recentiores Alciat.in c.cùm contingat.numer.108. versi. tertiò limitatur, vt non procedat quando donatarius prædecederet donanti.extr.de iureiuran.Aym.Crauett.in consil.102.in 1. par.& Roland.à Valle,in consil.77.nume 8. cum seq.in 1.Tom.consi.& in consil.25.nu. 24.in 2. Tom.Sed Carolus Molin. Bald.Decij & aliorum sententiam sequitur in suis annotationib.in d.cons.240.in verb.tacitam, & in verb.habet.in.d.consil.536.in verb.iuramentum.quæ communior videtur.

CONCLVSIO LXII.

43 DONATIO facta ecclesiæ alicui an valeat sine insinuatione, existimat gloss. eam factam Ecclesiæ excedentem summã quingentorum aureorum sine insinuatione non valere,& sic nisi fieret coram iudice, & probaretur in actis publicis, glo.in l. sancimus. in verb.ad quingentorum aureorum. C. de donat.gloss.in §.si minus igitur.in verb. firma. in Authen. de non alienand. aut permutand.rebus Ecclesia.collati.2. Bald.in l. illud.num.3.versi.tertiò quæritur.C. de sacros.eccles.quia speciale est in donatione, quæ fit pro redemptione captiuorum, vt illa valeat, cuiuscunq; sit quantitatis, sine insinuatione.l.si quis pro redemptione. C.de donat.ergò secùs videtur in donatione, quæ fieret ecclesiæ aut pijs locis. Hanc sententiam sequitur Andre. Sycul.in c.ad hæc.extr. de testam. Sed contrariam sententiã, quòd hodiè indistinctè valeat donatio facta Ecclesiæ, sine aliqua insinuatione defendit Bar. in d.l.illud.num.5.quem alij sequuntur, adijciẽtes rationem per text. d. l. si quis pro redẽptione. sicut in donatione facta pro Redemptione captiuorum, est sublata solẽnitas insinuationis, ita eodem fundamento asserendum in donatione facta ad quamlibet piam causam, quia in concernentib. animam

mam & fauorem religionis, cùm videatur esse eadem ratio, eadem etiam esse debet iuris dispositio. c. cùm dilecta. ext. de confirmat. vtili vel inutili. Specul. in tit. de instru. edit. in §. porrò, nume. 7. versi. item nota. in fin. lib. 2. par. 2. copiosè pro more suo D. Panorm. in c. relatum. 1. num. 4. versi. sed quæro. extr. de testam. Et hanc opinionem communem Doct. esse scribit Ias. in consil. 169. numer. 8. versic. breuiter in contrarium. in 4. volu. con. vbi plures rationes huic decisi. annectit copiosè Tiraq. in tract. de priuilegijs piæ causæ, priuilegio 124. & Hippol. Riminald. in §. 1. num. 385. Instit. de donationibus.

CONCLVSIO LXIII.

44 DONATIO iuris præsentandi facta à patrono cum consensu Episcopi, valet. Et hanc communem Doct. sententiam esse referunt Philip. Dec. in con. 541. nume. 2. Rochus de Curte, in tractat. de iure patrona. in verb. pro eo. in 2. q. num. 3. in 15. volum. tracta. Quæ tamen sententia intelligitur, quando donatio de beneficio vacante, secùs autem de beneficio vacaturo facta esset, c. fin. ext. de concess. præben. & ibi Abb. in vltimo notab. numer. 6. ait, quòd sicut collator non potest promittere beneficium vacaturum, ita nec dare in specie alicui potestatem conferendi antequam vacet, c. constitutus. c. 2. extr. de concess. præben. sic & patronus nō potest promittere præsentationem alicui, nec dare in specie alicui potestatem præsentandi cùm vacabit, quia ea ratio, quæ est in collatione, militat in præsentatione, nam sperans se præsentandum, desideret mortē proximi. Quam conclusionem plurib. authoritatibus confirmat Roland. à Valle, in con. 47. num. 53. cum seq. in 1. Tom. con.

CONCLVSIO LXIIII.

45 DONATIO inter viuos, sicut purè ita sub conditione fieri potest. l. 1. §. 1. ff. de donat. §. omnis stipulatio. Instit. de verb. obliga. & etiam in testamento talis donatio fieri potest. Quia contractus factus in testamēto valet. Accurs. in l. hæredes palàm. §. fin. in verb. alienum. & ibi Bartol. in fin. ff. de testamen. Et ita omnes Doct. tenere refert Dec. post Lud. Rom. in con. 171. in con. 293. num. 20. vbi ipse asserit communem sententiam esse, vt pacta vel donatio rei datæ vel summæ non impedientis liberam facultatem apposita, reuocatione certi legati valeat, & non aliàs, quam doctrinam & Alex. de Imol. in con. 25. numer. 6. lib. 3. & in consil. 83. numer. 16. in 2. lib. consil. & idem Dec. in con. 247. numer. 8. tradiderunt. In qua tamen aliter Caro. Molin. distinguit in verb. donatione. lite. c. in suis margin. addit. ad d. con. Alex. 25. Dec. in d. consil. 25. & in verbo, contrarium, lite. a. in d. consil. 293.

CONCLVSIO LXV.

46 DONATIO omnium bonorum præsentium & futurorum non valere communi Docto. voto receptum est. Bart. in l. stipulatio hoc modo. nu. 5. addens rationem in primo membro, aut promittit bona, & tunc aut omnia bona præsentia & futura, & non valet, quia aufert liberam testandi facultatem per indirectum. nam nullus hæres esse vellet sine commodo. Paul. de Castr. ibid. num. 3. Ias. num. 10. versic. nam habeo. Zas. num. 52. vers. tertia conclusio. Hieron. Butigella, num. 45. ff. de verb. obligat. Bart. in l. fin. num. 16. Ias. nume. 33. Dec. 30. Hierony. Cagnol. copiosè & eruditè nume. 237. cum seqq. C. de pact. Petr. Philip. Corne. in cons. 60. numer. 15. vbi inter cæteras rationes ipse & hanc assignat, quia vicem testamenti obtinet l. hæreditas. C. de pact. conuentis. in 2. vol. cō. Licèt multi Doct. contrariam sententiam amplexi fuerint, vt liquet ex Alexand. annotationib. in d. l. stipulatio. hoc modo. num. 14. cum sequ. & Ioan. Crotti. num. 91. tamen Bartoli & aliorum sententiam receptam eamque communem esse inquiunt Bald. in c. in præsentia. nu. 36. extr. de proba. Ludou. Roman. in con. 171. in princ. vers. tenentis talem donationem nullam fore. Et hæc communis opinio confirmatur rationibus. Panor. in con. 47. & 48. num. 1. versi. sed his non obstantib. in 2. par. con. Ias. in d. l. stipulatio hoc modo. d. nu. 10. Ioan. Crottus d. num. 19. & num. 97. Deci. in d. l. fin. d. num. 19. quam doctrinam etiam procedere volūt Doct. communiter in d. l. stipulatio. etiamsi iuramento fuisset firmata. Ioan. Frācisc. de Ripa in respon. 3. num. 1. & 2. titul. de donat. & gratijs perficien. & reuocan. pag. 84. lib. mei. vbi ipse reprehendit Corne. cōtrariam sententiam approbantem, in cons. 251. nu. 6. in 3. vol. con. quia iuramētum est contra bonos mores. Et hanc sententiam probabiliorem esse addit ibidem ipse Ripa.

nam iuramentum non conualidat dispositionem impedientem liberam testandi factionem, cùm id repugnet charitati proximi, & contra bonos mores censeatur, ideò non firmari iuramento inquit Cagnol. in d. l. fin. num. 262. versic. septimò limita. Sequitur quoque eandem Roland. à Valle, in con. 39. num. 1. in 1. Tom. con. Et hanc decisionem nō procedere addunt nonnulli Doct. si facta fuisset cum reseruatione vsufructus. Pau. de Castr. in con. 101. incip. notandū est secundū antiquā impressionē, & idē Pan. de Cast. in l. fin. nu. 10. C. de pact. sed Bar. in d. l. stipulatio hoc modo. nu. 5. ver. idem puto & aliorum Paul. de Cast. ibid. num. 3. Alex. num. 18. Ias. nu. 18. sententiam existimantium donationem valere reseruato vsufructu per rationes ibi relatas multi alij sequuntur. quia donans de fructib. testari potest. idem Bartol. in dict. l. fin. numer. 11. versicu. item de fructib. Ludoui. Roman. in consil. 26. in prin. & posset dici, quod de fructib. percipiendis donator testari possit, quia possit superesse, de quo ipse testaretur. Ludouic. Gozad. in con. 87. numer. 11. Cagnol. in d. l. fin. nu. 240. vbi ipse egregiè latiùs hanc doctrinam prosequitur, additque numer. 246. à sententia Bartoli non esse recedendum. Cæterùm si facta fuisset donatio cum aliqua reseruatione alicuius quantitatis, de qua posset donās testari, admitteretur illa Barthol. Socin. in cōn. 101. nume. 1. affirmans hanc opinionem communem esse, in 3. vol. cons. sequitur eandem adductis plurib. con. aliorum Roland. à Valle, in d. consi. 39. nu. 3. etsi idem Roland. in consil. 65. nu. 5. in eod. to. ex sententia aliorum Doct. ibi allegatorum voluerit, indistinctè donationem omnium bonorum præsentium & futurorum valere, si donator sibi reseruauerit vsumfructum, quia de fructib. percepturis, poterit donans testari, nam licèt vsusfructus finiatur morte. §. finitur. Inst. de vsufruct. Fructus tamen percepti viuente vsufructuario pertinent ad eius hæredem. Ita quoque asserit Socin. Iun. in cons. 153. num. 20. cum seqq. in 1. par. con. De hac conclusione videatur quoque Hier. Mandos. in suis additio. ad con. Romani, con. 10. in verb. Prostando.

CONCLVSIO LXVI.

47 DONATA in dubio secundum communem opinionem per consanguineos viri sponsæ efficiuntur & quæruntur marito, ex quo eius contemplatione donata fuerūt. Ita firmat Bartol. in l. sed si plures. in §. in arrogato. num. 4. ff. de vul. & pupilla. & sequuntur alij Doct. communiter Bartolum, vt refert Ias. ibidem inquiens: Durum esse in practica discedere à sententia Bartoli, & idem Ias. in l. vt liberis. nume. 17. in vers. capio glossam. in verb. sponsus, inquit: non recedendum esse à distinctione Bartoli, quæ magis cōmuniter tenetur, licèt secùs esset, vbi appareret consanguineos mariti velle donare vxori, vt ei acquirantur donata. Ias. ibi in verb. nisi appareat, quod contemplatione sponsæ sit donatum. similiter quando consuetudo esset talis, quod donata vxori à consanguineis vel amicis mariti efficiantur propria vxoris, & remaneant apud eam & eius hæredes. Cuius decisionis facit mentionem Phil. Corne. in consil. 81. in litera T. versic. nec obstat. circ. fin. in 1. vol. con. & latè explicat Roland. à Valle, in con. 10. num. 10. & 11. in 1. Tom.

CONCLVSIO LXVII.

48 DOS quando consistit in pecunia soluto matrimonio morte viri, per hæredes viri statim non est restituēda, sed infra annum. l. 1. §. exactio. Cod. de rei vxoriæ act. etiam si ipsi hæredes essent diuites, & haberent facultatem statim eam restituendi. Bart. & alij, in l. diuortio. ff. solut. matri. Ias. in §. fuerat. numer. 28. vers. quod si maritus esset diues, & haberet pecuniam præ manibus. Vbi ipse reprobando Angel. qui contrarium dixerat, in campsore, mercatore vel alio pecunioso, affirmat hanc esse communem. d. numer. 28. versic. Inst. de actioni. Et ita tenent communiter Doct. licèt interim alenda sit ab ipsis hæredib. si non habeat vnde se alat, secundum receptam Doct. sententiam. Ias. in d. §. fuerat. nume. 23. versic. restat. & in l. diuortio. nu. 18. vbi Ias. contrariā sententiā contra cōmunem defendere conatus fuit, quæ tamen communis sententia fallit, & locum non habet, quando dos fuit legata à viro vxori, de qua quæstione videatur Rolan. à Valle, in consi. 10. nu. 19. in 1. vol. con.

CONCLVSIO LXVIII.

49 DOS prohibita alienatione per testatorem potest constitui ex illis bonis, quorum alienatio est prohibita, quare auth. res quæ. C. communia de legatis. loquens in prohibitione tacita, etiā locū habet in expressa, quando

quando expressè esset prohibitum alienare bona. Ita Bartol. post Iacob. de Arena voluit, in l. filiusfamilias. §. diui. num. 10. vbi ipse allegat l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebel. & d. Auth. res quę. C. communia de legat. Bald. in l. voluntas. num. 5. & Salycet. num. 6. C. de fideicom. & idem Salyce. in l. fin. versi. quæro an prohibitus alienare posit in dotem dare? Dic quod sic, si non haberet aliundè. num. 4. C. de reb. alien. non alien. Paul. de Castr. in con. 13. secundum veterem impreßionem. Alex. de Imol. in con. 56. num. 3. in 1. lib. Ludouic. de Gozadin. in consi. 97. nume. 9. Et hanc Doct. communem sententiam esse dicunt Philip. Dec. in con. 519. num. 3. vers. sed breuiter in contrarium est communis opinio. Ferdinand. Loazes. in d. l. filiusfamilias. §. diui. nume. 135. & Ioan. Croettus ibid. nume. 47. vbi ipse num. 44. illam quæstionem incipit disputare. Licèt autem multi Doct. contrariam sententiam amplexi fuerint. Bald. in cap. 1. §. donare. numer. 2. titul. qualiter feudum alienari posit. in vsib. feudor. Ias. in d. Authen. res quæ. num. 25. vers. sed contra cõmunem sententiam ego adduco fortè fundamentũ, &c. tamen prior sententia, quod prohibitio alienationis licèt validè facta non impediat rem prohibitam dari in causam dotis, vel donationem propter nuptias, communiori calculo probatur, vt in vtramque partem eruditè disputat Marian. Socin. Iun. in d. §. diui. versic. capio secundam quæstionem. num. 147. cum seq. quam tamen conclusionem in eo casu non procedere Doct. asserunt, quando filia aliundè haberet, vnde se posset congruè dotare de bonis suis, tunc non habebit locum dispositio d. authen. res quæ. vt est textus in §. si vero. in Auth. de restit. coll. 8. Salycet. in d. l. fin. d. nume. 4. C. de reb. alien. non aliena. & in d. l. voluntas. nu. 6. C. de fideicom. & Roland. à Valle, in con. 85. num. 9. cum seq. vbi ipse numer. 23. consulendo scribit, communẽ opinionem Doct. esse, quòd dispositio d. Auth. res quæ. non habet locum, quando testator expressè prohibuisset alienationem bonorum suorum, etiam ex causa dotis. in 1. Tom. consil. Licèt Ias. voluerit patrem non posse expressè prohibere, sæpe dicta Auth. res quæ, locũ habeat. Quia cùm sit debitor dotis vel donationis propter nuptias, non debet esse in potestate testatoris tollere obligationem. l. sicut. C. de act. & obligat. Item quæ sunt adducta fauore publico, non possunt tolli vel mutari ex dispositione testatoris. l. quod de bonis. §. fi. ff. ad l. Falcid. in d. Auth. res quę. num. 23. versi. decimotertio limita istã Authen. non habere locum quando pater in testamento prohibuisset in indiuiduo alienationem.

CONCLVSIO LXIX.

50 DOS soluto matrimonio per mortem vxoris reuertitur ad hæredes vxoris, & donatio propter nuptias propter mortem mariti ad hęredes viri. Gloss. in verb. donatio. in Authen. siue à me. Cod. ad SC. Velleia. Auth. æqualitas. C. de pact. conuent. gloss. in verb. meretur. in Auth. dos data. C. de donat. ante nup. Bart. in Auth. de æquali dot. in prin. colla. 8. Hanc communem sententiam esse & limitari scribit post alios Roland. à Valle, in cons. 62. num. 1. & 2. in 1. To. consil. vbi aliter per pactum inter coniuges actum esset. c. fin. & ibi gloss. fin. in verb. sicut dos. Bald. in d. Auth. siue à me. numer 2. Ludouic. de Gozadin. in consil. 47. numer. 16. versic. quartò an donatio propter nuptias. in consi. 185. numer. 2. vers. de pacto sanè non est dubitandum. in 1. part. con.

CONCLVSIO LXX.

51 DOTALIS fundus licèt alienari nõ posit. tot. tit. ff. de fund. dota. tamen si fundus fuit datus in dotem æstimatus alienatio valet, quia æstimatio facit emptionem, & siue iusta siue iniqua ea fuerit, mulier agere non potest contra emptorem secundum gloss. communiter approbatam in l. si inter virum. C. de iur. dot. præsertim quando simpliciter fundus est æstimatus, & sumus in casu dubio, an sit æstimatus vel non? Soci. Sen. in consil. 57. post numer. 6. versic. Septimus casus est, in 1. volum. Idem in consil. 289. numer. 1. versic. Ex quo in casu modo. in 2. vol. consil. In vtroque consilio refert ipse gloss. in d. l. si inter virum communiter approbari. Vnde dicit IC. in l. plerunque. ff. de iur. dotal. Plerunque interest viri res non esse æstimatas, idcirco ne periculum rerum ad eum pertineat, maximè si animalia in dotem acceperit, vel vestem, qua mulier vtitur. Eueniet enim, si æstimata sit, & eam mulier attriuit; vt nihilominus maritus æstimationem earum præstet. Quoties igitur non æstimatæ res in dotem dantur, & meliores & deteriores mulieri fiunt. Similiter si datæ

fuerint æstimatæ, licèt mulieres consentiant, tamen maritus æstimationem præstare debet. l. cum post. §. in dotem rebus æstimatis. & ibi glos. in verb. periculum. ff. de iure dot. l. æstimatæ. ff. solut. matrimon. vbi IC. Hermogenia. inquit, æstimatas res vsu etiã mulieris periculo mariti deteriores effici. Hinc Docto. communiter ibi concludunt, licèt res æstimatæ sint concessæ mulieri ad vsum, & illas ea consumpserit suo vsu, tamẽ maritũ ad æstimationem teneri. Et addunt hoc notandũ esse propter mulieres rusticas, & quando precium est iniustum, datur actio mulieri ad supplementum iusti precij. l. si res æstimata. §. si mulier. ff. de iure. dot. Pau. de Cast. in consi. 275. post. numer. 3. vers. ad tertium respondetur. in. 2. part. con. Iohan. Hierony. Card. Alba. in suis lucubration. ad Bartol. in rubric. ff. de fund. dota. numer. 2. vbi ipse numer. 4. An illa regula, æstimationem facere emptionem, semper vera sit, latiùs prosequitur.

LXXI. infrà in 2. parte.

CONCLVSIO LXXII.

53 DVCATVS, Marchionatus & Comitatus non diuiduntur, ita voluit expressè textus in c. Imperialem. versic. prætereà Ducatus, Marchia, Comitatus de cætero non diuidatur. titul. de prohibita feud. alien. per Frederic. Quia dignitas & dominium per diuisionem diminuitur, & ad destructionem deducitur. Gloss. in verb. priuandum. circ. fin. in c. licèt vniuersis. extr. de voto & voti redemp. quam conclusionem rationib. & authoritatib. confirmari dicit Socin. Sen. in consil. 67. numer. 23. & 24. in 1. volum. & in consil. 165. numer. 15. & 16. in 2. vol. con. Et hanc communem Docto. sententiam esse ipse in d. con. 67. nu. 25. & in d. con. 165. nu. 16. in fi. & in con. 177. num. 1. in 2. vol. consi. post Docto. in d. §. prętereà Ducatus asserit. Ad hanc decisionem multas authoritates allegant Felin. in c. quæ in ecclesiarum. versi. hanc declarationem. nume. 90. ext. de consti. & Phil. Dec. in c. prudentiam. nu. 12. ext. de offic. delegat. Sequuntur & alij, Albert. Brun. in con. 93. num. 12. inter con. feuda. & Hier. Schurff. in consi. 17. num. 16. in 1. Cen. Hac sententia & alijs multis argumẽtis, quæ per Socin. in d. consi. 67. & 165. Baptist. de S. Blasio, in con. 66. inter con. feu. Rol. à Valle, in consi, 89. in 1. Tomo, & Hieron. Schurff. in consil. 37. num. 1. 2. & 3. cum seq. in 2. Centur. con. latissimè deducuntur, non obstantib. contrariam sententiam veriorem & magis receptam esse ipsi affirmant. Quam quoque eruditè explicat Caro. Ruin. in con. 29. nu. 16. vers. Sed his non obstantib. in. 5. vol. con. vbi ipse cõsuluit in causa illustrĩss. principum Henrici & Alberti fratrum Ducum Megapolensium.

Alij verò faciunt duas regulas, quòd in feudo Ducatus, Marchię vel Comitatus habente annexam dignitatem, & sic in feudo maiori nõ sit permissa diuisio, secùs verò in alijs feudis inferiorib. quæ non habent dignitatem annexam, quòd ea scilicet diuidi possint. Docto. in d. §. prætereà, & Franciscinus Curtius in tractat. feudor. in 4. part. ex quib. caus. feud. amit. vers. trigesimo quęro, an & quando feud. diuidi possit. nu. 121. vsque ad nume. 125. vbi & Curt. illam egregiam doctrinam refert, an in diuisione bonorum feudaliũ, ad hoc vt fieri possit, omnes conuasalli debeant consentire, quam anteà Alexan. de Imol. in consil. 6. & 7. & ibi Carol. Molin. meminit in verb. contradicat. & in consil. 25. in lib. 5. consil. & Ias. in l. stipulationes non diuiduntur, numer. 31. ff. de verb. obligation. pulchrè explicarunt. Et huius conclusionis nouissimè meminit Bursat. in consil. 3. num. 21.

CONCLVSIO LXXIII.

54 DVCES, Marchiones, Comites & alij huiusmodi habentes iurisdictionem in personas sibi subditas, quemadmodum obligãt seipsos per contractum factũ cum ipsis subditis, ita etiam obligant successores suos in ea iurisdictione & dignitate, vt tradit Abbas in c. 1. numer. 1. in 1. notab. ext. de proba. & ibi latiùs Felinus nu me. 1. & 2. Dec. num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. Ias. in l. 1. nu. 11. 13. & 14. ff. de constit. princ. & idem Ias. valdè pulchrè, in con. 1. in 1. vol. cons. Et hanc communem Doct. conclusionem esse scribit Iaco. Mandellus Albensis, in con. 67. num. 1.

E.

CONCLVSIO LXXIIII.

1 EBRIVS etiã sua culpa factus, non est puniendus pœna mortis naturalis. leg. omne delictum. §. fin. ff. de re militari. dũ dicitur: Per vinum aut lasciuiam

uiam lapsis capitalem pœnam remittẽdam esse. Et hanc sententiam communem Doct. esse, ebrios, scilicet, delinquentes non esse puniendos pœna mortis naturalis, secundũ ea quæ Bartol. voluit in l. respiciendum. §. delinquunt. numer. 3. ff. de pœnis. cui Bald. in l. data opera. nume. 6. C. de ijs, qui accus. non poss. adstipulatur. scribit Barthol. Romul. in l. vt vim. nume. 185. ff. de iusti. & iure. quam materiam optimo ordine satis prolixè prosequuntur And. Tiraq. in tractat. de pœn. cau. 6. & Petr. à Placa in epitom. delictorum. cap. 30. qui omnino sunt videndi.

CONCLVSIO LXXV.

2 ECCLESIASTICVS legitimus iudex solus est, quando inter coniugatos agitur de diuortio quò ad thorum propter fornicationem. Et hanc communem opinionem Docto. esse scribit Dec. in consil. 212. nu. 2. in 2. par. cons. Licèt ipse hanc causam ad vtrumque forum mistim pertinere credat, communem tamen, cùm hic tractetur de coniugali cohabitatione dissoluenda, sequitur Didac. Couarruuias, in epit. in 4. lib. decretal. cap. 7. §. sexto. num. 8. 2. partis.

CONCLVSIO LXXVI.

3 ECCLESIAE in quærendis non in inquisitis præiudicare potest. Ita tradit Bart. in l. iubemus nullam. nume. 4. C. de socrosanct. ecclesi. Quare consulendo scribit Freder. de Senis, in consi. 9. quòd prælatus possit repudiare hæreditatem debitam ecclesiæ, cuius sententiam communiter Doct. sequuntur, Bart. in l. tutor. nume. 3. ff. de bonor. possess. Bald. in l. pupillorum. vbi bona est additio. And. Barb. liter. M. & lite. A. C. de repudiat. vel abstinenda hæredita. Petr. de Ancho. in consi. 136. & Ludo. Roman. in cons. 184. Abbas in c. 1. numer. 41. ext. de dolo & contum. Et hanc communem Doct. opinionem esse tradit Felin. in c. in præsentia. nume. 57. vers. sic. decimò quærò. extr. de proba. licèt Alex. de Imol. sententiam contrariam communiorem esse voluerit, in l. legatum. nume. 3. ff. de legat. 1. tamen eius sententiam Ias. ibidem reprobat, quem ipse quoque sequitur, in con. 108. numer. 2. in lib. 1. consi. Et hanc reliqui Docto. tanquam communi voto approbatam confirmant, Dec. in c. ecclesia S. Mariæ. num. 53. versic. tertia conclusio. ext. de constitut. Crauet. in consi. 152. nu. 9. in 1. par. con. Rolan. à Valle, in con. 15. nume. 33. cum seqq. in 1. Tom. consi.

CONCLVSIO LXXVII.

4 ECCLESIA si læsa fuerit, potest iudex & superior etiam ex suo mero officio cognoscere de læsione, & super ea recipere testes ac probationes, & tandem Ecclesiam restituere in integrum. Iohan. And. in c. cùm venissent. de institutio. per illum textum, ibi vel ad petitionem ecclesię vel per nos ipsos, qui textus loquitur de restitutione concedenda, licèt Ludou. Roma. contrariam sententiam sequatur in suis singulari. sing. 462. incip. Quod iudex motu proprio parte non petente possit concedere ex officio minori in integrum restitutionem. Cuius sententiam communem esse arbitratur Apostillator ad d. sing. 462. Romani. Sed Iohan. And. sententiam pulchrè defendit Aug. Bero. in suis quæst. 40. nu. 2. cum seqq.

CONCLVSIO LXXVIII.

5 ECCLESIA si hæres instituatur & adeat absque beneficio inuentarij, an in solidũ teneatur, vel vltra vires hæreditarias, Varij varia dixerunt. Sed Bart. in l. 1. voluit Ecclesiam ad similitudinem fisci non teneri vltra vires hæreditarias. vers. Quartò quæro. post nu. 45. C. de sacrosanct. Eccle. Et dicit ibi Pomates apostillator, in verb. Contrarium dico, hanc sententiam communiorem esse, quam sententiam quoque sequuntur Bald. in l. fi. num. 8. vers. quintò quæro. C. de iur. delib. Panorm. in con. 73. nu. 10. vers. Licèt ego credam. in 2. part. con. Et hanc conclusionem quoque communiter approbari meminit Aret. in rubr. ver. Quartò addo in quantum. ff. de acqui. hæredita. & facit mẽtionem huius doctrinæ idem Aretin. in l. si seruus plurium. §. si quis ante. non procul à fine. ff. de legat. 1. Alij dixerunt Ecclesiam, si inuentarium non fecerit, vltra vires non teneri, sed Ecclesiam petere posse restitutionem. Alexan. de Imol. post alios in d. l. fin. §. notissimum. num. 2. vers. Puto veriorem esse illam opinionem. Et in eadem l. in §. fin. numer. 6. inquit Ias. hanc communem conclusionem esse Doctorum, C. de iureiu. delib. Sed priorem Ecclesiam non teneri, cõmuniori voto Doctores approbarunt. Abb. in c. 1. in fin. & ibi apostillator. in liter. e. inquit, eam communem sententiam esse. ext.

de solutio. Copiosè Tiraq. in tract. de priuileg. piæ causæ. priuileg. 88. & nouissimè Hierony. Alban. in lucubrationib. ad Bartol. in dict. leg. 1. numer. 9. c. de sacrosanct. Ecclesi.

CONCLVSIO LXXIX.

6 ECCLESIA potest sine solennitatibus contractus vtiles celebrare, gloss. in l. cum hi. §. eam transactionem. in verb. alimentarijs. ff. de transacti. Communis tamen DD. opinio est in contrarium, referente Iasone in l. contra iuris. num. 9. in vlt. notab. ff. de pact. Licèt quoque multi DD. glossam secuti fuerint, quos referunt post Dec. in consil. 124. Placet. num. 3. Tiraq in tract. de legib. connub. & iur. marit. gloss. 8. num. 27. vers. Nec id quidem abs re. & Aldob. in §. 1. nu. 10. Inst. de auth. tuto. Eamq; sequitur idem Aldob. post Dec. nu. 9. vers. addatis tamen, in suis additionib. ad lecturam Dec. in c. quę in ecclesiarum. in verb. interuenisset. nn. 13. ext. de const. Et ibi Caro. Molin. in verb. verio. lit. b. & in c. 1. in verb. contentioso. lit. n. ext. eod. tit. vbi ipse Moli. putat Decij & aliorum DD. volentiū Ecclesiam sine solennitatib. contractus vtiles celebrare posse, veriorem esse, hisce duob. alijs concurrentib. primò dummodò etiam constet quòd cessit in vtilitatem ecclesiæ, secundò, dummodò alienatio sit temporalis, Et ita dicit ipse se vidisse iudicari in senatu Parisiensi, cuius conciliationem reprobat Gabr. Saray. in suis additio. ad singula. Matthęi Mathesila. sing. 155. num. 12. inquiens Bartoli, Alberi. & aliorum dicentium solennitatem requiri in alienanda re Ecclesiæ, sententiam magis communem & veriorem videri, vt ibi latiùs ipse tradit. De qua quæstione copiosè scribit Tiraq. in d. tract. de legib. connubialib. d. glo. 8. nu. 66. cum seqq.

CONCLVSIO LXXX.

7 ECCLESIA succedens priuato, contra quem fuerat inchoata præscriptio, vtitur iure priuati pro tempore præterito, pro futuro verò vtitur iure & priuilegio ecclesiæ, argumento l. fiscus. ff. de iure fisci. Bald. in auth. quas actiones, nu. 9. C. de sacrosanct. Ecclesi. Et hanc communem opinionem Doct. esse consulendo scribit Pano. in con. 14. nume. 2. in 2. par. con.

CONCLVSIO LXXXI.

8 ECCLESIAE restitutio in integrum aduersus præscriptionem elapsam datur. Et si in hoc sint variè discrepantes sententiæ, an ecclesia restituatur aduersus præscriptionē, & tres principales referat Ias. in Auth. quas actiones. nn. 43. & 44. C. de sacros. eccles. illa tamen magis communis est, eodem Ias. referente, vt restituatur intra quadrienniū à tempore læsionis & præscriptionis cōpletæ, per text. in Clem. 1. & ibi gl. in verb. admittenda. & Card. Zabarel. nu. 3. 4. 7. & 9. & alij Doct. de rest. in integ. in 6. & Phi. De. in con. 36. vers. tertiò & vltimò quæritur de præscriptione. nu. 9. Et hanc quoque communem opinionem Doctor. esse attestatur Nicol. Bellon. in con. 46. vers. ad vltimum, an possit peti restitut. num. 14.

CONCLVSIO LXXXII.

9 ECCLESIAE si quis dederit omnia bona sua præsentia & futura, an talis donatio subsistere possit, multi Doctor. dubitarunt, eamq; non valere consulendo scribunt Angel. de Vbald. in consil. 179. nu. 5. vers. & ex prædictis infero, quia pactio, per quam impeditur libera factio testamenti, est legib. & morib. reprobata apud laicos, ergo multò fortiùs apud Ecclesiasticas personas, quæ non temporalib. sed diuinis vacare debent. Petr. de Anch. in con. 231. nu. 2. vers. his tamen nō obstantib. vbi ipse non contemnendis rationib. hanc sententiam approbat. Sed Bart. & alij communiter sententiam contrariā amplectuntur. Bar. in l. fi. nu. 13. nam cùm quis possit personam suā dedicare ecclesiæ, Aut. ingressi. C. de sacros. eccle. multò magis bona præsentia & futura. C. de pact. & Bal. in Auth. si qua mulier. nn. 15. ver. sextò nor. C. de sacros. eccl. Panor. in c. in præsentia. nu. 2. vers. nota quintò. extr. de prob. & in c. a. nu. 11. vers. & inducitur ad quæstionem. exr. de concess. præbē. & in c. fi. nu. 2. ext. de success. ab intest. & in con. 102. incip. Circa personarū & bonorū oblationes. nu. 2. post prin. con. in 2. par. con. & Ias. in d. l. fi. numer. 33. Et hanc omnium Docto. cōmunem opinionem esse refert Marian. Soci. Senior in suo insigni tract. qui inscribitur De materia oblatio. in libel. 10. nu. 1. vers. vnde conclusio sit. Et hanc sententiam communiter approbatam testantur Phil. Dec. in d. l. fi. num. 31. vers. finaliter tamen. & idem Dec. in d. c. in præsentia. nu. 5. vers. septimò nota. Io. Crottus, in l. stipulatio hoc modo. nu. 97. & 98. ff. de verb. obliga. & præceptor Hier. Cagnol. in d. l. fi. num. 238.

CON-

CONCLVSIO LXXXIII.

10 EDITIONEM ab argentario, notario, mercatore & simılib. actione aut iure actionis in factum fieri oportere, excellens iuris interpres, Alexand. de Imol. existimauit, in l. 1. numer. 8. C. de edendo. tum quòd ex edicto regulariter actio in factũ datur. l. fi. in prin. ff. de eo per quẽ fact. erit. tũ quòd verba edicti partem ipsam respiciunt. l. prętor. in prin. ff. de eden. sed sentẽtiam contrariam communiter Doct. approbarunt, quia d. l. 1. And. Alciato ibidem referente, num: 30. & 31. ostendit, persecutione seu officio iudicis id expediri, sic & lex ait, ad officium iudicis pertinere, vt exploret rationes defuncti, iubeatque ab eo edi replicationis adiuuandæ causa. l. penul. §. fin. ff. ad l. Falcid. nam & prætor in edicto, causa, inquit, cognita, edi iubebo. l. si quis ex argentarijs. §. prætor. ff. de edendo. quæ verba ad iudicem referuntur: Meritò igitur communi sententia existimatum est, officio iudicis id explicari, censuitque Bartol. in l. 4. §. Cato. ff. de verb. obligatio. id officium non merè in personam, sed quantum sit, ad singularem successorem instar cuiusdam rei vendicationis inductum esse. Et hanc Doctor. communem opinionem esse testantur Salicet. in dict. l. 1. num. 5. Barthol. Socin. num. 13. Dec. numer. 20. licèt ipse ibidem Alexand. sententiam sequatur, & in capit. 1. numer. 61. versic. secundò principaliter quæritur. ext. de probat. Ioan. Mariæ Ryminald. in d. l. 1. numer. 9. Ioannes Franciscus Purpura, numer. 28. Ripa, numer. 20. in fin. copiosè & latè Hieron. Cagnol. num. 89.

CONCLVSIO LXXXIIII.

11 EGREGIAE personę quando testimonium ferre debent, ad earum domum mitti debet, vt ibi iuramentum præstent, & examinentur. Ita asserunt Hostiensis, Iohann. Andreæ, Anton. de Butrio, numer. 13. Ioan. de Imol. num. 9. Abbas num. 4. in cap. significauit. ext. de offic. ordinar. per textum expressum in l. ad personas egregias. ff. de iureiur. quem ipsi intelligunt hoc fieri ex gratia iudicis, non autem ex necessitate. l. 2. §. si præses. ff. quis ordo in bonor. possess. seruet. Quorum sententiam quoque refert Ludoui. Roma. in singula. suis, singula. 789. in cip. Communiter dicitur, quod ad personas egregias debet mitti iuramentum. Alij verò Doctor. contrariam sententiam secuti fuerunt. Salicet. in Authen. Sed iudex mittat ad eos. numer. 4. versic. quærit glossa. C. de Episco. & Cleric. Prædictus Ioan. de Imola, in l. cum ab initio. post numer. 7. ff. Quemadmod. testa. aperiant. Abbas in cap. si qui testium. nume. 4. vbi ipse distinguit, quòd si talis causa fuerit, in qua testis in præsentia Iudicis deponere debeat, veluti si sit criminalis vel ciuilis ardua, tunc egregiam personam se ad Iudicem conferre oportet, nisi Iudex gratiam facere velit, vel mulier sit: Si verò fuerit causa, in qua non est necesse testem ire ad pręsentiam Iudicis, tunc Iudex debet mittere ad personas egregias. ext. de testibus. Hanc quoque sententiam referunt, Felin. ibid. numer. 4. & Alexand. de Imola, in d. l. ad personas egregias. numer. 7. Sed cum I C. Paulus ibi vsus fuerit verbo, Oportet, voluerunt interpretes illud necessitatem inferre, vti declarat Ias. post alios in dict. l. ad personas egregias. numer. 4. & nouissimè Nicol. Pig. in suis additionibus ad singularia Romani, dict. singulari 789. vbi in priori additione Apostillat. dicit, distinctionem Hostiensis, Iohan. Andreæ, Antonij de But. & aliorum, de qua in principio mentio facta est, communiter à Doctoribus non approbari.

CONCLVSIO LXXXV.

12 EMPHYTEVSIS Ecclesiastica concessa in perpetuum, transit ad extraneos hæredes. Bald. in l. 2. numer. 6. C. de iure emphyteut. & in capit. 1. §. quidam obligauit. versic. ego de facto fui consultus. numer. 2. titul. de feud. dato in vicem legis commis. in vsibus feud. allegans text. in §. licentiam. in Authentic. de aliena. & emphyteut. collat. 9. vbi ex noua constitutione datur licentia, vt emphyteusis ab Ecclesia perpetuò concedatur, & per consequens etiam vltra descendentes, qui interdum non sunt hæredes in perpetuum. gloss. in §. adeò. in verb. auferre licet. Instit. de locat. & conduct. & per multas alias rationes, quas passim Doctor. afferunt. Sed magis communis opinio Doctor. reprobata Baldi sententia, est in contrarium. Alexand. de Imola, in dict. leg. etiam. numer. 4. ff. soluto matrimon. & in consil. 9. nume: 9. in lib. 2. consil. Philip. Dec. in cap. in præsentia. numer. 48. & in consil. 171. numer. 6. versic. non obstat successiuè. & Ludouic. de

Gozadin.in consi.39.num.8.quia d.§.licentiam, vtens verbo, perpetuè, intelligitur in infinitum, quantum ad numerum hæredū, sed respectu qualitatis hęredum ibi nihil innouatur, sed attenditur quod asseritur in §. emphyteusin.in Auth.de non alien.aut per mut. reb. Eccles. colla.2. Et sic concedi potest filijs, nepotib. & omnibus descēdentib. in infinitum, non tamen extraneis. Ita post alios declarārūt valdè pulchrè Alex. de Im. in d.con.9.d.numer.9.attestans hanc communem & veriorem Doct.sententiam esse. Philip. Dec. in d.c.in præsentia.numer.48. Ludouic. Gozad. in d.con.39.numer.8. & Roland.à Valle, in con.96.numer.18.qui inquit, hanc communē DD. esse opinionem. numer.19.in 1.par.cons. Bursat. in con.48. numer.22.

CONCLVSIO LXXXVI.

13 EMPHYTEVSIS Ecclesiastica si alicui concessa fuerit, licèt regulariter in ea non admittantur hæredes extranei, quando fit mentio de hęredib.indefinitè; tamen secùs si in ea dictum sit de omnibus hæredib. tunc etiam extranei venirent. Ita Bald.in c. in præsentia. vers. nota quòd nomen hæredis.numer.20.ext. de probat.cuius sententiam communiter Docto.probarunt, vti referunt Alex. de Imol. in con.185. vers.vnde dicit singulariter. Bald.numer.4.in 6. volu. con.Ludouic.de Gozadin.in con.27.num. 82.circ.fin. & in consi.59.numer.15.vers.tamen si dictum fuerit pro se & omnibus hæredibus, veniunt indifferenter omnes, etiam extranei.& Roland. à Valle, in d.consi. 96.numer.18.cum seqq.

CONCLVSIO LXXXVII.

14 EMPHYTEVTICVS contractus requirit de substantia scripturam. Ias. post alios, in l.1.vers.stat ergò ex prædictis conclusio, quòd de substantia huius contractus emphyteutici necessariò requiratur à principio scriptura.nume.63.C.de iure emphyteut. Et hanc magis cōmunem opinionem esse inquit Matth. de Afflict. in Decis. sacri concil.Neapol.Decis.72.numer.7.vers.vnde fuit mihi visum. Quæ tamen doctrina, si sit consuetudo in contrarium, non procedit, & propterea multi Doctor. voluerunt, quòd hodiè scriptura nō requiratur, & hanc opinionem cōsuetudine approbari. Ita cōsulendo scribit Socin. Sen.in con.167.num. 9.in 2.vol.con. Et hanc cōmunem Doct.esse sententiam dicit Roland. à Valle, in cons. 87.num.11.in 1.Tom.con.

CONCLVSIO LXXXVIII.

15 EMPHYTEVTICO iure vel iure Colonię, nō autem censuali nomine, si per 30. annos cōtinuos vniformiter alicui certum quid solutū fuerit, in dubio soluisse aliquid quispiam censetur. Barto. & Bald.in l.malè agitur.in l.omnes.cum notissimi.C.de pręscript.30.anno. Estq; hæc sententia communis, prout eam latiùs declarat Aug.Bero, in quæstio. familiarib.quæstio.14.

CONCLVSIO LXXXIX.

16 EMPHYTEVSIS Ecclesiæ præsertim concessa pro se & hæredibus suis naturalibus transit de Iure communi ita ad fœminas descendentes, sicut ad masculos. §. emphyteusin.in auth.de non alienan. aut permutand. Et hæc sententia communis est, vt latè explicat Aug. Bero. in suis quæstio. familia.quæst.18. & post illum Iul.Clar. lib. 4.sententia.§.emphyteusis.quæst.32.

CONCLVSIO XC.

17 EMPHYTEVSI Ecclesiæ finita ob lineam finitam emphyteutæ liberis & descēdentibus suis vel hæredibus etiam extraneis melioramenta debentur, cùm quid hęreditarium censeantur, & ad hęredes quoscunque transeant. Bald. in l. pen. C.de solutio. Et hanc sententiam verissimam & ab omnibus communiter receptam appellat Augu. Bero. in suis quæstio. familia. quæstio. 19. in princ. & fin. Refert quoque eandem Clar.in lib.4.sententia.in verb.Emphyteosis.quæst.45.versic.Adde.

CONCLVSIO XCI.

18 EMPHYTEVSIS Ecclesiasticæ licèt melioramenta finita linea ad quoscunque hæredes vel etiam extraneos spectent, vti in priori quæstione annotatum est, quod tamen cum eo adiecto temperamento intelligitur, si in emphyteusi Ecclesiæ vltra alia non conuentum esset, vt ea finita linea ad Ecclesiam vnà cum omnibus & quibuscunque melioramentis reuerterentur. Et

hanc

hanc doctrinam procedere inquit Aug. Bero. in ijs melioramentis, quæ in dicta emphyteusi tempore celebrationis contractus fuerunt, Et sic de præsentibus & non futuris. Quemadmodum quoque sub obligatione generali omnium bonorum præsentia tantùm, & non futura comprehenduntur, nisi expresse de futuris quoq; dicatur. Et quamuis nonnulli D D. contrarium defendere voluerint: tamen hæc communis est sententia. Bero. in suis quæstio. familiarib. quæst. 30. num. 2.

CONCLVSIO XCII.

19 EMPHYTEVSI finita consanguinei emphyteutæ defuncti præferri debent extraneis rem emphyteuticã petentibus. Estq; cõmunis D D. sententia, referentibus Tiraq. in tract. de vtroq; retract. in præfatione, num. 41. & 42. & alijs per eum citatis, quam conclusionem nouem modis limitat Horat. Mandos. per plurimas D D. adductas authoritates, totam illam quęstionem optimo ordine explicans, in suis additionibus, ad cõ. Lud. Roma. in consi. 22. in verb. Communis opinio. lit. R. quas propter prolixitatem nõ repeto.

CONCLVSIO XCIII.

20 EMPHYTEVSIS quando est acquisita ab Ecclesia, in ea naturales succedere non solent, secus verò si acquisita est à priuato, tunc vtiq; filij etiam naturales admittũtur. Estq; hæc D D. communis sententia, vti refert Dec. in c. in præsentia. num. 46. extr. de proba. & nouissimè Clarus lib. 4. sententia. in §. emphyteusis. quæst. 30. vbi plures authoritates ab illis allegantur.

CONCLVSIO XCIIII.

21 EMPHYTEVTA potest donare & legare rem emphyteuticam irrequisito Domino. Estq; communis D D. sententia, referente Alex. de Imol. in cons. 120. nu. 5. lib. 5. con. Nouissimè meminit Ioan. Hier. Card. Alba. in l. fin. nu. 3. in fin. C. de iure emphyteut. quam conclusionem latiùs declarat Clar. in §. emphyteusis. q. 15. lib. 4. sentent. Quare explicationem ampliorẽ non addo.

CONCLVSIO XCV.

22 EMPHYTEVTA priuati, qui non soluit canonem per triennium, cadit à iure suo & non antè. l. 2. C. de iure emphyteut. Et emphyteuta Ecclesiæ, qui non soluit per biennium. Auth. quæ rem. C. de sacro. Eccle si. Sed si iurasset singulis annis soluere, tum cessando à solutione vnius anni, secundum communem sententiam, à iure suo cadit. Bald. in c. querelam. extr. de iureiur. Ias. in l. quod te. num. 21. vers. iuxta prædicta quæro. ff. si cert. peta. Ias. in l. si quis maior. vers. nota benè, num. 11. C. de transact. Hippol. de Mars. in suo singul. 226. Ludouic. de Gozadin. in con. 69. num. 9. & in con. 57. nu. 19. vers. nec obstat, dicit ipse, hanc sententiam communiter esse receptam, quam & refert Roland. à Valle, in con. 77. num. 18. in 1. Tom. & in con. 25. nu. 23. in 2. Tomo. con.

CONCLVSIO XCVI.

23 EMPHYTEVTICAE rei pars si alienata fuerit sine consensu Domini, emphyteuta tota re priuatur. Licèt enim per alienationem partis, quando delinquitur circa rem, tota res non perdatur, sed pars tantùm alienata, ne pœna egrediatur suum delictũ. l. rescriptũ. ff. de ijs, quæ vt indig. auferunt. tamen vera est ea sententia, quod vbi per alienationem partis rei emphyteuticæ peccatur in personam Domini, per peccatum partis perditur totum. Bald. in c. 1. vers. quæro vtrùm propter peccatum partis. numer. 9. de alien. feu. per text. l. quidam in iure. §. fin. & ibi Bartol. ff. de donat. Marian. Socin. Inn. in l. 4. §. Cato. num. 91. vers. nec obstat. ff. de verb. obliga. quã sententiam tanquam communem plurib. argumentis confirmat Roland. à Valle, in consil. 17. numer. 10. cum seq. in 2. Tom. Nouissimè Ioan. Hier. Card. Alba. in suis lucubrationibus ad Bartolum, in l. fin. num. 4. C. de iur. emphyteut.

CONCLVSIO XCVII.

24 EMPHYTEVTA potest rem emphyteuticã dare in dotẽ, maximè si id faciat saluo iure alterius. Soci. Sen. in cõ. 25. nu. 10. in 1. vol. Estq; sententia magis communis, referente Ioan. Hier. Card. Alba. in suis lucubratio. in Bart. in l. fin. C. de iur. emphyteut.

CONCLVSIO XCVIII.

25 EMPHYTEVTA non soluens integram pensionem Domino, secundum communem, à tota re cadit. Bald. in Rub. nu. 10. in 10.

in 10. quæst. C. de contrah. empt. & vendit. Iaſ. in l. 2. numer. 54. in 16. quæſt. C. de iure emphyt. vbi ipſe & Roland. à Valle, in con. 17. numer. 15. in 2. Tom. hanc ſententiam communem eſſe aſſerunt.

CONCLVSIO XCIX.

26 EMPHYTEVTA ſi deceſſit pluribus relictis hæredibus, quorum alter ſoluit canonem, alter verò ceſſauit per triennium, tota res perditur, ſecundum communem, & ſic omnes cadunt. Et hanc cõmunem Doct. ſententiam eſſe affirmant Hermano&tius Detus in l. 4. §. Cato. nu. 295. ff. de verb. obligat. & Roland. à Valle, in d. conſ. 17. num. 16.

CONCLVSIO C.

27 EMPHYTEVSIS Eccleſiaſtica non tranſit ad hęredes extraneos, ſecundum glo. in verb. etiam filios. l. etiam. ff. ſoluto matrimonio. allegãs §. emphyteuſin. in Auth. de alien. & emphyteu. collat. 9. & hanc opinionem magis communem eſſe ſcribit Alexand. de Imol. conſulendo, in conſ. 23. nu. 4. in lib. 1. verſ. tertiò pro hoc, & in conſ. 89. in princ. in lib. 4. conſ. De qua ſententia ipſe Alexand. in d. l. etiam. & ibi additio in verb. in eo conſulere, latiùs tradit. meminit quoque eleganter huius doctrinę Carol. Molin. in ſuis addit. ad conſil. Alexand. in verb. extranei. in conſil. 120. in lib. 1.

FINIS SECVNDAE CENTVRIAE.

COMMVNIVM CONCLVSIONVM LAVRENTII KIRCHOVII

CENTVRIA TERTIA.

CONCLVSIO I.

28 EMPHYTEVSIS ſi conceſſa fuerit alicui cũ clauſ. Et quib. dederis, &c. tranſit ad extraneos hęredes, maximè quando hæres extraneus eſſet inſtitutus in teſtamento. Et hanc communem omnium Doct. ſententiam eſſe referunt Curt. Iun. in conſ. 1. colum. prima, & in conſ. 4. colum. 2. & Roland. à Valle, in conſ. 42. nu. 9. & 10. in Tom. 1. con.

CONCLVSIO II.

29 EMPHYTEVTAE plures poſſunt rem emphyteuticam inter ſe diuidere ſine conſenſu Domini. Bartol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. nume. 24. vbi atteſtantur Franciſ. de Acolitis. Aretin. numer. 28. verſic. circa quartam quæſtionem. Alexand. de Imol. numer. 60. verſic. circa primum. Iaſ. nu. 75. ver. cum iſta prima concluſione. Et Apoſtillator in additio. ad Bartol. in verb. fuit renunciatum. ff. de verb. obligat. hanc communem ſententiam eſſe. Licèt multi alij Doctor. contrariam ſententiam amplexi fuerint, de qua tamen doctrina videantur ea, quæ tradiderunt Alexand. de Imola, vbi ipſe diſtinguit in emphyteuſi recepta pro ſe & filijs hæredibus, & emphyteuſi conceſſa à principio duob. in l. ſi domus. §. ſi fundus. numer. 7. verſic. vltimò concludit. ff. de lega. 1. Iaſ. in l. fin. numer. 116. C. de iure emphyteu. ibi ab ipſis infinitæ authoritates in vtramque partem adductæ ſunt. & Socin. Iun. in dict. §. duo fratres. numer. 136. refert ſuprà ſcriptam ſententiam magis communem eſſe, cum adiecta declaratione & limitatione. numer. 137.

CONCLVSIO III.

30 EMPHYTEVSIN pater vni ex filijs prælegare non poteſt. Ita eleganter conſulendo ſcribit Alexand. de Imola, in conſ. 8. numer. 15. in lib. 3. conſil. De qua doctrina variæ & diſcrepantes extant Doctor. ſententiæ,

tentiæ, quas Andr. Tiraq. vir magnæ lectionis, in vnum cumulum collegit, in tractatu, de vtroque retract. §. vndecimo. gloss. 6. numer. 23. & 24. quorum authoritates hic referre & transscribere non operæprecium esse existimo. Et hanc communem & veram sententiam esse ibidem Tiraq. ex alijs, & Carol. Molin. in addit. ad consil. Alexan. in verb. legare. in dict. consil. 8. testantur. Et eam communem appellant, Dec. in consil. 139. numer. 6. & Barthol. à Chassan. in cons. 53. numer. 38. licet idem Tiraq. in eod. tract. §. 32. glos. 1. nume. 2. tale prælegatum fieri posse, asserat.

CONCLVSIO IIII.

31 EMPHYTEVTAM Ecclesiæ non posse donare vel legare sine consensu Ecclesiæ inquit Bartol. in l. si domus. §. si fundus. numer. 2. in fin. contra quem multi alij Docto. sententiam contrariam defenderunt, vt refert Alexand. de Imola, ibidem. numer. 6. vers. an autem prædicta procedant. quorum sententiam communem esse dicit Ias. numer. 34. ver. Ista est communis opinio contra Bartol. ff. de lega. 1.

CONCLVSIO V.

32 EMPHYTEVSIN totam alios quoque amittere, si ex plurib. hæredib. vnus non soluerit pensionarium, voluit Barto. in leg. fraudati vectigalis, numer. 3. ff. de publica. & vectiga. Et huius Bartoli sententiam cõmunem Doctor. opinionem esse referunt Apostillator Pomates in verb. in contrarium. ibid. & Ioan. Oldendorf. in suar. act. forensium progymnasma. class. 5. in tit. de act. emphyteutica. capit. 7. Quid de hæredib. fit. versic. quid igitur. Licet ipse sententiam cõtrariam in iudicio, cùm prior æquitati repugnet, alijque posteriorem amplectantur, in capit. potuit. ext. de locat. præferendam esse voluerit.

CONCLVSIO VI.

33 EMPHYTEVTAM & conductorem propter deteriorationem rei, vel canonem non solutum debitis temporib. expellendi facultas Domino directo datur. Authen. quæ rem. ibi, repelli potest. C. de sacros. Eccles. & tex. in Auth. de alien. & emphyt. vnde Auth. desumpta est. c. potuit. ext. de locat. & conduc. Et hanc priuationem non fieri ipso iure, nisi interueniat necessaria declaratio voluntatis Domini Doct. communiter voluerunt. Bartol. in l. 2. num. 2. per illum text. nisi Dominus hoc voluerit. Bal. in l. fin. numer. 4. ibi, vbicunque dicitur, quod feudum ipso iure reuertatur ad Dominum, intelligitur si Dominus voluerit. C. de reuoc. dona. Alexand. de Imola, in cons. 173. num. 7. in lib. 2. & in con. 113. num. 3. in 4. lib. con. Petr. Phil. Corne. in cons. 115. nu. 7. in 1. volu. con. pulchrè Dec. in cons. 138. vers. sed tamen prædictis non obstantib. num. 5. & 6. & in cons. 206. nu 8. vbi ipse plures authoritates adducit. Carol. Molin. in Comment. in consuet. Paris. §. 30. nu. 106. Et hanc Doct. veriorem & magis communem sententiam esse refert Hieron. Cagnol. in d. Auth. quæ rem. num. 38. & 39. Burs. in con. 91. nume. 21. in fin.

VII. & VIII. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO IX.

36 EMPTOR tenetur denunciare litem motam contra se, venditori scientiam litis habenti. Et hæc sententia communi calculo DD. approbatur, referente Gaspare Caballino in tractat. de euictio. §. tertio. numi. 4. vbi ab ipso post alios & Didac. Couarru. in lib. 3. varia. resolutio. capit. 17. ea materia cum adiunctis quæstionibus copiosè explicatur.

CONCLVSIO X.

37 EMPTOR vt teneatur ad vsuras ratione rei emptæ & acceptæ possessionis non solùm requiritur traditio rei venditæ, sed etiam perceptio fructuum, per text. l. curabit. ibi, fructus percepit. & perceptorum fructuum ratio. C. de act. empti & vendi. Quare & fructuum perceptionem vnà cum traditione, & non solùm traditionem considerate oportet, vt emptor ad vsuras precij non soluti teneatur, & ad illorum solutionem compelli possit. Et hanc communem Doct. sententiam esse dicunt, licèt alij contrariam amplexi fuerint. Hieron. Cagnol. in d. l. curabit. numer. 28. vers. sed non videtur recedendum. & Roland. à Valle, in cons. 14. nu. 3. in 2. Tom. con.

XI. XII. XIII. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO XIIII.

41 EPISCOPI vicarius, etsi non possit cõferre

ferre beneficia sine speciali mandato, tamen bene potest instituere vigore sui officij præsentatum à patronis, quamuis ad hoc non habeat mandatum speciale. Nicol. Boer. in Decis. suis. quæst. 30. numer. 4. Rochius de Curte, in tractat. de iure patron. in verb. competens. 31. q. numer. 66. dicit hanc communiorem opinionem esse in 15. volu. tractat. quam quoque amplectitur Roland. à Valle, pluribus adductis authoritatib. in cons. 47. numer. 45. in 1. Tom. cons.

CONCLVSIO XV.

42 EVICTIONIS fideiussor non potest petere se eximi & liberari à fideiussione, quamuis diu steterit in promissione, nisi re euicta. l. Lucius. §. fi. ff. Mandati. l. si pro ea. C. eodem. Iacob. de Aren. in l. facere. ff. soluto matrimo. inquiens, Et sic nota argumentum cõtra fideiussorem datum de euictione, & ante euictionem vult agere, vt liberetur à fideiussione, nõ potest, cùm non sit obligatus, etiamsi diu steterit in fideiussione pretij. Cuius sententiam alij DD. communiter sequuntur, Cyn. in dict. l. si pro ea. post numer. 3 versic. vltimò formo talem quæstionem. & ibi Bald. numer. 5. & Salicet. eod. nume. dicunt hanc veritatem esse Bart. in d. l. facere. Bald. versic. contrà inducitur. Paul. de Cast. in fin. Alex. de Imol. nu. 1. Bartol. remissiuè in d. l. Lucius. Bald. in l. 1. numer. 2. C. de fideiusso. minor. Ioan. Andr. in addit. ad Speculato. tit. de iudi. in §. specialia. in verb. in decem. liter. f. Bald. Paul. de Cast. Alex. de Imo. Philip. Cor. Ias. & Dec. nec non nouissimè Sichard. in l. si pater. C. de collat. Matth. de Afflict. in decis. concil. Neapol. decis. 241. nu. 4. & hanc DD. communem opinionem esse nouissimè scribit Gaspar Cabalin. in tract. de euictio. §. 2. nu. 19. Idem Cabal. in glos. ad AEgidia. constitutiones lib. 6. c. 31. num. 25. ver. Fideiussor euictionis nõ potest petere se eximi. Cuius doctrinæ variæ referuntur limitationes, quas congessit Hippol. de Marsil. in repet. rubri. ff. de fideius. in quęst. 31. nu. 257. Et inter alias est vna de fideiussore, qui vult ire ad studiũ. Eo enim casu petere potest à debitore, vt alium in illius locum constituat. Spec. in d. tit. de iudic. d. §. specialia. num. 4. ver. Quid si fideiussor. Ludouic. Roma. in suis singul. singu. 101. incip. Quęro à te, quidam fideiusserat. Sed horum sententiam, cùm iure non probetur, improbat Carol. Molin. in suis additio. & apostill. ad lectur. Dec. in d. l. si pater. num. 1.

XVI. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO XVII.

44 EXCEPTIONI non numeratę pecuniæ renunciari non potest. Cyn. in l. ex cautione. num. 5. Bart. num. 6. C. de non nume. pecu. quia eadem fragilitate, qua quis inducitur ad promittendum, ea quoque fragilitate inducitur ad renunciandũ. Estq; communis DD. sententia, referente Angel. Are. in §. idem iuris est. num. 36. vers. capio quintum principale. Instit. de except. licèt tres discrepantes sententias circa hunc articulum recitet Ioan. de Imol. in c. si cautio. nu. 25. vers. An autem possit renunciari exceptioni non numeratę pecuniæ: prædictam tamen veriorem esse dicit. ext. de fid. instr. Hanc communem etiam dixerunt Alex. de Imol. in cons. 179. num. 3. in 2. lib. cons. Sich. in d. l. ex cautione. post num. 10. & Ioh. Hieron. Cardin. Alba. in suis lucubrationib. in Bart. post num. 2. eamque & æquiorem esse Iohan. Schneid. Instit. de litera. obliga. numer. 19. testatur. Ad quid igitur apponitur illa renunciatio quotidiè in instrumentis? Ad hanc obiectionem respondet auctor artis Notariatus in Tomo 1. cap. 19. tit. de beneficijs. versic. Exceptio non numeratæ pecuniæ. Vnde si debitor in chirographo vel instrumento confessionis mutui etiam expressè dixisset, se recepisse non sub spe futuræ numerationis vel similib. verbis, vel alijs quibuscunque generalibus vsus fuisset, per hoc nõ tollitur exceptio non numeratæ pecuniæ. Ias. in l. cum quis. post nu. 18. in additione, vers. Et adde. C. de iur. & facti ignor. A qua sententia in iudicando quoq; & consulendo non esse recedendum, licèt disputando contrarium asseri possit, voluit idem Ias. in l. 1. numer. 9. ver. Ad idem benè facit. & in l. fin. §. idem quæsiuit. post num. 3. vers. pro qua. ff. de condict. indeb. Materiam autem huius exceptionis non numeratæ pecuniæ copiosè prosequuntur Angel. in d. §. idem iuris est. Ias. in l. qui pecuniam. in l. 2. §. creditum. ff. si certũ petat. Vital. de Camba. in tractatu clausularum. capit. An exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciari possit. pag. libri mei 854. cuius etiam meminit Dec. in d. l. qui pecuniam. numer. 3. & Capella Tholosana in suis decisionib. quæst. 375. & ibi Aufrer. in suis additionibus.

VVil-

VVilhel. Mayner. in l. iure naturæ. ff. de reg. Iur. Lud. Bologni. in rubri. nu. 58. Regulariter autem exceptio. ff. si cert. petat. & Idem in suis additionibus ad consil. Ioh. de Anan. con. 97. Ant. Gomez. in suis cōmentarijs variarum resolutionum, cap. 7. De contractu mutui. Conrad. Mauser, in d. §. idem iutis. Inst. de exceptio. Apostillat. ad lectur. Dyni. In c. locupletari. verb. Adde quando opponi posset exceptio. De reg. iur. in 6. Marc. Anton. Nat. in con. 205. post num. 2. Pet. à Duenas in suis regulis, reg. 261. Exceptio non numeratæ pecuniæ non competit post bienniū. Apud quos diuersas sententias reperies. Sed quid, si quis confessus fuisset, sibi verè & realiter fuisse numeratā pecuniam, aut expressè renunciasset exceptioni non numeratæ pecuniæ cum iuramento, promisissetq; nunquam contrauenire de iure vel de facto: Explicant Ang. Areti. in d. §. idem iutis. nume. 37. & Anton. de Peru. in l. 2. in 10. effect. num. 157. ff. de iureiurando.

CONCLVSIO XVIII.

45 EXCEPTIO defectus mandati ad inualidādum processum quandocunq; etiam vsq; ad mille annos opponi potest. Bald. in l. 2. cir. fin. C. si ex falsis instrumēt. Alex. de Imo. in con. 191. num. 6. lib. 6. con. cum multis similibus auctoritatibus adductis per Sebast. Vant. in tract. de nullitat. processu ac sententiarum. in rub. De nullitate ex defectu inhabilitatis seu mandati compatentium. vers. Transeamus. num. 59. Vbi testatur, hoc dictum Baldi communiter receptum esse, licèt multi refragentur, quorum auctoritates ibi à Vantio adducuntur. Meminit quoq; Nicol. Ant. Grauat. in suis analyt. annotatio. ad Oct. Vestrij in Romanæ aulæ actionem & iudiciorum mores Isagogen. cap. 5. num. 28. à quibus latiùs hæc conclusio explicatur.

CONCLVSIO XIX.

46 EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ locum habet, quocunq; modo quis confitetur debitū siue in scriptis siue sine scriptis. Batt. in l. si ex cautione. nu. 3. C. de non nu. pec. allegans l. cum vltra. C. eod. Quam conclusionem latiùs declarat. Felin. in ca. si cautio. num. 63. & 64. vers. Fallit tertiò. ext. de fid. instru. Estq; communis opinio DD. vt post Felinum refert Ioh. Hiero. Card. Alba. in suis lucubrationibus in Bart. in d. l. si ex cautione. post nu. 2. Huius conclusionis meminit quoq; Pet. Rebuff. in tract. De chirographorum & schedularum recognitione, articulo 2. nu. 12.

CONCLVSIO XX.

47 EXCOMMVNICATVS cōuentus non potest debitum compensare. glo. in verb. reconuentione. in c. cùm inter. quod est 5. ext. de excep. Quia qui compensat quodammodo agit, sed si ageret, repelleretur per exceptionem, ergò non potest compensare. l. quæcunq;. ff. de compens. Præterea qui compensat, petit. l. amplius. ff. rem ratam haberi. In quo articulo Doct. variè loquuntur, Panorm. in d. c. cùm inter. nu. 24. Feli. eod. nu. ext. de excep. Sed huius gl. sententiam & opinionem negatiuam cōmuniter probari scribit ibidem num. 27. Decius, vbi ab ipso in vtramque partem authoritates & fundamenta allegantur, & argumenta contraria diluuntur.

CONCLVSIO XXI.

48 EXCOMMVNICATIONIS sententia si feratur contra aliquē, nisi infra terminū soluat, elapso termino excommunicatus est, si non soluat. c. præterea. 2. & ibi Pano. nu. 1. Dec. nu. 2. & 10. ext. de appellat. c. venerabilibus. §. porrò. de sentent. excommunicat. lib. 6. Lapus in suis allegatio. allegāt. 74. Est hæc sententia communis referente Decio in cons. 145. Quæritur. nu. 2. vers. Si enim iudex dicat. Plures authoritates allegat Quintil. Mand. in tract. De monitor. quæst. 31. nu. 9. & in suis additio. ad allegationes Lapi, d. allega. 73. in verb. excommunicatus est. lit. e.

CONCLVSIO XXII.

49 EXCOMMVNICATVS occultus non differt à publico, in his quæ geruntur inter priuato: nam siue excommunicatus aliquid faciat, quæ cum ea geruntur non ratione publici iuris seu officij, sed priuati, concernentia eius priuatam authoritatem seu alterius, si acta huiusmodi excō-

municato sunt prohibita, non valent, etiamsi putaretur non excommunicatus. cap. cùm dilectus. vbi glos. & Doct. ext. de consuetu. Felin. in c. ad probandum. nu. 6. 7. & 8. ext. de senten. & re iudic. Cassiodor. in Decis. 1. de præbend. Hanc communem Doct. sententiam esse refert Roland. à Valle, in consi. 46. numer. 25. in 1. Tom. con.

CONCLVSIO XXIII.

49 EXCOMMVNICATVS perseuerans per annum in excommunicatione, habetur pro conuicto & confesso de crimine, de quo fuerat imputatus. Hanc communem opinionem esse, inquit Ripa in cap. 1. num. 77. ext. de iud. Quomodo autem hoc intelligatur, explicatur à Panormit. in cap. excommunicamus. numer. 7. ext. de hæret. & in ca. fin. num. 7. ext. de pœn. & ab eo. Ripa in d. ca. 1. d. nu. 77. post Panorm.

CONCLVSIO XXIIII.

50 EXCVSSIO bonorum quando fieri debeat, tum necesse est citari fideiussores vel bonorum possessores, per regulam l. nam ita diuus. ff. de adopt. & hanc communem opinionem Doct. esse dicit Angel. Aretin. in §. item si quis in fraudem. vers. quæro quando fit excussio. num. 8. Instit. de act.

CONCLVSIO XXV.

15 EXCVSATOR quilibet ad deducendum & probandum causas impedimentorum facti, si monitus fuerit infirmus siue incarceratus, Vel aliter ad tempus impeditus, etiam in causa Iniuriarum admittitur, per nota. in l. seruum quoq; §. publicè. ff. de procur. Estq; communis opinio, vt post alios refert Quinti. Mand. in tract. De monitor. quæst. 33. nu. 3. & pulchrè Iul. Clar. in pract. crim. quæ. 33. in prin. & ver. Dixi etiam quod auditur excusator. Sed de hac quæst. nō addo plura, cùm Fichar. etiam in Tom. 2. com. opi. in verb. excusator, in omnibus illius conclusionis meminerit.

CONCLVSIO XXVI.

52 EXCVSSIONEM bonorum, cùm sit de apicibus iuris non requiri tradunt Doct. quando procederetur summariè sine strepitu & figura iudicij. Ale. de Imol. in con. 114. nu. 9. in 6. vol. Socin. Sen. in cons. 24. num. 48. in 1. vol. Andr. Barbat. in con. 12. num. 11. in 4. vol. con. Angel. Aret. in d. §. item si quis in fraudem. nu. 10. vers. quæro statuto. & Ias. num. 78. Hippol. de Mars. in Rub. ff. de fideius. num. 13. & hanc approbatam Doct. sententiam esse, inquit Roland. à Valle, in consi. 79. num. 25. in 1. Tom. con. Hanc quoque refert Mynsing. in suis obserua. Imper. Cameræ. in 2. Centu. obserua. 15. ibi, vel causa esset decidenda ex bono & æquo.

CONCLVSIO XXVII.

53 EXCVSSIO non admittitur, vbi constaret debitorem non esse soluendo. Doc. in l. fin. Bar. post glo. nu. 1. Rapha. Fulgos. num. 3. Paul. de Castr. nu. 5. Alex. de Imol. nu. 2. Ias. nu. 10. Dec. num. 11. & 14. ff. si cer. peta. quorum doctrina communiter approbata est, Ange. nu. 1. Ias. nu. 70. & 75. in d. §. item si quis in fraudem. Hippol. in d. Rub. ff. de fideius. nu. 10. Ant. Capycius in Dec. sacri conc. Neap. Deci. 54. nu. 5. Rol. à Valle, in d. con. 79. nu. 26. Mynsing. in d. obserua. 15. Centu. 2. in prin. Hartm. Hart. in pract. obserua. lib. 2. c. 1. de fideius. vers. item fallit quando principalis.

CONCLVSIO XXVIII.

54 EXECVTIO sententiæ latę in actione personali, non potest fieri contra tertium possessorem, siue cœperit ante litem motam possidere, siue post, quandocunque ante executionem, & siue condemnatus dolo desiit possidere, siue non. Barthol. & alij Doct. in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudi. quia executio facta in bonis à tertio possessis, eo non citato, nullum iuris ordinem habet, & quod ea non iure ordinario, sed per iudicem reuocari debeat, consulendo scribit Petr. de Anchoran. in consil. 292. Referunt & alij, Aymo Crauett. in consi. 235. numer. 2. in 2. parr. & Roland. à Valle, in consi. 5. addens, num. 9 hanc communem Doct. conclusionem esse, in 2. Tom. consi.

CONCLV-

CONCLVSIO XXIX.

55 EXECVTIONEM sententiæ latæ contra defunctum fieri posse contra hæredem vniuersalem condemnati, eo citato, communiter à Doct. traditur. Innocent. in c. quia. quem Abb. ibid. num. 9. enm seq. & Felin. num. 4. ext. de iudic. sequuntur. Papiens. practi. in form. execut. senten. diffinit. in §. sapiens. num. 26. ver. quæro an sententia. Alex. de Imol. in l. oratione. nu. 2. ff. de ferijs. & idem Alex. in l. à diuo Pio. in §. in venditione. num. 34. vers. secundo. fallit quando peteretur executio non contra condemnatum, sed contra eius successorem, quia tunc semper requiritur citatio. ff. de re iud. Quam tamen cõclusionem & sententiam communem, in executione sententiæ latæ cõtra defunctum, in interdicto retinendæ, non procedere, tradit Anton. Capycius in 1. Decis. num. 14. & eam eum eo temperamento accipiendam esse, quando prius facta esset discussio & probario, quis sit hæres, ex notatis ijs quæ per Doct. in l. postulante. ff. ad Trebel. annotata sunt, consulendo scribit Roland. à Valle, in con. 21. num. 8. 9. 10. §. quibus tamen non obstantib. in Tom. 1. cons. vbi ipse & rationes pulchras, & multas authoritates Doct. deducit.

CONCLVSIO XXX.

56 EXEMPLVM exempli non probat. l. 3. C. de diuers. rescrip. quod Bart. intelligit procedere, quando exemplum sumptum fuit absq; partis præsentia, vel parte contradicente, & non adhibita causæ cognitione: Secus verò si cum auctoritate iudicis & parte præsente, & consentiente, vel contradictione eius reiecta, in auth. si quis in documento. num. 10. vers. Quæro vtrùm exemplum. C. de edendo. per l. 2. in fi. C. de relatio. Sed illius sententiam alij reprobarunt, ita vt cõmunis sit in cõtrarium. Dec. ibid. num. 3. & ibi Molin. in suis additio. in verb. exemplum. Nouissimè Io. Hier. Card. Alb. in suis lucubratio. in Bart. in d. auth. Si quis in documento. num. 6. Quam tamen conclusionem fusiùs declarat Cagnol. ibid. num. 53. vers. Quinta & vltima quæst. Bartoli.

CONCLVSIO XXXI.

57 EXHAEREDARI liberi possunt propter quatuordecim causas ingratitudinis quas recenset ipse Imperator in §. Aliud quoq;. Anth. vt cùm de appel. cognos. Collat. 8. & ibi ipse Imperator eas nominatim lege comprehendere voluit, vt prçter ipsas nulli liceret ex alia lege ingratitudinis causas opponere, nisi quæ in constitutionis huius serie continentur. Ita quoq; asseritur in Auth. Non licet parenti. C. de liber. præter. vel exhæred. Et has easdē causas referunt glo. in c. Quinta vallis. in verb. Exhæredaret. ext. de iureiur. Roland. in summa Artis Notariæ, part. 2. cap. 8. de exhæred. notul. & Rolan. in tracta. qui inscribitur Flos testamentorum. Rubr. 13. de liber. primi grad. in fin. in 7. vol. tracta. Quam sententiam multi interpretes propter tex. in d. §. Aliud quoque, taxatiuè loquentem sequūtur, Martin. Lauden. in l. 1. §. fin. ff. de iust. & iure. Alex. de Imola in d. Auth. Non licet. nu. 4. vers. Tamen non puto. Viglius Zuichemus Instit. de Exhæred. libero. circa fin. inquiens: Quid erat enumeratione opus, aut cur quæritur Imperator ab antiqnis grauiores causas fuisse prætermissas, si hîc licita erat extensio, aut, in quo veterū altercatio sublata est, si adhnc alias licet assumere, & artis Notariat. author in lib. 1. Tit. de Exhæred. & præter. vers. Cæterùm. vbi ipse addit Curtium Papien. in d. Auth. Non licet eandem sententiam amplecti. Roderic. Suarez. in lect. l. 2. fori. Tit. De los Cassanientos. nu. 29. vers. Primò quia hodie. & vers. Et redditur pars ista satis defensata. Et hanc consulendo approbat Hieron. Schurff, in con. 97. nu. 4. in 2. Centur. Sed communis sententia est in contrarium Guilhelm. de Cugn. in d. Auth. Non licet, expressè voluit. Quod imò si aliqua similis vel maior causa expressa inueniretur, quòd propter eam filius etiam exhæredari possit. Et pro hac sententia facit dictum Baldi in l. Solo. C. de libera. cau. Quod ex quibuscunq; causis filius exhæredari possit, ex ijsdem poterit etiam Vasallus suo feudo priuari, & sic æqui parantur filij & Vasalli, quò ad amissionem feudorum & bonorum pater norum: per tex. Tit. Quæ fuit prima cau. benef. amitten. vbi postquàm essent multæ causæ expressæ nominatim, propter quas vasallus feudo priuari possit, deinde in §. Sed quia, & §§. seqq. dicit Imperator. Sed quia natura nouas deproperat edere formas, potest multis modis cõtin-

gere, vt aliæ emergant causæ, quibus videatur iustè adimi posse feudum. Ideoq; Iudex solers & discretus, & æquitate obsecundare sollicitus, cuncta subtiliter dispendās prouideat, si quis fuerit antiquioribus causis similis seu maior, vt proindè sciat, an beneficium sit amittendum, an nihilominus retinendū. Vnde Bald. ibid. numer. 7. obseruat ibid. esse text. vbi in materia pœnali & odiosa fiat extēsio propter rationis itenditatem, vel maioritatem, contra glos. in Clemen. 2. in verb. In ijsdem. de ætate & qualita. & ordine perficiendo. & contra gloss. in Authen. Quas actiones. vbi communiter DD. hoc annotarunt. C. de sacrosān. Eccles. Nam si vasalli & liberi, quò ad causas, sunt æquiparati, & circa vasallum habemus causas expressas, & tamen isthic dispicere iubemur, an aliqua similis vel maior causa incidat, vt etiam propter eam non expressam in lege possit vasallus priuari feudo. Ergò idem in exhæredandis liberis, vbi licèt aliqua causa non sit expressa, tamen est expressis vel similis vel maior, debet propter eas etiam posse exhæredari. Ita Guilhel. de Cugn. in d. Authen. Non licet, voluit, cuius argumenta ibi Alexan. de Imol. numer. 4. & Iaso. numer. 6. & 7. latiùs prosequuntur. & ante illos post Guilhelm. Nicol. de Neapol. Aluarot. in §. porro, in prin. & in §. prædictis modis. num. 1. & 3. Præpos. in d. §. prædictis. num. 1. & Matth. de Afflict. in d. §. sed quia. numer. 8. Et hanc sententiam vbique DD. communiter approbarunt. Alexan. de Imol. sibi contrarius in l. si quis id quod. nu. 18. vers. Et ista faciunt ad quæstionem. ff. de Iurisd. omn. Iud. Et licèt ipse in d. Authen. Non licet. d. numer. 4. dixerit, hanc sententiam in puncto Iuris non procedere: tamen Guilhelm. de Cugn. sententiam communem esse, & neminem sibi contradicere addit, quam & Alexan. consulendo approbauit in con. 203. in 2. lib. con. Et hanc alij communiter sequuntur Felin. in cap. pastoralis. num. 2. ext. de rescrip. Iohan. Bertachin. in suo Repertor. in verb. Exhætedatio. vers. Exhæredationis causæ. Philip. Dec. in c. eum speciali. numer. 5. ext. de appellat. Hippol. de Mars. in suis singular. Sing. 78. eleganter adiecta solutione contrariorum argumentorum & rationum, quæ in contrarium adduci possent. Iohan. Francisc. à Ripa, in l. fin. in 41. quæstion. C. de reuocan. donar. & in Rubric. ext. de Iud. numer. 20 versic. confirmo inductiones Petr. Gerard. in suis singular. sing. 1. Nicol. Euerhard. in loco, Ab exceptione ad Regulam. vers. Quintò istud potest induci. Barthol. à Chassan. in consuet. Burgunt. Des successions. Rubr. Ou ne peult exhæreder. §. 2. vers. Sed quæro. pag. libr. mei 245. Paul. Paris. in con. 29. numer. 51. & 52. Nā si aliter in causa præsenti diceremus, daretur materia ipsis filijs offendendi parentes impunè, si cōmitterent alias causas iniuriandi eos, quàm vnam illarum, quæ essent expresæ in d. §. Aliud quoque. & sic dispositio legis redderetur elusoria & inanis, quo casu in odiosis & pœnalibus licita est extensio. in tertia parte consil. Melchior Cling, Institu. de exhæred. liberor. versic. potuit quoque. vbi & ipse meminit D. Hieron. Schurff. in publica disputatione hoc obtinuisse. & nouissimè Sichard. in d. Authen. non licet. numer. 7. cum seqq. Vuesenbec. in suis Paratit. tit. de liber. & posthum. hæred. instit. vel exhæred. vel præter. versic. Et quamuis Iustinianus taxatiuè loquatur. Carol. Molin. in suis Addit. ad consi. Alexan. in d. consi. 203. in verb. similes. & ad lectur. Decij in d. cap. cum speciali. in verb. similis, lite. a. Autor. Analys. Instit. tit. de exhæred. liber. cap. Posśunt ne liberi à parentibus ex causis æquè similibus aut maioribus exhæredari. Iul. Clar. in tracta. de Testamen. quæst. 41. versic. Sed quæro. Didac. Couarru. in c. Raynut. num. 16. vers. alias verò causas missas facimus. ext. de testa. in tom. 1. Oper. suor. Franc. Viuius in suis com. Opin. in verb. Filius vltra quatuordecim causas. & Vasqui. Menchacen. in tracta. de succes. progres. lib. 2. §. 17. num. 101. vers. nam sola paritas vel similitudo rationis. pag. lib. mei 110. Iacob. Menoch. in lib. 2. Centur. 2. de arbitra. Iud. quæst. casu 130. Donatio materna quib. ex causis reuocetur. num. 4. & 5. & in 3. Centur. casu 267. numer. 6. Mouentur DD. bonis rationibus, quibus refragari non possumus, Nam si filius esset proditor patriæ vel rebellis, eo casu licebit parenti filium occidere sine scelere, imò præmio quoque afficiendum parentem esse omnes constituerunt. l. minimè. ff. de relig. & sumptibus funer. Vt sic à maiori ad minus affirmatiuè arguendo pos-

do possit etiam exhæredare, si possit interficere filium. Verùm tota difficultas consistit in d. §. Aliud quoque. cùm loquantur per vniuersalem negatiuam, id est, nullas alias causas non expressas sufficientes esse ad exhæredandum, q. d. Hæ quatuordecim sunt tantùm iustæ causæ exhæredationis. Sed respondent DD. dictiones taxatiuas vel exclusiuas excludere quidem sed dissimiles, similes autem non excludere, per text. & glos. notabiles in l. ob æs alienum. vbi inquit Impera. ob es alienum tantùm causa cognita præsidali decreto prædium rusticum minoris prouinciale distrahi permitti, & ibi glos. in verb. Alienum, expresse addit, vel similem causam, vel dotem, vel donationem propter nuptias, item ob famem. Ita quoque habemus tex. in d. l. fin. C. de reuoca. donat. vbi solummodò ipse Imperator quinq; causas, ptopter quas donatio reuocari possit, recenset, & glos. ibid. in verb. voluerit. addit. ex alia. etiam simili causa donationem reuocari posse. Licèt ibi non enumeretur, vti si donator incideret in inopiam & egestatem, & à donatario non aleretur. Quam sententiam ibi DD. communiter approbarunt. Alias rationes copiosiùs, & ea quæ his opponi possent, prosequitur & explicat Ripa in d. l. fin. in d. quæst. 41. ad cuius dicta studiosos remitto.

CONCLVSIO XXXII.

58 EXPENSARVM condemnatio si fiat in processu causæ, ante sententiam definitiuam, est interlocutoria, Secùs si fiat vnà cum sententia definitiua, quia tunc censetur pars sententiæ diffinitiuæ. Ang. de Perus. in l. qui agnitis. circ. fin. ff. de exceptio. Felin. in rubr. num. 13. vers. Et si dicitur, pronunciamus. ext. de re iudic. Estque communis conclusio DD. referentibus Robert. Marant. in tract. de ord. iudicio. part. 6. De sententijs primo actu. num. 36. versic. decimò quæro, an condemnatio expensarum dicatur interlocutoria vel definitiua. & Nicolao Ant. Grauat. ad Octau. Vest. in Romanæ aulæ actionem & iudiciorum mores, introductionem, lib. 3. cap. 10. cir. fin. post numer. 12. Nouissimè Iohannes Baptist. Asinius ad statutum Florentinum. De modo procedendi in ciuilibus. §. trigesimo secundo. ca. 17. Decimo septimò quæritur, an taxatio expensarum sententia definitiua vel interlocutoria sit.

F.

CONCLVSIO XXXIII.

1 FALCIDIAM detrahit hæres, etiamsi testator iusserit legata omnia integrè solui. Ang. de Peru. in §. si verò expressim. nu. 4. vers. sed iuxta hoc quæritur. in Auth. de hære. & Falcid. coll. 1. & in Auth. sed cùm testator. num. 2. C. ad leg. Falcid. & in additio. ad Bat. in l. 2. §. ad filiorum. C. quando & quibus quarr. pars ex bon. Decu. deb. lib. 10. Ang. Aret. Inst. de leg. Falcid. nu. 2. vers. quæro si testator. dicit, cum pluribus authoritatibus adductis per Nicol. Boer. in suis decision. quæst. 44. num. 32. Quam sententiam plurimi DD. approbarũt, vt ibi Boer. tradit. Sed alij contrariam sententiam secuti sunt, Bald. in auth. sed cum testator. Paul. de Cast. num. 2. inquiens, cùm ci Florentiæ iste casus fuisset commissus, & multi DD. hinc inde diuersa cõ silia in eo dedissent, se tenuisse mediam viam, quòd non requireretur expressa prohibitio, sed sufficere, si verba æquipollentia interuenissent, quæ aliter non potuissent declarari. Pet. Phil. Corn. ibid. num. 1. Alexan. de Im. in con. 133. num. 6. & ibi Carol. Moli. in verb. Integrum. lit. b. lib. 5. & con. 201. nu. 6. in 6. lib. con. Et hanc communiorem & veriorem DD. opinionem esse inquit idem Boer. in d. quæst. 44. nu. 33. De qua quæstione plura disputat Ioan. Crot. in l. nemo potest. num. 35. ff. de legat. 1. Meminit quoq; Bal. Quin. in suis additio. ad cons. Paul. de Cast. con. 31. nu. 25. in 3. par. con.

CONCLVSIO XXXIIII.

2 FALSVM non committitur, vbi damnum non infertur alteri. l. damus. C. ad leg. Corn. de fals. Vnde dicunt DD. requiri animum nocendi. l. nec exemplum. C. eod. Et sic alteri damnum seu nocumentum inferri oportere. Alexan. de Imol. in consi. 145. num. 3. lib. 6. & in consi. 53. nu. 14. in lib. 7. consi. Latè Aymo Crauet. in

consi.46.nu.1.& 2. quare falsitas, quæ nemini est nocibilis, non potest puniri pœna falsi ordinaria, siue per testem, siue per Notarium vel alium sit commissa. Et est communis opinio Soci.Sen.in con.103. In facto.& consi.164. Post reditum, in 1. vol.con.Plot.in l.si quando. §. 44. incip. Falsi crimen.nu.9.in fi.C.vnde vi. Et hæc doctrina intelligitur de pœna ordinaria falsi, secùs de pœna extraordinaria criminis stellionatus. Hippol. de Marsi. in l.1. §. præterea.num.23.ff.ad leg.Cornel.de Sica. Ferrant. Garrlar. in con.125.nu.21.ver. Sed posito citra veri præiudicium, quòd non potuisset puniri ordinariè: tamen negari non potest, quin est puniendus extra ordinem, in tom.1.con.ad caus.crimi.recens edito. & Hippol. Riminal. in l.1.nu.118. ff. Quod quisque iuris. vbi ipsi hanc sententiam communiter approbatã esse meminerit. Nouissimè Balthasar Quint. Aquilens. in suis addit. ad cons. Paul. de Cast.consi.9.nu.3.in verb.aliqualiter puniendus. in 3.part.con. Gaspar Caballi.in glos. ad Aegidianas constitutiones, lib.5. cap.12.in verb. Falsò.

CONCLVSIO XXXV.

3 FAMA facit probationem in factis antiquissimis, hoc est, excedentibus memoriam hominum. Ita respondet consulendo Alex. de Imol. in consi.16. num.22. & in consi.24.num.21.in 5.volum.con. etiam plenam. Idem Alex.de Imol.in cons. 139.num.10.in 6.volum.con. Ita quoque consulendo scribit Andr.Barba. Sicul.in consi.18.numer.73.vers.præterea duco.in 2.vol.con. Licèt multi Doc. reclamauerint, quos referunt Felin. in ca.veniens.1. num.16.vers. sed contra conclusionem. ext.de testibus. Hier. Schurff.in consi.90. numer.24. in 3. Cent. consi. Molin. in verbo, famam.in d.consi.16. Tamen præcedens opinio magis communis est, attestantibus Alex. de Imol. in consi.101. num.15.vers. sed in antiquis secundum magis communem opinionem, in 7.vol. con.& Felin.in d.ca.veniens. nu.16.vers. nihilominùs prima opinio tanquã communis. & in l.rem quæ.nu.18.ff.de aequi. pos.Dec.in con.42.num.12.vers. hinc est. & in con.428.num.3.vers. sed tamen his nõ obstantib. vbi ipse inter cætera refert, non multùm esse curandum de aliorum opinione contrariam sententiam defendentium, cùm ea sit cõtra communem. Propterea secundum communem sententiam Doct. requiritur tempus centum annorum. Ita tradit Dec. post alios, in ca. 1.num.18. extr. de appel. Nouissimè Ioh. Hier. Car. Alb. in suis lucubratio. ad Bart. in l.testium.nu.2.de testib.

CONCLVSIO XXXVI.

4 FAMAM non probant testes, si ipsi testificari fuerint ita publicè dici. Bar. in l.de minore. §. plurimum.num.21.ff.de quæst. Et hanc doctrinam Bartoli communiter approbatam esse inquit Ioan. de Imo. in l.hæredes. nu.1. in fin. ff. de testa. Quia potuit audiuisse dici in loco publico per paucos. Propterea vt testis deponens de fama probet, necesse est dicat, quòd audiuerit hoc publicè dici, à maiori parte populi, seu hominum illius loci, in quo erat fama. Alexan. de Imol.in consi. 94. num.11. vbi & Carol.Molin. in verb. maiori.in lib.2.& idem Alex.in consi.151.nu. 11.& ibi Carol. Molin. in verb. famam. & in consil.35.& ibi Carol.in verb. publicè. & in consi.101.nu.15.& ibi Carol.in verb. publicè.in 7.vol.con.Philip.Dec.in consi.37.num.10.& ibi Carol. Molin.in verb. publicè. & in consi.57. nu.4.& ibi Carol. Molin.in verb. publicè. Hippol.de Marsi. in con.58.nu.12.& Rolan.à Valle, in con. 54. nu.17.in 1. Tom. con.

CONCLVSIO XXXVII.

5 FAMA solanõ facit indicium ad torturam contra aliquem. Et hanc communem Doct. opinionem esse, multis adductis authoritatibus, & nonnullis adiectis limitationibus, inquit Hippol. de Marsi. in suis singul. singul. 97. incip. Fama sola non facit indicium ad torturam. Et idem Hippol. calamo copiosiore in l. de minore. in §. plurimum quoque. nu.27.28.29. & 30. ff. de quæst.

CONCLVSIO XXXVIII.

6 FEVDO non priuatur agnatus, si ab altero agnato homicidium fuerit commissum, modò antiquum feudum sit. Ita Bartol.& alij in l.si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infect. Curt. Iun. in tract. feuda. in 5.part.num.10.vers. Tertia principalis

ctpalis conclusio fit. Iacob. de S. Georg. in tracta.feuda. in verb. Dictique Vasalli promiserunt.num.20.&numer.59. & 62. Aegid.Bos.in tract. rerum criminal. titu. de bonor.publicatio.num.53.versic.prosequend.materiam eorum,quæ veniunt vel non veniunt in bonorum confiscatione. Socin. Iun. alios adducens in con. 66. num.127.&128. vbi & ipse illum casum,si delictum esset cõmissum, in persona Domini,explicat.in 3.tom.consi.Estque hęc communior & crebrior DD. sententia. Roland. à Valle,in consi. 1. num. 31. in 3. tom.consil.Iul.Clar.lib.4.sentent.§.feudum. quæst. 66. vers. Aut verò Vasallus. Porrò an omnibus agnatis indistinctè aperiatur, explicârunt prædicti auctores Iacob. de Sancto Georg. in d. verb. dictique vasalli promiserunt. num.59. Curt.in d.5.part.3.conclu.nu.10.Soci.in d.consi. 68.num.128.vers. Hoc tamen videtur intelligendum.Clar.in d.quęst. 66. vers.sed quæro an hoc casu.

CONCLVSIO XXXIX.

7 FEVDO non priuatur vasallus, si iusto metu ductus amicitiam cõtrahit cum inimicis domini, secundum gl. communi voto receptam in cap.1.§. item si delator.in verb.perdit. Quæ sit prima causa benefi. amitten. Thom. Gram. in consi. 13.num.30.& con.31.num.36.plures adducens auctoritates, Vnde accedens ad hostes, non vt eis auxilium impendat,nec ad capturam domini, sed vt sibimet ipsi prosit,ne offendatur,dicitur dolo carere, & non esse in culpa. Gram. in d.consi. 13. nu.35.& in d.con.31.nu.29. Estq; hæc conclusio DD.communiter recepta,referente post alios Rola. à Vall.in con.1.nu.108. in lib.3.con.

CONCLVSIO XL.

8 FEVDVM hæreditarium si fuerit,in eo sufficit quem hæredem esse primi inuestiti, licèt non fuerit hæres vltimi decedentis & defuncti. Hanc cõclu ionem magis communiter esse approbatam dicunt Alexan.de Imol. in con.10.num. 8. in 3.vol. Albert. Brun. in consi. 18. num. 14. inter consil.feuda.& Roland. à Valle, in con.97.num.55.in 1.Tom. consi.Fran. Bursat.in con.3.num.13.

CONCLVSIO XLI.

9 FEVDI paterni & antiqui facta alienatio per parentem cum consensu Domini, etsi filijs & alijs agnatis obesse non possit.Doct.in c. 1. §. hoc quoque,de success.feud. hoc tamen non procedit, secundum communem sententiam, quando filij & agnati essent hæredes alienantis, & aliquid possiderent de bonis ipsius, & inuentarium non confecissent.Doct.in ca. 1. An agnatus vel filius possit repudiare feudum.Francis.Curt.in tracta.feuda. in 4.par. ex quib. can. feud. amitta. §. tertia igitur est regula principalis in hac materia alienationis. vers. limitare prædictam communem conclusionem.nu. 148.copiosè Roland.à Valle,in d. con. 97. num. 46.cum seq. Franc. Bursat. in consi. 3. numer.30.

CONCLVSIO XLII.

10 FEVDATARIVS per alienationem patris rei feudalis, non cadit, secundum communem,à tota re,sed à parte tantùm alienata, per text.in capit.1.de vasall. qui contra constit.Lotha.regis benef.aliena. Et hanc communem opinionem esse inquit Thom. Grammat. in Decis. 49. numer.2. quæ in eo casu procedit, vbicunq; in alienatione patr. rei feudalis facta fuisset commemoratio,quòd res esset feudalis, aliàs secùs. Ita refert post Paris. Roland.à Valle,in con.17. in secundo Tom. consil.

CONCLVSIO XLIII.

11 FEVDVM quando est concessum pro te & hæredibus quibuscunque,transit ad extraneos. Bald.in l. 1. num.27. versi. trigesimoquarto. ff.de diuis. rer. & qualitat. & in capit. imperialem. de prohib. feud. alien.vbi si feudum est concessum pro te & hæredibus quibuscunque, includuntur non solùm tria genera hæredum, de quibus Institut.de hæred.qualit. & differ. sed etiam legatarius,qui in re legata dicitur quodammodo hæres. l. id tempus. §. 1.ff. de vsucap. Alexan. de Imol. in consi. 7.nu.8.in 7.vol.con.& Curt. Iun.in cons. 4.& in tract.feud.in par.4.num.130.versi. quartò signanter limitanda. & num. 141.

verſ.aut ſimpliciter ſint appoſita, vbi atteſtatur, hãc eſſe cõmunem opinionem. Iaſ.in l. quædam.§. nihil intereſt, num. 5. ff.de edend. Item etiam tranſit ad fœminas,&ad deſcendentes ex fœminis, vt latiùs proſequitur multas authoritates allegans,& contraria argumenta refutans, Roland.à Valle,in conſil.3. num. 65. cum ſeqq. in 1.Tom.conſ. Franc. Burſ.in con. 22.nu.16.

CONCLVSIO XLIIII.

12 A feudi alienatione exclusus non poteſt illud repetere etiam ab extraneo, & excluditur per ſpacium triginta annorum, per quod tollitur tale ius reuocandi bona feudalia alienata in extraneos, vt per Doctor.in cap.Titius,ſi de feud. controu.fuer.inter dom.&agnat. &per Cur. Senior.in conſi.ſuo 82.in 3.col.in fin. vbi atteſtatur, iſtam eſſe communem opinionem.& per Iaſ.in l.petens.C.de pact.& in l.ſi mater.C.de inſtit.&ſubſti.ſub condi. facta. Rolan.à Valle,in con.3.num.90. in 1.Tom.con.

CONCLVSIO XLV.

13 IN feudo Clericus primæ tonſuræ,& qui habet quatuor ordines minores,poteſt ſuccedere. Bald.num.2. Aluarot. numer.4.&Præpoſ.num.1.in c.qui clericus. ſi de feud. fuer. controuer. inter dom.& agna.Bald.in capit. vnico. nmner. 3. ver. quærit hic glo.de benef. fœm.Et Præpoſ. in c.1.§.& quia.nu.19.qui feud.dar.poſ.Et hanc communẽ Doctorũ opinionẽ eſſe, inquit Rol.à Valle,in con.23.nu.23.in Tom. 1. conſi. vbi ipſe communis doctrinæ aliquot limitationes recenſet. Et pulchrè hanc quæſtionem proſequitur Albe.Brunus in con.16.inter conſi.feud.Fran.Burſa. in con.11. num.35.

CONCLVSIO XLVI.

14 IN feudo emptitio ſecundũ veriorem & magis communem Doct. ſententiam fœmina ſuccedere non poteſt. D. Præpoſ.in c.&quia.nu.62.verſ.octaua fallentia.qui feud.dar.poſſ.Licèt multi Docto. in contrariã ſententia fuerint, quos refert Rolan à Valle,in conſi.23.nu.2.&3.in 1.Tom.con.Sed priorem ſententiã communem eſſe inquit Marian. Socin Iun.in con.65.nu.16.in 1.vol.conſ.& magis communẽ eam appellat Alber. Brun. in conſ. 38.nu.9.inter con.feud. Quia ad hoc, vt fœmina in feudo emptitio ſuccedere poſſit,duo requiruntur:Primo,quòd ſit integro precio emptum.Secundò,quòd nullum ſeruitium ſit præſtandum. Ita poſt alios tradunt Soc.Iun.in d.con.65.nu.16. & Rolan.à Valle, in d.con.23.nu.33.tract. ſatis plenè Bern.Vvurmbier,in lib.1.practic. forenſ.capi.17. Fœmina an in feudo empto ſuccedat, & plures DD. quòd in feudo empto mulieres ſuccedant exiſtimantes,inueniuntur, quos refert Horat. Mand. in ſuis additio.ad conſ.Lud.Rom. in cõſ.367.in verb.iure emptionis.Quam ſententiam magis communiter approbari inquit Clar.quæſt.73.in §.feudum.verſ. ſed quid in feudo emp.lib.4.ſentent.Sed an feudum conceſſum per pecuniam habeat naturã veri feudi, nouiſſimè & eruditè explicat Anton.Gabriel.in ſuis concluſionib. tit.de feud.conclu.2.feudum conceſſum per pecuniam,non habet naturam veri feudi. Nouiſſimè quoq; Menoch.in con.1.num.446. verſ.ſextò confert.& num.469.&470.

CONCLVSIO XLVII.

15 FEVDI Franci natura eſt, quòd vaſallus niſi ad ea quæ ſunt expreſſa in conceſſione, vel quæ continentur in forma fidelitatis, non teneatur. Ita affirmat Ioan. Andr. in add. ad Speculat. in liter. A.§. his diebus.in titu. de præſcrip.lib.4. par.2.&non habetur in forma fidelitatis,quòd non poſſit alienari ſine conſenſu domini,ergò alienari poterit, ſecundum Bald.dicentem: Feudum Francum dici à lege legis, id eſt,à pœna caducitatis, quæ alterat naturalem libertatem conſenſus, non autem eſt liberum à lege conuentionis, ergò licèt alienauerit vaſallus,irrequiſito domino, non amittit feudum. Bald. in capit. inter dilectos.num.6.&8.ext.de fid.inſtr. Quia argumentum ab vltima voluntate ad contractus,vbi eadem ratio reperitur, valet. l.ſeruum filij.§.eum,qui.ff.de leg.1. Sed in vltima voluntate vaſallus de feudo Franco per viam teſtamenti diſponere poteſt, licèt regulariter in feudis vaſallus teſtari non poſſit, vt in capit. primo, ibi,

ibi, nulla ordinatione defuncti manente vel valente de successione feudi. Bald. in Authen. nisi togati. num. 15. vers. & fuit quaestio de facto. C. ad SC. Trebel. quem refert & consulendo sequitur Ias. in cons. 57. nu. 2. vers. secundò principaliter moueor. in 1. volum. consi. Nam licèt regula ritet vasallus non possit de feudo testari, nec alterare naturam feudi, illud est verum, nisi feudum esset Francum, in quo benè competit vasallo facultas testandi. Si ergo feudum Francum & liberum per viam testamenti in extraneum transferri potest, ergò & pariter per viam cōtractus, cùm non possit assignari ratio diuersitatis. Contrariam tamē sententiam esse, & cōmuniorem opinionem esse in contrarium, liquet ex sententia Bald. in praelud. feud. num. 53. vers. alia diuisio feudorum. quem sequuntur ibi alij Scribentes, vbi reprobando Hosti. in c. fin. de reb. Eccles. non alien. dicunt, quod tale feudū Francum, irrequisito domino, alienari non possit, Quia si posset alienari, sequeretur inconueniens, quòd si deliquerit vasallus, puniri in amissione feudi non possit, & sic contemneretur ab eo dominus. Paul. de Castr. in con. 163. vbi dicit: Quod feudum Francum non potest alienari sine voluntate domini, ne dominus inultus alium quem voluerit habeat in vasallum, vt in c. 2. de fratre. de nouo benefi. inuest. Quam communem sententiam latiùs deducit Rolan. à Valle, in con. 2. nume. 134. cum seq. in 1. Tom. con.

CONCLVSIO XLVIII.

16 IN feudo filij aequaliter succedunt, iuxta l. vt iurisiurandi, §. si liber. & ibi tradit Bart. nu. 2. ff. de oper. liber. Licèt aliàs filij haeredes inaequaliter institui possint: tamen vni filiorum feudum etiam nouum praelegari non potest. Andr. de Iser. & Alnarot. in cap. 1. de succes. feud. in vsibus feud. Et quamuis Doct. in hoc articulo variè loquantur, haec tamen magis cōmunis Doctor. opinio est. Ita consulendo scribit Marian. Socin. Iun. in consil. 72. num. 35. versic. nam dubium solet fieri de feud. nouo. in 1. part. & in consi. 160. numer. 44. versic. & quod in eiusmodi feudo non valeat parētis relictum factum vni ex filijs. in secunda parte consi. Haec autem decisio valde dubia est, & in vtranque partem à Doct. disputatur. Quare de ea quaestione videantur illa, quae copiosè à Iasone in consil. 213. num. 4. versic. ad praedicta. in secundo volumine consil. Franceschino Curt. in tractat. feudo. in quarta parte princip. num. 131. & 132. Andr. Tiraquel. in tract. de vtroque retract. §. 11. gloss. 6. numer. 23. vers. & huc spectat alia controuersia. & Catol. Molin. in Additio. suis, ad cons. Alex. in consil. 8. verb. legare. in 3. volum. consil. referuntur. De qua decisione quoque multa consulendo scribit Cephal. in consil. 252. numer. 50. 51. 52. 53. & 54. in lib. 2. con. vbi ipse praedictam communem sententiam secundum alios Doct. quos refert Tiraq. d. loco, remoto consensu domini, intellexit, Sed si domini consensus ratione noui feudi interuenisset, tum sententia contraria, quòd pater vni liberorum praelegari feudum nouum possit, cùm interuenienti domini consensu, omnes Docto. admittant illud ad liberorum praeiudicium alienari posse, procederet, & communior esset, per multas authoritates, quas ibidem idem Cephalus latè deducit.

CONCLVSIO XLIX.

17 FEVDVM cùm ob feloniam vasalli erga dominum aperiri domino & amitti dicatur. capit. 1. §. similiter. Quibus modis feud. amitta. id intelligitur domino volente, & voluntatem suam declarante. Baldus in l. fin. numero tertio. C. de reuocat. donat. Vbi refert illam generalem doctrinam, quod quotiescunq; dicitur, rem aliquam ipso iure venire ad dominum propter maleficium, hoc semper intelligatur: Si dominus hoc voluerit. Idem Bald. in Auth. qui rem. num. 6. cir. fin. C. de sacrosan. Eccles. Alex. de Imo. in con. 173. num. 7. vers. Praetereà non est verum. & ibi Car. Molin. remissiuè, in verb. voluerit, in 2. li. con. Dec. in cons. 206. nu. 7. in fi. & idem Dec. in rub. in fin. C. de sec. nupt. Vnde cùm dicitur in reb. emphyt. quòd illae ob canonem certo tempore nō solutum cadant in commissum, & sint domino apertae, l. 2. C. de iure emphyteutico. capit. potuit. ext. de locat. & cond. illud intelligitur. Verum esse, domino sic volente, & declarante, se velle rem esse commissam. DD. communiter in d. l. 2. Iohan. Sichard. in consil. 13. numer. 12.

in 4. tomo con. diuersorum Doctorũ anno 1572. Francofordiæ impresso. De qua conclusione quoque dictum est in verb. Emphiteutam & conductorem propter deteriorationem rei, &c.

CONCLVSIO L.

18 FEVDVM si à vasallo alienatum fuerit, quæritur, an consensus domini ipsam alienationem debeat præcedere, vel saltem interuenire in ipso actu alienationis, an verò sufficiat, quòd talis cõsensus sequatur alienationem. In eo casu DD. cummuniter voluerunt, sufficere, quòd talis consensus interueniat post alienationem. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. in verb. Et cum pacto de non alienando. nu. 19. vers. Quæro quando vasallus. Francis. Curt. in tract. feud. in 4. par. Ex quibus causis feudum amittatur. in 2. Reg. princ. vers. Secunda cadit necessaria dubitatio. num. 138. vbi testatur, hanc communem DD. conclusionem esse. Iul. Clar. lib. 4. sent. §. feudum. quæst. 31. vers. Prætereà quæro. Roland. à Vall. in con. 97. num. 33. ver. Et accedendo magis ad proxima. Cravet. in responso pro genero. nu. 397. vers. Apparet ex his à diuersis. & Iac. Menoch. in con. 1. post nu. 40. vers. Respondeo crebriorem verioremque Interpretum sententiam esse, per multas alias auctoritates ibi ab eis adductas.

CONCLVSIO LI.

19 FEVDI recognitio subsecuta confirmatione domini dicitur contractus, quia nihil aliud est talis recognitio, quàm act⁹ gestus inter dominum & vasallum, renouans & confirmans antè, quàm feudi inuestituram, quam constat esse contractum. Bart. in l. iuregentium. §. quinimò. num. 19. vers. Feudum autem puro. & Alex. de Imol. ibid. nu. 13. Ias. num. 16. & 17. ff. de pact. Abb. in c. quæ in Ecclesiarum. num. 15. ext. de constitu. Hæc est communis DD. sententia referente & plures auctoritates citante Laur. Syluano in tracta. de feudi recognitio. quæstione 2. An recognitio feudi sit contractus, in 13. volu. tract.

CONCLVSIO LII.

20 FEVDVM si pecunia vel aliter ex causa onerosa quęsitum fuerit, tale feudum dicitur improprium, Et in eo succedit fœmina atq; eius descendens. Ioh. Campe. in con. 11. nu. 6. inter consilia feudalia Albert. Bruni. Carol. Ruin. in consi. 24. numer. 7. in primo volum. cons. Paul. Paris. in consi. 4. numer. 39. in prima part. con. Apostilla. Raynald. Corn. in suis additionibus ad consilia & quæstiones Oldradi de Ponte, con. 262. in verb. Si clientulus voluerit. lit. b. pluribus adductis auctoritatibus, meminit hanc crebriorem Iuris prudentum opinionem esse. Sed si solum fuerit emptitium feudum, quid in eo casu respondendum sit, dictum est in conclus. incip. In feudo emptitio. circa finem.

CONCLVSIO LIII.

21 IN feudo hęreditario, concesso pro se, hæredibus & successoribus, vt quis admittatur, ad illius successionem requiritur, quòd sit hæres primi inuestiti, vel vltimi defuncti, de cuius persona tractatur. Alexan. & alij Doct. in l. quòd dicitur. ff. de verbo. oblig. Et hanc esse communem opinionem affirmat Roland. à Valle, in consi. 23. num. 44. vbi ipse plures authoritates Doct. id affirmantium adducit in 1. Tom. cons. Et hoc adeò verùm est, vt non sufficiat, quòd quis sit hæres sanguinis, sed etiam hæreditatis, qnia vtrunque requiritur, repudiata sententia Baldi, cõtra qnem communis & contraria opinio est, attestante Alex. de Imol. in consi. 19. nu. 16. in 5. vol. con.

CONCLVSIO LIIII.

22 FEVDVM paternnm transitorium ad omnem hæredem etiam transit in monasterium. Et hanc sententiam communem esse inquit Felin. in capit. in præsentia. numer. 48. versic. fallit quartò. extr. de probat. & sequitur Ioan. Cephal. in con. 151. num. 43. versic. quintò prædicta. in lib. 2. consi.

CONCLVSIO LV.

23 FEVDVM concessum pro te & quibus de-

bus dederis, non solùm secundum communem sententiam, transit ad hæredes extraneos, de qua Decisione diximus in verb. feudum quando est concessum, &c. verùm etiam de eo testari vasallus sine consensu domini potest. Ita est text. in capit. 1. tit. de feud. non habente propriam naturam feudi. in vsibus feud. vbi dicitur, si quis ea lege alicui feudum dederit, vt ipse & sui hæredes, & cui ipse dederit, habeant: Respondeo, iste, qui sic accepit, poterit id vendere vel donare: vel aliter, si sibi placuerit, etiam sine voluntate domini alienare. & ibi Doct. Deci. in consi. 171. numer. 2. & consi. 193. numer. 5. Gozadin. in consi. 4. versic. decimò considero. num. 8. inquiens: Certè etiam si esset feudum, cùm sit data potestas concedendi, quibus voluerit potest disponere ad libitum, & in testamento relinquere. Sequũtur & alij, Aym. Crauet. in consi. 84. num. 11. in 1. par. & Roland. à Valle, in consi. 96. nu. 34. in 1. Tom. con.

CONCLVSIO LVI.

24 FEVDVM antiquum nō potest alienari in præiudicium proximioris agnati, sine consensu ipsius, etiamsi vasallus refutaret feudum antiquum in manibus domini. Quia tum refutatio non præiudicat agnatis, nisi in vita ipsius refutantis & descendentium suorum. Ita declarant post alios Bald. in capit. 1. §. hoc quoque. versic. prima conclusio. numer. 12. de success. feu. & in cap. 1. versi. sed quid si ille, qui habebat feudum paternum, refutauit ipsi domino. numer. 6. de alien. feudi paterni. & Iacob. Aluarot. in capit. 1. §. denique sæpè. qui est finalis versi. trigesima septima conclusio, num. 27. Quæ fuit prima causa beneficij amittēdi. Hanc communem conclusionem & sententiam esse scribit Iac. Henrichmannus, in consi. 1. versic. tricesimo nono. num. 58. in 1. Tom. consi. & ante illũ Francischin. Curt. in tracta. feud. in 4. part. ex quibus caus. feud. amitr. §. tertia igitur est regula principalis. vers. est ergò ex præmissis. numer. 147.

CONCLVSIO LVII.

25 FEVDVM acceptum vel relictum pro se, vel alicui pro se suisque descendentibus & hæredibus, ita demum debetur, si copulatiuè sint hæredes & descendentes, quia vtrumque requiritur, nec alterum sine altero sufficeret. Bartol. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. numer. 4. ff. de oper. libert. Bal. in l. tale pactum. §. fin. numer. 1. ff. de pact. Hanc communem Doc. sententiam esse inquiunt, Alex. de Imol. in cons. 128. num. 6. in 1. lib. Ias. in con. 57. num. 1. in 1. volum. & Crauet. in con. 197. in 1. par. con.

CONCLVSIO LVIII.

26 FEVDVM hæreditarium dicitur, quando conceditur pro se & hæredibus, sed si concessum est pro se & liberis, non dicetur hæreditarium, sed ex pacto & prouidentia concedentis. Andre. de Isern. in capit. 1. §. hoc quoque. num. 6. & 7. titu. de success. feud. & in cap. 1. in princip. tit. an agnatus vel filius defunctus. in vsibus feud. Alexan. de Imol. in con. 10. num. 8. in 3. volum. in consi. 19. num. 3. 4. 16 cum seq. & in con. 28. num. 18. in 5. volu. consi. Deci. in con. 194. num. 4. & in consi. 390. num. 5. vers. nam feudum dicitur hæreditarium. Francis. Cur. in tract. feudali, in prima par. 8. quæst. num. 19. Et hanc communem doctrinam Doct. appellat idem Dec. in con. 447. nu. 8.

CONCLVSIO LIX.

27 FEVDVM nouum si fuerit alicui datum, & in inuestitura illa verba (Iure feudi paterni vel antiqui) adiecta essent, faciunt feudum, quantumuis nouum, fortiri vim & effectum paterni vel antiqui. Bald. in capit. 1. numer. 2. versic. extra nota quòd si rex. in titu. de alien. feud. pater. Aluarot. in cap. 1. num. 3. de va[illegible]o de erep. ætat. in vsibus feud. Iacob. de Sanct. Georg. in tract. feud. in verb. nobiles. nu. 8. in fin. Curt. in suo tracta. feud. in 3. parte. 8. quæstio. incip. Octauò principaliter quæro. nu. 8. vbi ipse hanc doctrinam in vtramque partem disputat, addens, ab ea tanquam communi in iudicando non esse recedendum. Frederic. Schenck, ex liberis Baronibus à Tautenberg in Viridario conclusionum Iuridicarum, conclus. 98. Licèt autem alij Doct. contrarium, referentibus Alex. de Imol. in con. 10. num. 4. & 5. in 3. lib. & Ias. in consi. 152. nu.

nu.1. in 2. vol. con. verius esse voluerint: tamen magis cõmunis opinio est in contrarium, vt communiori voto Doct. concludunt. Dec. in con. 194. num. 3. Ias. sibi contrarius, in con. 163. num. 3. vers. tenendo istam partem, quæ est magis communis. in 4. volum. cons. Roland. à Valle, in cons. 60. num. 17. in 1. Tom. con. Cùm legi & naturæ feudorum tenor inuestituræ deroget, & feuda magis dependeant à lege conuentionis, quàm à iure proprio vel consuetudinario. Catol. Molin. in suis Commenta. in consuetu. Paris. §. 5. numer. 84.

CONCLVSIO LX.

28 FEVDVM hæreditarium an dicatur, quando reperitur receptum pro se & hæredibus masculis. Et non dici hæreditarium, sed ex pacto & prouidentia, hoc modo probatur: quia illa verba, (hæredibus masculis) operantur, vt feudum intelligatur tantùm concessum pro liberis, per tex. in c. 1. §. Et si clientulus, vbi ista habentur verba, Et clientulus fecerit libellum, vel aliud de medietate feudi sine domini voluntate, eo mortuo sine legitimo hærede masculo (quod verbum ita intelligendum est in feudo, id est, sine filio masculo) reuertitur feudum ad dominum, in tit. de alien. feud. in vsib. feu. Quare si illud feudum esse debebat hęreditarium, illa verba, hæredibus masculis, superfluo fuissent adiecta. l. si quando. ff. de legat. 1. Item vnumquodq; verbum in contractu intelligitur, vt aliquid operetur. Propterea illud verbum, hæredibus, non potest intelligi de extraneis, sed de suis hæredibus iuxta naturam feudi. c. 1. tit. de success. feud. in vsib. feud. Bald. in l. Gaius. vers. & per hoc determinatur quæstio. ff. solut. matrim. & l. Gallus. §. etiam. num. 2. vers. aut sit mentio à concedente. ff. de liber. & posth. & Bal. in l. liberti libertæq;. vers. quid ergò. C. de ope. libe. vbi ipse inquit: Quid si facta fuerit concessio alicui recipienti pro se & hæredib. suis masculis, illam non transire ad hæredem suum extraneum masculum. Quia adiectio masculi de iure & de facto, refertur ad descendentes, de iure, id est, scripto, & de facto, id est, consuetudine. Dec. in consi. 185. nu. 3. & con. 239. nu. 4. vers. sed prædictis non obstantibus, vbi ipse testatur hanc communem opinionem esse. Sequitur Roland. à Valle, in con. 67. vbi ipse in vtramque partem hanc doctrinam copiosè prosequitur, & refertur ab ipso ibi cons. Socin. Iun. in quo ipse nu. 27. de iure respondet, si feudũ concessum fuerit alicui pro se & hæredib. non simpliciter, sed adiectis aliquib. verbis, ex quib. constare potest, quod verbum Hæredibus, respectu liberorum prolatum fuit, tunc absq; dubio feudum nõ dici hæreditarium. con. 72. d. num. 27. in 1. par. con. Sed de hac conclusione vide quæ nouissimè scribit Bursat. post alios ab ipso allegatos in consi. 49. num. 41.

CONCLVSIO LXI.

29 FEVDVM ad vnum vasallũ pertinens, ab alio spatio 30. annorum etiam absque titulo, præscribi potest, in præiudicium quoq; domini feudi. capit. si quis per triginta annos. Si de feu. defun. contenr. sit inter domin. & agnat. Vasal. Abb. in c. ad audientiam. nu. 16. & 17. Felin. nu. 18. ext. de præscriptio. Alex. de Im. in consi. 136. num. 3. lib. 1. in con. 118. num. 14. & in con. 169. nu. 4. lib. 11. & in con. 113. num. 11. vers. Non obstat. in 4. libro. & in cons. 15. num. 6. in 5. lib. Ias. in l. 1. num. 46. C. de seruis fugiti. Ioh. Fran. Balb. in tract. de præscriptio. in 4. par. princ. §. primò igitur quæro, vtrùm quis pręscribere possit aliquam rem tanquam feudalem. Vbi ipse dicit, hanc sententiam communiter approbari. Et idem in eadẽ parte, in §. incip. Quartò quæro, an possit tertius præscribere, & valde notabiliter, nam quæstionem exponendo dicit Crauet. in tract. De antiquitat. tempor. §. absolutis. nu. 28. Quando possessor feudi pręstitit seruitia domino directo per longissimũ tempus 30. annorum, & sic possedit feudum tanquam feudum, non vt bona libera, tunc pręscribitur ius vtile etiam in præiudicium domini directi, nec dominus directus potest allegare aliquam ignorantiam recipiendo seruitia. d. c. si quis per triginta. Nouissimè Iohan. Schneid. Insti. de vsucap. & longi temp. præscript. cap. Quot sunt species præscriptionis. num. 15. & 16. Estque communis scribentium opinio, referente Ludolph. Schrad. in con. 34. num. 48. in 1. lib. con. diuersorum DD. anno 1568. Francof. impressorũ, quod eruditè & fusè quoq;

quoq; explicat Zaſ. in tractat. feuda. in par. 6. qualit. feuda conſtituantur. numer. 30. cum ſeqq.

CONCLVSIO LXII.

30 FEVDVM nulliter & abſq; conſenſu Domini alienatum nulla obſtante præſcriptione reuocari poteſt, c. prætereà. De cap. Corrad. Et alibi ſcribitur, alienationes illicitas in irritum deduci, nulla temporũ præſcriptione impediente. c. 1. verſ. Nos autem. de prohib. feud. alienat. per Frid. c. 1. §. quid ergò. de inueſtitu. de re alie. fa. And. de Iſer. in d. c. præterea. num. 6. Socin. Sen. in conſ. 86. num. 8. in 1. vol. copioſè Iohann. Angel. de Peru. in conſ. 15. nume. 7. cum ſeqq. lib. 2. inter cõſilia Zaſij: niſi ſpatio 100. annorum. Matth. de Afflict. in deciſionib. Sacro ſancti concilij Neapol. deciſ. 204. ſed communis DD. ſententia eſt in contrarium. gloſ. in d. §. præterea. in verb. Præſcriptione. & ibi Bal. nu. 4. Aluar. poſt num. 3. Præpoſ. verſ. oppono, cum gloſ. 3. quia Dominum rei feudalis nulliter alienatæ præſcribitur contra Dominum directum ſpatio longiſsimi temporis 30. annorum. l. omnes. leg. ſicut. C. de præſcript. 30. vel 40. anno. c. 1. §. porrò. Qualiter olim feud. aliena. poter. Balb. in tractat. de præſcript. in 4. part. 4. par. princ. in 12. quæſt. §. quartò quæro. Et hanc communem dicunt Lud. Schrad. in conſ. 34. num. 117. in 1. Tom. conſ. diuerſo. DD. Germa. Francof. anno 1568. impreſſorũ, & Bernard. VVurm. in 1. lib. forenſium practic. capit. 15. Feudum præſcribitur.

CONCLVSIO LXIII.

31 FEVDVM conceſſum pro ſe & quibus dederit, poteſt alienari ſine vlteriori conſenſu Domini. Iacob. de S. Georg. poſt alios in tracta. feudali. §. ita etiam quod ipſi vaſalli & eorum hęredes & ſucceſſores. Et copioſiùs Franciſ. Curt. in ſuo tract. feudor. in 4. part. Ex quibus cauſ. feud. amit. in 2. principali Canone. inci. Aggrediamur itaque ſecundam regulam principalem. §. quintò quæro. num. 141. vbi ipſe in vtramq; partem hanc quæſtionem explicat, additque eam communem Doct. opinionem eſſe, à qua in Practica non ſit diſcedendum.

CONCLVSIO LXIIII.

32 FEVDI inueſtitura ſi contineret, quod illud pro ſe & hæredib. quibuſcunque collatum eſſet, voluerunt multi Doct. verba illa reſtringi oportere ad habiles. l. 1. & ibi gloſ. in verb. habeat. & Doct. C. de ſacroſ. Eccleſ. cùm generales dictiones ad habiles reſtringâtur etiam in materia feudali. Bal. tit. qual. feud. alien. poſ. §. donare. nu. 3. in fi. Præpoſ. tit. qui feud. dare poſ. §. & quia. nu. 34. Math. de Afflict. tit. de prohib. feud. alien. per Freder. §. imperialem. nu. 38. in fin. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. §. & quibuſcunq; hæredib. nu. 1. Et hanc ſententiam de iure veriorẽ eſſe inquit Dec. in c. in præſentia. nu. 48. verſ. & iſta opinio verior. ext. de probat. quam & ipſe conſulendo ſequitur in conſil. 171. nu. 6. 185. nu. 4. & 208. nu. 6. Plures authoritates adducit Tiraq. in tract. de vtroq; retract. §. 1. gloſ. 7. nu. 27. Sed contrariam ſententiam magis cõmunem eſſe plures Doct. teſtantur, Barthol. Socin. in con. 10. nu. 2. & 3. & inter conſ. feud. Socin. Iun. in con. 72. nu. 22. in 1. par. & con. 103. nu. 28. in 2. par. cõ. Alci. in con. 176. nu. 1. Laur. Syluan. in conſ. 3. nu. 66. & in con. 30. nu. 26. 27. cum ſeqq. Crauet. in con. 256. nu. 8. & Octaui. Cacher. in Deciſ. ſenat. Pedemon. in Dec. 26. nu. 18. & Deciſ. 27. nu. 11. Alias Doct. allegationes addit Tiraq. in d. §. 1. gl. 7. nu. 21. 22. cũ ſeqq.

LXV. LXVI. LXVII. LXVIII. LXIX. & LXX. vide infrà.

CONCLVSIO LXXI.

39 FIDEICOMMISSVM licèt quidam ocioſum eſſe cèleant, cùm illud ſit onus & grauamen hæredis. l. cohęredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupilla. & impediat bonorum alienationem. l. filiusfamilias miles. §. diui. ff. de legat. 1. cùmq; ſemper in dubio intelligatur, teſtatorem voluiſſe grauare hęredem minùs quàm ſit poſsibile. leg. nummis. ff. de legat. 3. Propter eà fideicommiſſum cenſetur odioſum, & conſequenter in dubio contra iſtud iudicatur. Philip. Dec. in con. 386. in fin. Et ibi Carol. Molin. in verb. in dubio. Socin. Iun. in con. 185. nu. 9. lib. 2. Mantua in con. 328. 329. & 330. in 1. Tom. con. Crauet. in con. 180. in fin. & Alciat. in con. 483. in fi. tamen multi alij DD. contrariam ſententiam ſecuti ſunt. Alex. in con. 39. num. 3. ver. Et dicit Angel. hoc eſſe introductum ſpecialiter fauore fideicommiſsi. lib. 1. Iaſ. conſ. 203. verſ. Non obſtat ſecundo. lib. 2. Socin. Iunior ſibi contrarius conſ. 168. num. 91. lib. 2. con. Et hanc ſententiam conſulendo & iudi-

iudicando tanquam fauorabilem amplectendam esse voluit Francisc. Marrarius in materiam fideicommissi Epito. 2. parte, vbi & ipse distinctiones varias adducit, & inter illam eam approbat, quòd quando sumus in fideicommisso simplici, tunc prima opinio pcedat; Quãdò verò sumus in fideicõmisso expresse facto pro conseruatione bonorum in agnatione & familia, secunda & posterior opinio locum habeat.

CONCLVSIO LXXII.

40 FIDES mala etiam probatur ex nullitate tituli inteudationis scienter habita de re litigiosa. Pulchrè Roland. à Valle, post alios in cons. 6. numer. 43. in 3. Tom. cons. Sic quoq; quis censetur esse in mala fide, quando scit contractum posse rescindi. Alexand. post alios ibi allegatos in cons. 54. nume. 10. lib. 6. quantò magis vbi scit contractum nullum esse. Nam mala fides præsumitur ex scientia rei alienę. c. si diligenti. & c. fin. ext. de præscript. Et adeò potens est hæc mala fides, vt officiat etiam hæredi. l. cum hæres. ff. de diuers. & temporal. præscript. Alexan. & Iason, in leg. Pomponius. §. cum quis. ff. de acqui. pos. Ex quo hęres censetur ead. persona cum defuncto, qui tenetur purgare conscientiam malam defuncti, Petr. Paul. Paris. in cons. 27. numer. 139. in lib. 1. cons. vbi asserit, hanc esse sententiam communiter approbatam, quod impedit hæredem præscribere & continuare possessionẽ, & ipsam inchoare ex persona sua in quacunq; actione. Idem Paris. in consil. 29. num. 26. & 27. in ead. part. & in cons. 116. nume. 106. cum seqq. in 3. part. con. Roland. in d. cons. 6. num. 47.

CONCLVSIO LXXIII.

41 FIDEIVSSOR si habuerit confessionem à creditore, quòd ei satisfactum sit, potest agere contra debitorem non aliter probata numeratione, quia confessione creditoris de recepto veram probat numerationem, vt fideiussor contra debitorem agere possit. Alex. de Imol. post Paul. de Castr. in cons. 90. in 3. lib. & in cons. 26. in 2. lib. & in consil. 123. in 6. vol. consil. Deci. in con. 493. numer. 6. in 4. part. consil. Hippol. de Mars. in Rubr. de fideiuss. num. 310: versic. tricesimoquintò quæro. vbi ipse inquit: Hanc sententiam veriorem & magis cõmunem esse, quòd sufficiat talis confessio creditoris dicentis, sibi satisfactum esse à fideiussore, vt ipse fideiussor possit agere contra principalem. Matth. de Afflict. in Decis. sacri concil. Neapol. Decis. 94. numer. 2. & 3. Quam sententiam quoq; communem esse ante Hippol. tradit Ias. in l. duob. reis. numer. 9. ff. de iureiur. sequitur Roland. à Valle, in consil. 27. nume. 9. in 1. Tom. consil. Licèt multi alij Doctor. contrariam sententiam secuti fuerint, quos referunt Hippol. de Marsil. in d. Rubr. d. num. 310. Et Carol. Moliu. in d. consil. 90. in verbo, Florentiæ. in d. 3. lib. cons.

CONCLVSIO LXXIIII.

42 FILIVS institutus & restituendo hęreditatẽ grauatus, non potest detrahere quartas duas, vnam pro legitima tanquam filius, iure naturæ sibi debitam, alteram per Trebellianicam seu Falcidiam tanquam quilibet extraneus institutus & de restituendo grauatus. glos. in l. Papinianus. §. meminisse. in verbo, Falcidię. ff. de inoffic. testamento, quamuis iste textus ad propositum istius quæstionis nihil faciat, quia verba (solum perdere) in textu ponuntur ad exclusionem alterius quartæ, sed ad exclusionem portionis restituendæ, quæ non confiscatur nisi intentans querelam succubuerit, ne alteri, vt dicit textus, ex facto querulantis fiat iniuria. Prædicta tamen conclusio procedit & est vera, quando grauatus est quis purè restituere, aut sub conditione, vel in diem secundum iuris Ciuilis dispositionem, per Liubemus. C. ad Trebellian. induncendo eo modo, vt ibi per Bald. & Paul. de Castro in dict. §. meminisse. nume. 6. inducitur. & Ripa in l. fideicommissariam. numer. 30. ff. ad Senatuscons. Trebell. De qua quęstione variè & ambiguè Doct. loquuntur, vt nouissimè consulendo tradiderunt post alios Aym. Crauet. in cons. 16. num. 10. in 1. part. consil. & Roland. in con. 12. num. 7. & 8. in 1. Tom. cons. Sed de iure Canonico per text. in cap. Raynutius, & in c. Rainaldus, extr. de testamentis. & communiter per Scribentes iuris Canonici traditur, Quòd filius sub conditione grauat*, possit detrahere duas quartas, videlicet legitimam & Trebellianicam, quæ capiunt dimidiam partem hæreditatis. Et hanc sententiam æquam, benignam, in Scholis & Pallatijs approbari, & ex generali consuetudine etiam in terris Imperij per totum mundum obseruari, scribunt Bened. Capra, in con. 79. & Hiero. Cag. in d. §. meminisse. nu. 10. qui multas authoritates multorũ D D. adducit, & inter cæteras allegans insigne

insigne consilium D. Ias. 146. in 4. volum. cons. & Ioan. Dilect. in tracta. de arte testan. tit. 5. de substitut. Cautel. 31.

CONCLVSIO LXXV.

43 FILIVSFAMILIAS mortis causa patre permittente donare potest. l. tam is. §. filiusfamiliâs. ff. de donat. caus. mort. non tamen potest donare filiusfamiliâs causa mortis ipsi patri, cuius consensus requiritur. Bartol. in l. 1. numer. 5. ff. de Authen. & consen. tuto. Alexand. de Imol. in cons. 106. in princ. in 1. lib. cons. cùm nemo possit in facto proprio sibi authoritatem suam accommodare. dict. l. 1. §. pupillus. leg. quod dicimus. ff. de autho. & consen. tutor. quam doctrinam veram Guid. Pap. in Decis. suis, quæst. 223. num. 1. communem, Petr. Philip. Corne. in con. 224. nu. 2. & magis communem Philip. Dec. in con. 279. num. 5. appellarunt. Licèt multi alij contrariam sententiam amplexi fuerint, quos referunt Apostill. ad Decis. Guid. Pap. in d. quæst. 223. in verb. etiam credo veram. & Carol. Molin. qui & hanc post Alexan. approbauit, in suis addit. ad cons. Alexand. in d. con. 106. in ver. mortis. & in suis addit. ad con. Dec. in dict. cons. 279. in verb. negatiuam: & idem Carol. Molin. in Philip. Decij con. 245. in verb. negatiuam. per rationem, quòd patria potestas fauore patris introducta sit, ergò non noceat commodis patris. Sed priorem sententiam communiter Doctor. sequuntur, referente Socin. Sen. in cons. 112. num. 4. in 1. vol. con. & in l. 1. §. fuit quæsitum. num. 6. ff. ad S C. Trebell.

CONCLVSIO LXXVI.

44 FILIVS si patrem occiderit, vniuersam successionem fiscus consequitur. Bald. nu. 28. & alij in l. 1. C. de hæred. instit. Et hanc sententiam omnium, & communem opinionem esse scribunt cõsulendo Andr. Barbat. in cõs. 8. à nũm. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. vsque ad vers. capio nunc secundum dubium. in 3. vol. cons. Et Ioan. de Anan. in cons. 73. numer. 1. quam doctrinam latiùs explicat Roland. Valle, in con. 57. in 1. Tom. cons.

CONCLVSIO LXXVII.

45 FILIA in bonis patris debet habere legitimam, Auth. nouissima, vbi Doct. C. de inoffic. testam. & Dec. in cons. 89. circa fin. Item & Trebellianicam, quæ faciunt dimidiam partem totius hereditatis, cùm sit grauata restituere ipsam hæreditatem sub conditione, secundum communem opinionem Canonistarum, in c. Rainutius. in c. Rainald. ext. de testa. quæ etiam de iure Ciuili communiter tenetur. Dec. in cons. 55. numer. 8. & in con. 218. nume. 5. & Roland. à Valle, in cons. 85. vbi ipse multas authoritates Doct. adducit, num. 12. in 1. Tom. cons.

CONCLVSIO LXXVIII.

46 FILIA primi matrimonij licèt excludi possit per statutum à successione, tamen admittitur ad bona quę deferuntur filijs primi matrimonij, in pœnam patris & matris transeuntis ad secunda vota. Salic. in l. fœminæ. §. illud. C. de secund. nupt. vbi refert se casum in facto habuisse, quod statuto prouisum fuisset, vt filius masculus succederet patri & matri exclusa filia, mortua matre successerat masculus, cui masculo posteà ex statuto pater solus successit, posteà pater se ad secundas nuptias contulit, & discessit superstite vno filio ex illo matrimonio, & dicta filia ex priori matrimonio, Et in eo casu dubitatum fuisse, an illa habere deberet bona materna ad patrem prouenta mediante suo cessione filij, & dicit ipse de iure responsum fuisse, filiam ex priori matrimonio admitti. Cuius sententiam communiter alij Doct. sequuntur, Marian. Socin. in cons. 34. num. 3. vers. insuper etiam. Barthol. de Salicet. in 1. volum. con. Philip. Dec. in cons. 87. num. 3. vers. 3. non obstat. & Albert. Brunus in tract. super statutis excludentib. fœminas & cognato. lineam à succes. in art. 8. prin. quæst. 15. num. 57. & 58. & in art. 13. quæst. 5. num. 75. vers. & prædicta sunt limitanda. ex Decis. Sali. Et hanc Saliceti opinionem communiter approbatam esse dicit quoq; Roland. à Valle, in cons. 95. num. 43. in 1. Tom. cons.

CONCLVSIO LXXIX.

47 FILII naturales vel spurij quomodo inter se succedant, secundum sententiam DD. communiter approbatam, respondent ipsi, quòd si fint filij naturales vel spurij ex eodem patre, non ex eadem matre, vnus alteri non succedit, Quia nõ agnascuntur inuicem, stipes enim illegitimus legitimos ragnatos facere non potest, nec cadit nomen agnationis in Bastardis. gl. in l. fin. in verb. A-

 permus.

perimus,& ibi DD.C.de natural.liberis,pet text. expressum in §.filium verò.in Authen. Quib.modis naturales effic.sui.Collat.7.Et ibi Angel.de Peru.in §.vlt.nu.19.ver.sed restat videre qualiter filij naturales. Azo in Summa de legit.hęred.nu.2.ver.Item dubitari potest.Hostien.in sum. de succes.ab intesta.§.Et qualiter.nu.4.versi.quid de naturalib.tantùm.Specula.eod.tit.de succes.ab intesta. nu. 19. vers. quid de natis ex vno patre & duabus concubinis.glo.in l.hac parte. in verb.Nascuntur.ff.vnde cognati.Cyn.in Auth.Itaq;.ver.quarto casu.Salicet.num.2. ver.quæro etiam quod si fratris. Si verò sint ex eadem matre,tunc vnus alteri ab intestato succedit, quia sibi agnascuntur inuicem. d.l.hac parte. vers.item ipsi fratres,l.si spurius.ff.d.tit.vnde cognati.§.vulgo quæsitos. Instit.de succes.cognat. Alberic.in l. parentes.num.3. vers.sed nunquid si sint duo filij naturales. Guilhel.Maynerius,in l. quoties duplici iure, in fin.ff.de reg.iur. quam præscriptam decisionem intelligunt DD.quando essent tales spurij,qui non essent ex damnato coitu, vel legibus reprobato suscepti. glos.in l.si qua illustris.in verb.cū legitimis. C.ad SC.Orfic.Alex.de Imol.in cons.174. in lib.5.consil.cons.Bened.Capra in con.1. nu.26.in cons.108.num.38.44.& per totum con.&in con.136.nume.9.& 19.Ioan.de Anan.in cons.95.& ibi Ludouic.Bolognin.in Addit.Et hanc communem opinionem esse testatur Iacob.de Puteo,in cons. 61.nu.4. vers. quarto.inter con. Laurentij Calcanei. Hieron.Cagnol.in d.l.si qua illustris. num. 46. vers. sed non est recedendum. Guilhel. Mayn.in l.quoties idē sermo.nu.81.ver. sed restat videre.ff. de reg.iur.Pett.Loriot.in l. 1.§.deficiētib.descendentib.ver.sed quid de illegitimis transuersis.ff.de gradib.affin.Et nouissimè Ioan. Cephal.in con.48.num.25. vers. aut igitur spurius.in 1. part.cons.Licèt nonnulli DD.contrariam sententiam amplexi fuerint. Philip. Corn. in con.21.num. 26.cum seq. in 1. vol. con. Franc.Curt.Iun. in cons.133. num.3.versic. nam huic motiuo facilis est solutio.De qua quæstione copiosè scribunt Aym. Crauet. in cons.138. nu. 6.7. cum seqq.Remissiuè Didac.Couarru.in Epito.de succes. ab intesta. num.31.& magis eruditè in Epitom. de sponsalib.2.part.cap. 8.in §. 4. & §.5. Hartman.Hartman.in lib.2. Practic.foren.cap. 9. successio filiorum naturalium.& c. 10. Liberi naturales tantùm spurij & dānato coitu nati,quo modo succedant matri & ascendentib. & è diuerso. Valentin.Forsterus in tracta.de succes. ab intest.cap.de succe.eorum qui ex coitu,quem leges non modò damnant, sed capitali grauiori q; pœna vindicant, nati sunt.conclus. 4.& 5.

CONCLVSIO LXXX.

48 FILIO spurio pater relinquere potest in testamēto pro alimentis ex æquitate Canonica,sumpta ex c.cùm haberet.ext.de eo qui duxit in vxorem,quam polluit per adulterium.Bald.in Lectu.l.1.num.3. vers.iuxta hoc quæro.Et in repetit.eiusdem l. num. 28. vers. super sexta quæstione. C.de sacros.Eccles.Laurent.Calcan.in cons.59.numer.10. vers. nec potest, & Iacob. de Puteo, in cons. 61.num.11. ver.sed iterum restat.inter cons. Laurent.Calcan. Et hanc communem DD. conclusionem appellat Roderic. Suarez in l.1.tit.de Todo home.nu. 22. vers.communis est conclusio in suis allegar. vbi ipse addit, Eadem ratione relinqui posse pro dote spuriæ filiæ, cùm dos loco alimētorum succedat. & ibi.in ver. sed limitabis,inquit post Bald. in Auth. Ex amplexu,in princ. versic. tamē hoc nō puto in nefarijs & incestuosis. C. de incest. nupt. eam doctrinam solummodò in spurijs procedere,secus verò in nefarijs & incestuosis. Sed hanc quæstionem DD.copiosiùs in d.Auth.Ex amplexu.glos. in c.per venerabilem. in verb. Adulterinis. extr. qui filij sint legit. Panorm. & alij in d. c.cùm haberet.explicarunt. Et Baldi sententiam expressè reprobat Nicol. ab Vbald. in tractat. de succes. ab intesta. §. sequitur. quarta species liberorum. in fine,in 7. volu. tracta.Cuius sententiam sequuntur Dec. in consil. 611.incip. Magnificus Pandulphus. nu.6. & Roland. à Valle,in consil.74.nu.42. inquiens post Decium subscriptam cōclusionem in omnibus spurijs ex quocunque coitu damnato natis,per æquitatem c.cùm haberet.quę in omnib.spurijs procedit,quia ipsi non deliquerunt,procedere.in 1. Tom. con. Nec non Ascan. Clementi. in tractat. de patr.potesta.cap.5.nu.37

CONCLVSIO LXXXI.

49 FILIVS potest testamentū maternum, in quo fuit præteritus,dicere nullum vsque ad 30. annos. Licèt Bartol. voluerit in l. Filio præterito.post numer.28.versic. nam ex hoc Testamento.ff.de iniust. rupt. & irrit. Testa-

Teſtamento. Quòd elapſo anno à die mortis matris non poſsit amplius dicere Teſtamentum nullum. Cuius ſententiam reliqui non ſequuntur. Bald. in d.l. filio præterito. circ. fin. ver. Quæro ſi præteritus. Angel. de Peruſ. num. 6. Et hanc ſententiam communem opinionem eſſe meminerunt Guido Papa in ſuis Dec. quæſt. 426. numer. 3. in fin. Balthaſ. Quinct. Aquilenſ. in ſuis addit. ad con. Paul. de Caſtr. con. 18. numer. 13. in fin. in 3. part. conſ.

CONCLVSIO LXXXII.

50 FILII Baſtardi & naturales ſiue ſpurij non dicuntur de domo nec de familia nec de genere. Bart. in l. Tutelas. ff. de capit. diminut. & in l. Pronunciatio. nu. 1. ff. de verb. & rer. ſignif. cum multis aliorum DD. allegatis adductis per Alexan. Tertium, in con. 162. numer. 5. & 6. in 1. volum. conſi. ad caut. vlt. volunta. & Baltha. Quinct. Aquilenſ. in ſuis addit. ad con. Pauli de Caſtr. conſil. 19. numer. 70. vbi ipſi teſtantur, hanc ſententiam communem eſſe. Sed de conſuetudine generali Delphinæ. & Regionum circum vicinarum Baſtardos retinere nobilitatem generis, & deferre arma, ſcribit Guido Papa in ſuis Deciſ. quæſt. 550. num. 3. infinitas authoritates adducit Tiraq. in tract. de Nobilit. cap. 15. nu. 25. verſ. Et hæc quidem procedunt de iure communi. & Aſcan. Clementi. in tractat. de patr. poteſta. cap. 5. num. 24. cum ſeqq.

CONCLVSIO LXXXIII.

51 FILIVS nòn poteſt matrem ſine cauſa præterire, nec à legitima excludere. Eſtque hæc ſententia communis. Iul. Clar. lib. 3. ſenten. §. teſtamentum. quæſt. 49. Aſcan. Clement. in tracta. de patr. poteſt. capit. 4. numer. 22.

CONCLVSIO LXXXIIII.

52 FILII legitimati ſuccedunt, vt alij liberi legitimi, ab inteſtato & ex teſtamento, necnon ſuccedunt regulariter cum alijs filijs legitimis & naturalibus, ſi adſint. Et illis non extantibus, alios cognatos & agnatos excludunt. Bartol. in l. ex facto. num. 3. ff. de vulga. & pupilla. Bald. in l. ſi te parens. per illum textum. C. de ſuis & legitim. adeò vt illis legitima ex bonis patris debeatur. Iaſ. in rubri. num. 11. ff. de lib. & poſt. Vbi appellat eam veram & communem concluſionem. Et hanc ſententiam communiter approbari ſcribunt quoque Paul. Pariſ. in conſ. 1. numer. 19. in conſ. 7. numer. 1. 2. & 3. & in conſ. 10. numer. 74. in 2. part. conſ. & Aſcan. Clementi. in tracta. de pat. poteſt. cap. 5. nume. 51. Hinc oritur & illa quæſtio, ſi filij illegitimi à patre in teſtamento inſtituti, licèt non valeat illa inſtitutio tanquam filijs illegitimis facta: tamen ſi poſt teſtamentum fuerint legitimati, reconualeſcit inſtitutio, cùm legitimatio retrahatur. Illud autem cum eo temperamento intelligitur, quando patre viuo legitimati eſſent. Nam tunc ad tempus confecti teſtamenti legitimatio illa retrahitur, ſecus verò ſi poſt mortem patris legitimatio facta fuiſſet. Et ita communiter DD. decidere inquiunt Alex. de Imo. in l. Gallus. §. inſtituens. num. 2. verſ. ſi autem filijs. ff. de lib. & poſtu. Ludoui. de Gozadi. in conſ. 21. numer. 35. verſ. ad quintum dico. Iul. Clar. in lib. 3. ſentent. §. teſtamentum. quæſt. 31. verſic. Et hoc quidem. Aſcan. Clementi. in d. §. 5. numer. 54. vbi ipſe numer. 55. annectit limitationem, quem per te videre poteris.

CONCLVSIO LXXXV.

53 FILIVSFAMILIAS, qui eſt aduocatus, & lucratus eſt ſalarium, quod à ſuis clientibus accepit, de eo teſtari poteſt, etiamſi ſit in poteſtate patris. Iaſ. in rubri. nume. 7. C. de procurato. Eſtq; hæc ſententia communis. Idem Iaſ. in l. fin. numa. 2. in fin. C. de inoffic. teſt. Aſcan. Clement. in tract. de patr. poteſt, effect. 9. numer. 6. verſic. ſed quæro.

CONCLVSIO LXXXVI.

54 FILIVS non poteſt teſtari, etiamſi pater conſentiat. l. qui in poteſtate. ff. de teſtamentis. Et eſt communis opinio, vt nouiſſimè tradit Aſcan. Clementi. in tractat. de patr. poteſt. effect. 9. in princ. poſt alios ab ipſo allegatos. Si verò fuerit liberatus à patria poteſtate, tum poteſt, ſecundum ſententiam communi voto receptam, teſtari, Idem Aſcan. num. 3. vbi ab eo nonnullæ limitationes recenſentur, & ſequenti effectu ſcilicet 10. explicat, vt non poſsit filiusfamilias ſine conſenſu patris donare cauſa mortis.

CONCLVSIO LXXXVII.

55 FILIVS naturalis non succedit in feudo. capit. naturales. Si de feud. defun. cout. sit inter domi. & agnat. vasal. quod etiam procedit, si sit legitimatus per rescriptum Principis, vti refert Franc. Curt. Iun. in con. 136. Ea tamen conclusio limitatur, quando filius legitimatus per subsequens matrimonium succederet. Andr. de Iser. quem alij sequuntur in dict. capit. naturales, moti per textum in capitul. tanta. extr. Qui filij sint legitimi. Vbi textus non distinguit inter bona feudalia & allodialia. Et ibi Panorm. numero septimo addens, hanc communem sententiam esse. Deci. in consil. 155. post numer. 1. versic. Sed tamen his non obstantibus. Plures authoritates addit Horat. Mandos. ad consil. Ludouic. Roman. in consil. 357. in verb. Non censetur. liter. b. Explicant copiosè, Zas. in tractat. de feud. capit. 8. de feudi successio. numer. 76. versic. Hoc tamen in prædictis non est omittendum. Francisc. Curt. in eodem tractat. in 3. parte. numer. 41. versic. Secunda regula sit, quod filius legitimatus per subsequens matrimonium. Hieronym. Schurff. in consil. 1. num. 17. & dicit ipse numer. 22. ibidem, etiamsi quis in articulo mortis desponsauerit sibi concubinam. in prima Centuria. Et principalem hanc decisionem, quòd filius per subsequens matrimonium in feudo succedat, tractat idem Schurff. in consil. 56. numer. 8. versic. Quòd autem vera & communis sententia Doctor. tam iuris Canonici quàm Ciuilis sit, in secunda Centuria consil. Nouissimè Ambros. Schurerius in tractat. de hæredita. quæ ab intest. deferunt. titul. 9. de specialib. siue peculiaribus circa descendentium successionem. versi. Naturales filij. pag. lib. mei 121. Quòd autem diximus suprà, conclusionem etiam non procedere, etiamsi per rescriptum esset legitimatus, hoc non accipiendum est in eo casu, si in rescripto expressè dictum fuerit, naturalem legitimatum & ad feudi successionem admittendum esse. gloss. in dict. capit. naturales. in verb. legitimi. Ludouic. Rom. in consil. 33. in fin. & ibi Horat. Mandos. in verb. Exprimatur. & in consi. 43. in verb. dicatur, vbi ipse testatur, hanc sententiam communiter approbari. Et Iohann. Schneid. Institu. titul. de hæred. quæ ab intesta. defer. capit. de successione filiorum naturalium & legitimorum simul. nume. 10. de qua quoque conclusione dictum est in verb. Legitimati per rescriptum. Quòd si pater non habuerit legitimos & naturales filios, sed tantummodò naturalem, quem velit legitimari, an ad hoc accersere & citare agnatos suos teneatur, respondet Decius communem conclusionem esse, eos citari oportere, in consil. 85. post numer. 7. versic. Et communis conclusio est. Refert nouissimè Ambros. Schur. in dict. tractat. de hæredita. quæ ab intest. defer. d. capit. 9. in fin. pag. lib. mei 121.

CONCLVSIO LXXXVIII.

56 FILIA licèt de iure Ciuili absque consensu patris nubere non possit. §. 1. Institut. de Nupt. l. 2. l. Si nepos. l. Nuptiæ. ff. de ritu Nuptia. l. 2. l. si (vt proponis) 2. l. Nec filium. l. viduæ. l. in coniunctione. C. de nupti. Quam sententiam & Theologi & recentiores Iurisconsulti sequuntur. Melanth. in libell. de Coniug. titul. de consen. Parent. & in 2. lib. Philos. Moral. Epito. capit. an sponsalia sine consensu parentum facta, debeant esse rata. Iohann. Riuius in suo opusculo, Quod nec diuino nec humano Iure rata debent haberi sponsalia sine consensu parentum, aut contra eorum voluntatem facta. Cuius opusculi quoque mentionem facit Aldobrand. in dict. §. 1. numer. 19. Iohann. Corras. lib. 1. Miscellan. capit. 17. Probatum & diuino & humano Iure in contrahendo matrimonio parentum consensum necessarium. Petr. Loriot. in leg. Nuptias. ff. de regul. Iur. Melchior Cling. in tractat. de casibus matrimon. capit. de consen. parent. Conradus Mauser, in explicat. titul. de Nupt. versic. Quare vos simpliciter dicite. pagin. 54. inquiens hoc non solùm honestum, sed etiam necessarium, imò magis necessarium esse, vt interueniat consensus parentum, idq; non solum propter authoritatem iuris Ciuilis, sed etiam potissimùm Iuris diuini, quod habet, Honora patrem & matrem. Et ita sentire omnes pios & honestos Iurisconsultos. Ita quoque in Ducatu Saxoniæ in Consistorijs pronunciari meminit Iohann. Schneidevuein, in dict. titul. de Nupt. in 4. requisit. numer. 34. consensu scilicet parentum: Tamen de iure Canonico contraria sententia communiter approbatur. glos. in capitul. Hoc sanctum. in verbo, Parentum. 32. quæst. 2. glos. in cap. 1. in verb. consentit. ext. de

ext.de despon. impub. gloss. in l. Paulus. in verb. Paulus respondit. ff. de statu homi. cum multis alijs gloss. & Doct. authoritatibus, quas allegat Dec. in d.l. Nuptias. numer. 8. ff. de regul. iur. & in consil. 231. num. 1. quib. addantur Roderic. Zuar. in l. 42. titu. de los casamientos. §. de iure communi nostro in celebrandis nuptijs per filiumfamiliàs requirebatur consensus paternus. Ant. Guibert. in lib. 1. quæst. iur. memorabil. cap. 12. numer. 23. cum seqq. vers. Sed quid de iure Pontificio dicā. Et Ascan. Clem. in tract. De patr. potest. effect. 6. nu. 6. cū seqq. nec non Benincas. in §. omniū. nu. 40. Instit. de actio. Quam sententiā nouissimè quoq; communiter teneri inquit Aldobrand. post alios d. §. 1. d. num. 19. versi. satis sit signasse. Et

57 huic filiæ, quæ nupsit absque cōsensu patris, danda est dos, etiamsi maritum habeat. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. gloss. in c. de rapto. in verb. Excusata. 36. q. 1. Et pro hac sententia Doctor. allegarunt hoc argumentum, Quòd pater dicatur teneri ad duo, videlicet ad maritandam filiam, item ad dotandum, d. l. qui liberos. glo. in l. obligamur. in verb. lege obligamur. vbi est bona addit. Bolog. ff. de act. & obligat. l. fin. vers. Neque enim. C. de dot. promiss. vnde licèt filia sit nupta, tamen dotē non habet. Ergo &c. de qua quæst. nos diximus in conclu. incip. Filia licèt nupserit & collocata fuerit in matrimonium, &c. copiosè Alex. de Imo. in l. 1. num. 30. cum seqq. ff. solu. matrimi. & idem Alex. in consi. 7. incip. Visis & diligenter animaduersis. vbi ipse num. 10. in fine inquit, se istam opinionem legendo tenere consueuisse, in lib. 2. con. Et Petr. Philip. Corn. in consil. 242. incip. In causa appellationis. nu. 11. in 3. vol. consi. Ias. in Auth. præterea. nu. 8. C. vnde vir & vxor. vnde pater dicitur debitor necessarius. Dec. ibid. num. 11. Et hæc communis sententia DD. referente post alios Marian. Socin. Iun. in d. l. 1. nu. 227. 228. ff. solut. mat. Licèt multi alij sententiam cōtrariam secuti fuerint, quos referunt Alex. de Imol. in d. l. 1. nu. 31. Ias. ibid. in §. 1. nu. 28. Et Socin. Iun. d. num. 228. versicul. contrariam tamen opinionem. vbi ipsi argumentis diuersam sententiam amplectentium respondent. Et suprascriptæ sententiæ communis aliquot limitationes adiecit Socin. Iun. nu. 229. quarum vnam saltem asscribā. Quando ab initio conuentum est inter patrem & maritum filiæ, & sic generis eius, quòd nulla dos detur, tunc enim ipse arbitratur, patrem non posse cogi, cùm matrimonium sine dote esse posit. l. fin. C. de donat. ante nupt. & l. fin. C. de Repud. Porro si ipsa filia sit diues, & habeat bona aduentitia, ex quibus posset commodè & congruè dotari, adhuc tenebitur pater eam de suis bonis dotare, vt communiter Doct. voluerunt, in d. l. fin. C. de dot. promiss. in d. l. 1. ff. solut. matrimo. Paul. Paris. in consil. 29. numer. 61. vers. Quòd quidem. in 3. part. cons. Ascan. Clementi. in tractat. de patr. potest. effectu 11. numer. 14. & ibi ipse quoque limitationes eius doctrinæ recenset, & Iohan Hier. Card. Alban. in suis lucubrationib. ad Bartolum, in dict. leg. fin. Cod. de dot. pro.

Conclvsio LXXXIX.

Filia dotata cōgruenter dicitur quādo dos vsque ad legitimā ei iure naturæ debitā constituitur. Doct. in auth. nouissima. C. de inoffi. testam. & in auth. res quæ. C. communia de legat. Estque hæc sententia communis, vtì refert per multas authoritates Dec. in consil. 181. numer. 5. & in consil. 377. numer. 14. Paul. Paris. in consil. 63. nume. 51. in 2. part. consil. 26. numer. 83. & consil. 93. numer. 13. & 14. in 3. part. consil. Explicat satis copiosè Ascan. Clemen. in tract. de patr. potest. effect. 11. nume. 23. cum seqq. vbi non nullæ quoq; limitationes ab eo recēsentur.

Conclvsio XC.

58 Filiafamilias licèt nupta & traductā sit ad domum viri, cùm remaneat in potestate patris. l. si vxorem. C. de condition. insert. Ascan. Clementi. plures authoritates adducens in tract. de patr. potest. cap. 5. numer. 76. vers. Amplia etiam si filia esset maritata, non potest super bonis maternis vel super dote facere testamentum, vti eruditè consulendo scribit Alexan. de Imol. in consi. 17. visis & oportunè consideratis verbis. lib. 11. con. nisi ad pias causas & patris cō sensu accedente. c. pen. de sepult. estq; communis Doct. opinio, referente Ioha. Dile. Duran. in tract. de arte testandi & cautelis vltimarum voluntatū, titul. 1. de his qui nō habent factionem testamēti, numer. 1. Faciunt huc, quæ nouissimè scribit Ioh. Scheid. Inst. de SC. Tertyllia. vers. Secundò notandum ex principio tituli.

Conclvsio XCI.

59 Filiæ nuptæ an competat priuilegiū datū alicui

alicui ,p se & filijs masculis & fœminis? Respondent DD.ex authoritate Bart. priuilegium concessum alicui & omnib. descendenti,masculis & fœminis,ita demum cõpetere fœminis,si nondum in matrimoniũ transierint,quia postquàm virum assumũt, dicitur se transferre in alienam familiam, & statum suum & forum mutare.Bart.in l. quoties.nume.2.C. de priuil.scholar. libr. 12.Et inquit Ias.in l.1.in fin.ff.de constitut. princ.& in l.cum quædam. nume.3. ff.de iurisd.omn.iud.Angelum,Ioh.de Plat. Lud. Rom.& Brixensem in suo Repertorio secutos esse,& approbasse Bartoli sententiam, quam quoque sequitur Antonius Corset.in suis singula.sing. 240.in verb.Priuilegium. Et hanc communem DD. sententiam esse scribit Apostillat.ad lectu.Dec.sup.tit.ff.de reg.iur.in l.2.in verb.filiæ nuptę.lit.m. Sed contrariam opinionem veriorem esse arbitror,quæ à plurib.DD. quoque approbatur, Soci.Sen.in consi.227.nu.4.verb.Quib.tamen non obstantib.in 2.vol.cons.Felin. in c.super eo.22.nume.2.ext.de testib. Philip. Corne.in consi.172.numer.7.vers.vltra prędicta.in 4.vol.cons.Alex.de Imo.in consil. 20.numer.11.ibi etiam si filia esset nupta.li. 2.& in consil.225.numer.10. ver. Prædictis. & ibi Caro.Molin.in suis apostil.in ver.demum.& Marc.Anton.Nat.in su.s additio. ibid. num.1.in 7. volum.con. néc non in d. l.cum quædam.num.14.ver.Et faciunt ista. ff.de iurisd.omn.iud.& ibi Dec.nume.6. & idem Dec.in l.1.nume.17.ver.vnde vera resolutio est.C.vnde vir & vxor.& d.l.2.num. 83.84.85.ff.de reg.iur.Item in c.nouit.num. 4.versic.Secundò notandum est,& ibi Carol.Molin.in verb. Moderni.lite.g.extr.de iud.Iohan.Franci.de Ripà,in responso 3.nu. 3.& 4.de diuersis rescriptis.And. Tiraquel. infinitas alias authoritates adducens in tractat.de legib.connubial.in 1.leg.glo.1.part. 1.vers.sed cuiuscunque illi cõmentarij sint. Rationes & argumenta propter prolixitatem non trãscribo, propterea studiosi in casu oblato ea ipsi videant. Et ex his deciditur quoque ea quæstio,ad quam de iure respondit Hierony.Schurff, in consi. 73. in 3. Cent.An priuilegium Ducum Megapolensium, vt decedentib. vasallis sine legitimis hæredibus masculis,succedant in tali feudo filiæ fœminæ, vnd also Frawen vnd Jungfrauwen,comprehendat etiam filias maritatas.Licèt enim aliæ rationes ac fundamẽta hic ratione priuilegij considerentur per Schurff adducta:tamen multum facit huc præcedentis quæstionis decisio.

XCII.& XCIII.infrà in 2. parte.

CONCLVSIO XCIIII.

62 FILIAFAMILIAS licèt nupta sit, & traducta ad domum viri cùm remaneat in potestate patris.l.si vxorem.C.de cond.inser. non potest super bonis maternis, vel super dote facere testamentum.Bal. in l. senium. nume.5.versic.sed an filiafamiliâs possit testari.C.qui testamen.facere poss. Alexa.de Imo.in consi.17.in lib.2.con. & idem in d.l. seuium.nisi ad pias causas & patris consensu.cap.licèt.§.fin.de sepult.in 6.Et hanc cõmunem opinionem Doct.esse inquit Ioan. Dilect. in arte testandi.tit.1.de his,qui non habent testamenti faction.Caut.1. num. 1.

CONCLVSIO XCV.

63 FILIA licèt nupserit & collocata fuerit in matrimonium, tamen pater,secundum veram & communem sententiam, eam dotare obligatur, Quia ipse ad duo tenetur, scilicet ad dandum maritum filiæ, & constituendam dotem. gloss.in verb.lege obligamur.vbi bona additio.in l.obligamur.ff. de actio. & obligation.l.fin.vers.neque enim. C.de dot.promissa.ita refert Ias.in l.si donaturus.§. si quis indebitam.numer. 5. versic. item moueor.ff.de condict.causa data. Ioan.Crot.in l.stipulatio hoc modo.num.40. vers.Prætereà & secundo.ff.de verb.obligationib.

CONCLVSIO XCVI.

64 FINIVM regundorum actio quãdo proponitur,cùm petit Paulus poni limites,pars altera etsi se absentet, & lis in ea causa non contestetur: tamen potest iudex ad definitiuam sententiam procedere, quia actori per primũ vel secundũ decretũ consuli non potest. Ea est doctrina Bartoli, modò nõ de proprietate,sed solummodò de finibus agatur, in l.1. C. finium regund.& in auth. Si omnes.num.2. C. Si minor se ab hæredita. abstin. Idem Bart.in l. si finita. §. Iulianus. post num.4. inquiens,Peto vt inter me & te ponantur termini,Non venis, quid fiet? Credo quòd parte absente iudex potest facere interponi terminos. ff. de dãn.infect.

Hoc

Hoc satisquoque probatur in l.3.C. fini.regun. Quòd si altera pars, ne huiusmodi quæstio terminetur, se subtraxerit, nihilominùs agrimensor in ipsis locis iussione Rectoris prouinciæ vnà cum obseruante parte hoc ipsum faciens perueniet. Licèt Accursius ibidem in verb. Huiusmodi quæstio, aliter textum intellexerit, volens sententiam definitiuam lite non contestata non ferri. Sed illius sententia communiter reprobata est, referente Alexan. de Imol. in dict. §. Iulianus. post numer. 93. versicul. ad tertium argumentum. Meminit nouissimè Ioh. Hierouym. Cardin. Alban. in suis lucubrationib. in Bartol. in d.l.1. C. fini. regundo. Baldus verò glossę sententiam tutiorem esse dicit, cùm lite non contestata ad sententiā definitiuam procedi non possit, ab hac igitur non esse recedendum, nisi per expressū textum iuris contrarium disponatur. Cæterùm optimè respondet Sich. ibid. num. 10. eam doctrinam veram esse, quando præsenti contra contumacem absentem potest cō suli æquè ac si esset sententia lata, quia tum lite non contestata non feretur sententia. Si autem præsenti & comparenti non posset alia ratione consuli, contra contumacē absentem, nisi per sententiam definitiuam, tunc certè, licèt lis non sit contestata, nihil tamen minùs procedetur ad definitiuam. Et hanc sententiam quoq; ab alijs approbari animaduerto. Salicet. in d.l.3. numer.3. versicul. quæro an in iudicio. Paul. de Cast. numer.4.

CONCLVSIO XCVII.

65 FINIVM regundorum actioni præscribi tur 30. annis. l. fin. C. finium regun. Cunctis molitionib. & machinationib. amputatis, decernimus in finali quæstione, non longi tēporis, sed 30. tantum modò annorum præscriptionem locum habere. Ipsis autem finibus, quos vicinus ampliores possederat, decem vel viginti annis, h. e. longo tempore præscribitur. gloss. in d.l. fin. in verb. Sed 30. tantummodò annorum. allegans text. in l.2.§. sed etsi fundus. ff. pro emptore. vbi IC. Paul. inquit: Sed & si fundus emptus sit, & ampliores fines possessi sint, totum longo tempore capi, quoniam vniuersitas eius possideatur, non singulæ partes. Quo casu in finib. iudicandis remanebit, quod vsucaptum est. Id quod communis tenet opinio. Zasio autem non videtur hoc probabile. Imò sicuti actioni & quæstioni finali 30. annis præscribitur, ita & finib. possessis non antè præscribi existimat, quòd satis videtur exprimere d.l. fin. si benè consideretur, atq; ideo iura ff. per iura C. hoc loco moderari ipse credit in suis paratit. ff. de iudicio finium regundo. Et hanc conclusionem Doct. in d.l. fin. & nouissimè Sichar. pleniùs prosecuti sunt.

CONCLVSIO XCVIII.

66 FORI stylus in concernentibus processum, præsertim vbi causæ tractantur, seruandus est, non autem curiæ delegantis. Aegid. Bellamera in suis decisionib. conclus. 77. rubric. de iudic. & dilation. incip. Super appellatione à definitiua lata. & conclusi. 82. incipien. Si Papa committat Episcopo. Nam ipse IC. Callistratus consuetudinem in ea prouincia, in qua iudex iudicat, seruari oportere, in l.3.§. fin. ff. de testib. dicit. Refert Specul. in titul. de sententia. §. qualiter autem sententia. numer.2. Copiosè tractat Nicol. Euerhard. in locis argumentorum legalium, loco à stylo curiæ seu more iudiciorum. Est locus 105. in Exemplaribus recens impressis. Hanc communem opinionem Doctor. esse nouissimè scribit Nicol. Anton. Grauat. in suis analyt. annotat. ad Octa. Vestr. in Roman. aul. actio. & iudici. mor. Isagogen, lib.3. cap.5. in verb. Ad articulandum. post numer.4.

CONCLVSIO XCIX.

67 FORTALITIVM siue castrum in fundo proprio ædificare licet. l. opus nouum. ff. de operib. public. leg. per prouincias. vbi Imperat. dicit, cunctis volentibus murali ambitu fundos proprios seu loca sui dominij constituta vallare. Codi. de ædification. priuat. Idque multi Doct. indistinctè verum esse arbitrati sunt, cùm non reperiatur prohibitū, Ergo videtur concessum. leg. statuas. Cod. de acquirend. rer. domin. etiam ad æmulationem priuati. Angel. de Perusi. in dict. leg. per prouincias. non obstante eo, si scandali materia inter ædificantem & vicinos oriretur: aut alioquin imponere vellet dominatum illi loco, in quo ædificat

ficat. Sed contraria sententia verior & magis communis est, per d.l. opus nouum. gl. in d.l. per prouincias. in verb. Sui dominij, & ibi Alber, Bar. in l. 2. C. de fund. limitrophis, lib. 11. Panorm. in consil. 62. numer. 14. versicul. praetereà non est praesumendum. in 2. part. cons. Lud. Rom. in cons. 52. in fin. Ias. per multas authoritates in l. ex hoc iure. nu. 7. vers. Limita secundum Bart. hic. ff. de iusti. & iur. & in l. quo minus. nu. 24. versi. Tertiò ad idem adde. ff. de fulmini. vbi cõmuniter DD. voluerunt, non esse concessũ noua castra vel fortalitia erigere ad iniuriam vel aemulationem alterius. Hanc quoq; communem dixerunt Boër. totam illã materiam explicans in suis decisio. quaest. 320. nu. 9. & Hora. Mand. in suis addit. ad consil. Rom. in d. con. 52. in verb. ęmulatione, lit. g.

FINIS TERTIAE CENTVRIAE.

COMMVNIVM CONCLVSIONVM LAVRENTII KIRCHOVII

CENTVRIA QVARTA.

CONCLVSIO I.

68 FRATER, qui emit fundũ vel domum, suo proprio nomine tantùm tenetur communicare alteri fratri, quando omnia ante & post fuissent hinc inde collata. Ita voluit Pet. de Anch. in con. 302. vnde refert Alex. de Imol. ex Bal. in l. 1. vers. item nõ esset. C. si quis alteri vel sibi. Si duo fratres simul habitarent, & essent socij omnium bonorum, si tamen vnus de communi pecunia emeret pro se tantùm, quamuis ipso iure non acquiratur alteri fratri, tamẽ per actionem pro socio teneretur communicare, cum multis similibus decisionib. in con. 49. nu. 11. in lib. 1. con. Et hanc communem sententiam Scribentiũ esse scribit Ias. in con. 2. in 7. col. in prin. vers. dicimò etiam animaduertendũ. in 3. vol. con. Quã doctrinam per aliquot casus latiùs explicando prosequitur idẽ Ias. in l. 1. C. qui testa. face. poss.

CONCLVSIO II.

69 FRVCTVS beneficiorum etiam debentur non habenti titulum, si ita Pontifex Romanus disponat. c. si propter. extr. de rescri. in 6. c. si tibi concesso. de praebend. in 6. glo. cõmuniter approbata. in c. cum M. extr. de constitu. cùm ipse de fructibus beneficiorum habeat liberam ad libitum dispositionem, vt inquit Fel. in c. quae in ecclesiarum. extr. de constitut. c. proposuit. ext. de concess. praeben. c. 2. de praeben. in 6. Aug. Bero. in suis quaest. familia. quaest. 38. nu. 2. Et haec doctrina maximè procedit, si qua rationabilis causa Papam induxerit, ad imponendam pensionem, puta Senectus cedẽtis vel renunciantis, Licet multi voluerint, solam Papae authoritatem absque expresione iustae causae sufficere, vti latiùs declarat idem Aug. Bero. in suis quaest. familia. quaesti. 31. num. 4. in fin. & num. 5.

CONCLVSIO III.

70 FRVCTVS in retractu conuentionali debentur à tempore morae, scilicet à die oblationis aut consignationis. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. vbi cõmuniter per DD. Quam sententiam latiùs declarat tanquam communem Roland. à Valle, in cons. 27. nu. 7. cum sequent. in 2. Tom.

CONCLVSIO IIII.

71 FRVCTVS pendentes tempore redemptionis diuidi debent pro rata temporis inter primum venditorem & emptorem, qui se ad retrouendendum obligauit. Ita voluit Cuman. in l. qui Romę. ff. de verb. oblig. per dictum Bar. qui ibi voluit, quòd si dictũ fuerit, quod fructus praedij habentur prò vsuris,

&

& debitor soluit ante fructus collectos, & sic his pendentibus, quòd debeat fieri diuisio, secundum l. diuortio. ff. solutio. & l. diuisione. ff. solut. matri. Quam conclusionē vti communem plurib. argument. & authoritatib. Roland. à Valle, in d. con. 27. nu. 17. cum sequent. latiùs prosequitur.

CONCLVSIO V.

72 FVROR per visum percipitur, & ideò si testis interrogetur, an Titius sit furiosus, & ille respōderet, se vidisse eum furentem, iste testis probaret. Ita inquit Angel. de Perus. in §. si quis. num. 10. in Auth. vt cùm. de appel. cogn. Sed communis opinio est in contrarium, Quia difficile est probare quē esse furiosum, vel mente captum, Et directò probari non potest, quem esse dementē cùm id sensu testis non percipiatur, sed consistat in intellectu. Zabarel. Card. in consil. 56. Et in tali ratione videtur testis iudicare potiùs quàm deponere, quo casu testis non probat. Bartol. in l qui testamento. §. fin. ff. de testament. Bald. in l. solam. C. de testib. Et hanc communem opinionem esse dicit Philip. Decius, in con. 448. num. 33.

CONCLVSIO VI.

73 FVROR est iusta causa dirimendi coniugium quò ad thorum, secundum sententiam communiter approbatam, vti refert D. Alex. de Imol. in l. si cum dotem. §. si maritus. in fin. solut. matrim. licèt alij contrariam sententiam amplectantur, inquientes, furorem non esse iustam causam dirimendi matrimonij. glo. in d. §. si maritus. in ver. licentia. & ibi Raph. Cum. & Alex. de Imo. cùm de iure Canonico ea disputatio sit nullius momēti, quia morte sola soluitur matrimonium. c. 2. ext. de translat. Episc. Sed cōmunem cum hoc temperamento approbat Didac. Couarru. quasi furor esset ita ardēs ac vehemens, vt periculum esset cohabitare cum coniuge furioso, in epitom. in 4. libr. Decret. secundæ partis, cap. 7. §. quinto. nu. 3. vers. Secunda causa.

CONCLVSIO VII.

74 FVRTIVA res reperta penes aliquem, facit indicium ad torturam, contra illum, penes quem reperta fuerit, nisi etiam ipse doceat, à quo habuerit. Bar. in l. fi. nu. 5. ver. veniamus ad initia specialia. ff. de quæst. Ang. Aret. in tract. malefi. in ver. quòd fama publica præcedente. §. quæro an vnum indicium. Hippol. de Marsi. in cons. 52. nu. 33. in 1. vol. consil. vbi ipse multa similia cumulat. Quia eo ipso quòd libri hæresis reperiūtur apud aliquem, ille præsumitur hæreticus: Similiter ille, qui habet penes se falsa instrumenta, præsumitur falsarius, nisi ostendat à quo habuerit. Idem Hip. in sua pract. crim. §. diligēter. nu. 92. Quæ doctrina procedit, quando res furtiua reperitur apud hominē, qui sit malæ vitæ & conditionis, secùs si bonę famę, & qui non sit solitus similia facere. Quia tunc talis inuentio non facit indiciū ad torturā. Ita communiter distinguunt & declarant Bal. in l. fi. circ. fi. Ioan. de Imo. nu 12. vers. circa tertiam quęstionem. ff. de hær. insti. Prædictus Ange. in d. tracta. de malefi. in verb. etiam cœlestem. §. quęro an eo ipso, quòd res furtiua reperitur penes aliquē. Hāc communem sententiam, & receptam conclusionem Doctor. esse inquit Rolan. à Valle, in con. 47. in 1. volu. vbi ipse plures authoritates adducit.

H.

CONCLVSIO VIII.

1 HAEREDES masculi intelliguntur, vbi fieret mētio de hęredib. masculis, id est, descendentibus, etiam in materia aliàs transitoria ad quoscunque hæredes extraneos. Ale. de Imo. in l. Gallus, §. etiam. nu. 4. Barth. Socin. nu. 7. Ias. num. 22. ff. de liber. & posth. Alex. de Imo. in cōs. 105. nu. 2. in 1. lib. Dec. in con. 165. num. 3. Et hāc Doct. conclusionē esse inquit Craue. in consil. 38. num. 5. vers. quinto Doctor. communiter dicunt, in 1. part. consi.

CONCLVSIO IX.

2 HAEREDI ab intestato succedenti non competit beneficium. l. fin. C. de edict. D. Hadria. tollen. ita refert Cyn. in d. l. fin. nu. 9. vers. tertio iuxta præmissa. Et hanc sententiam veritatem esse scribit quoq; consulendo in hunc modum Calderin. in con. 36. tit. de testam. Tradit Ioan. Petr. de Ferra. in sua Pract. in for. libelli, quo petit. hæred. ex test. §. in omnibus eius bonis. nu. 2. Et hanc sententiam opinionem communem Doctor. esse tradunt Doct. in d. l. fi. Alexan. de Imol.

mol.nu.22.& Dec.nu.39.Ias.num.23.vers. teneas tamen. Gozadin.in consi.7.num.5. Cephal.in con.152.num. 31.in libr.2.consi.

CONCLVSIO X.

3 HAEREDITAS postquàm est adita, non dicitur amplius hæreditas,sed patrimonium hæredis.leg.sed si plures.§.filio. ff.de vulga.& pupilla.substitut. Vnde hæreditas appellatur, antequam adita sit per hæredẽ, & adita hæreditate amplius non dicitur hæreditas.glo.& Doct.in l.1.§.veteres. ff.de acquir.possess. Quam decisionem omnes Doctor.amplecti inquit Ias.in Rubric. num.5. ff.de acquir.hæredit.Referunt & alij Doct. Alexand.de Imol.in consil.198.numer.8.& ibi Carol.Molin.in verb.desierunt. in 6.volum. consil. Philip. Dec.in consil. 230. & in consil.266.& ibi Carol. Molin. in verb. adiuit.& idem Dec.in l. qui se patris. numer. 16. Cod. vnde liberi. & in l. hæreditas.numer.2.vbi & Hierony.Cagnol.num. 3.ff.de regul. iur. & Marian. Socin. Iun. in consil.65.nnmer. 89.in 1.part. Quamuis Alexan. de Imol.in consil.21. numer.3.in 6. volum.consil. voluerit, etiam post aditam hæreditatem dici & appellari hęreditatem. l.fin.§.fin autem.Cod. de iure delib.tamen ista est impropria locutio,referentibus Ludou. de Gozadin. in consil. 58. numer. 4. & Rolan.à Valle,in con.99.nu.2.in1.Tom.

CONCLVSIO XI.

4 HAEREDITATEM patris non aditam transmittit infans ad matrem, quamuis decesserit,secundum communẽ opinionem, vt refert per multa fundamenta & Doct. authoritates Philip.Dec.in consil. 245.nu. 1.&250.numer.1.vers.Sed tamen prædictis, & ibi Carol.Molin.in verb.matris.& in cõsil.331.nume.5.vbi & ipse contrarias Doct. sententias adducit.Iohan. Ceph.in consil. 56.numer.4.& 5.in 5.volum.con. Balthas. Quinct. Aquil.in additi.ad consil.Paul.de Cast.consil.17.in verb.defuncto.in 3. part. consil.licèt Ias.post alios dixerit, esse communem opinionem proijs,qui asserunt,infantem filium hæreditatem non aditam,ad matrem non trãsmittere, in l.si infanti.nu. 3.C.de iur.deli.Sed de hac diuersitate sententiarum communium disputat satis prolixè Asc.Clem.in tract. de pat. potest. effectu 13.num.11.cum seqq.& numer.15.ponit ille conciliationem illarum discrepantium sententiarum.

Hæres qui expendit aliqnid litigando cũ aliquo,qui se prætendebat hæredem, deducere potest tales expensas litigij ex hæreditate. Angel.de Perus.in l.fin.§.in computatione.numer.14.Alex.de Imol.num.3. Ias. eod.num.3.C.de iure deliberand. licèt Bal. ibidem num.3.contrariam sententiam secutus fuerit. Quia textus inquit, eas expensas esse priuilegiatas, quæ sunt factæ gratia hæreditatis,sed istæ sunt factæ hæredis vel eius commodi gratia, Ergo non sunt priuilegiatæ:tamen Angeli & aliorum decisio communiter approbatur. Ioan.Sichard. in d.§. in computatione, num.5.ver.Tamen contrarium decidit, vbi Doct.vberiùs eam materiam explicarunt.

CONCLVSIO XII.

5 HAERES,qui inuentarium confecit, facto defuncti contrauenire poterit, Quod intelligitur, quãdo hęredi nihil remaneret de bonis defuncti.Ioan.de Imol.in c. ex parte. nu.22.vers.sed aduerte. quia Iacob. de Beluis. extr. de feud.Philip. Dec.in l. debitori. num.20.vers.Et quod dictum est.C. de pactis.& in l.ex qua persona, num.2. Cagno. num.4.ff.de regul.iur. Et hanc sententiam cõmuniter approbari,meminit Caro. Molin.in suis addit.ad lectur.Decij in d.l.debitori,lit.d. verb.Secus. Deinde quod hæres potest venire contra factum defuncti,fallit in feudis antiquis, vbi pater non potest præiudicare filijs suis hæredibus, cùm feudũ habeant à genere posteritati quæsitum, nõ ab ipso patre.Bald.in consi.115.incip.Proponitur quòd inuestituræ antiquæ.num.1.lib. 2.& in l.2.num.9.vers.Alij dicunt.C.de inofficio.dona.Paul.de Cast. in l. apud Iulianum.§.si quis alicui.num.4.ff.de legat.1.inquit, communiter Doct.dicere, quòd pater in præiudicium filiorum non possit renunciare feudo antiquo. Et dicit idem Paulus, quod hæc renunciatio patris filijs nocet, quando veniunt ex quadam successione, nec habẽt aliquod ius ante mortem patris. Sed quando pater recepit feudũm pro se & liberis vel filijs, tunc liberi habent feudum ratione contractus paterni, qui potuit ipsis acquirere.l.quodcunque.§.1.ff. de verbor. obligat.& etiam si repudiant hæreditatem paternam, quia tunc non habet locum tit. An agnat. vel fil.in vsib. feud. Et ideo pater non

non potest renunciare in præiudicium filiorum. Signorol. de Homod. in con. 11. nu. 1. & 2. Alex. de Imol. in con. 89. num. 12. lib. 4. & con. 19. nu. 5. lib. 5. con. Dec. in con. 181. num. 1. in fin. inquiens hanc esse cõmunem opinionem. Sed quando fuit concessum alicui & hæredib. suis, filijs defuncti, etiam si adinit hæreditatem, cum beneficio inuentarij contrauenire non potest facto defuncti, quia dicitur feudum hæreditariũ. Andr. de Iser. num. 3. & 5. cum seqq. vsque ad nu. 8. Bald. nu. 8. in d. titu. An agnat. vel fil. Alex. de Imo. in conf. 13. nume. 3. & in conf. 19. nu. 4. in 5. vol. conf. Balth. Quinct. Aquil. in additio. ad conf. Paul. de Cast. in consil. 45. in verb. per dictum Petrum. num. 26. cum seq. in 3. part. conf. Cæterùm hanc conclusionẽ egregiè post alios explicarũt Iul. Clar. lib. 3. sententi. §. feudum. quæst. 42. Iacob. Philip. Port. lib. 3. concl. conclusio. 8. Hęres contra factũ defuncti haudquaquã contrauenire potest. ver. Quartò limita. cum seqq. Et Anton. Gabr. lib. 6. commu. Opinio. tit. de reg. iur. conclusi. 11. Hæres non potest venire cõtra factum defuncti. num. 19. vers. Septimò limita, cum num. & vers. seqq.

CONCLVSIO XIII.

6 HAEREDITATIS expilatæ crimen extraordinariè atque ita iudicis arbitrio punitur. l. 1. & ibi Bart. ff. de crimin. expil. hæredita. & Matth. Vuesenbe. in suis paratit. ff. titul. Expilatæ hæredit. in fin. Apostil. ad lectu. Salicet. in l. vltima. in verb. expilatæ. C. de crim. expilat. hæred. dicit hanc communem opinionem esse, licèt Bald. voluerit, crimen expilatæ hæreditatis dici largè furtum, & ratione statuti disponentis de furto illud quoque procedere in hæreditatis expilatæ crimine, in l. de his. num. 2. C. de furt. vbi apostil. Barbat. in verb. quæro nunquid. plures authoritates adducit, tamen hæc sententia alijs non probatur, vt pulchrè nouissimè declarat Iacob. Menoch. in tracta. de arbitra. Iud. quæst. lib. 11. centu. 3. casu 300. Pœna expilatæ hæreditatis quæ & aduersus quos.

XIIII. XV. XVI. XVII. XVIII. inuenies infrà in 2. parte.

CONCLVSIO XIX.

12 HYPOTHECAE priuilegium, cuius in l. asiduis. C. qui potiores in pignore habentur. fit mentio, non solùm pro dote data, sed etiam pro dote confessata, competit. Barto. in d. l. asiduis. numer. 11. Alexan. de Imol. in conf. 123. num. 4. in 6. volum. consi. Et hanc communem esse sententiam liquet ex dictis Mathe. de Afflict. in decis. sacri concil. Neapol. decis. 462. Refert quoque Roland. à Valle, in consil. 17. numer. 10. in 1. Tom. consil.

CONCLVSIO XX.

13 HYPOTHECA pro dote etiam expressa non præfertur anteriori expressæ creditoris. Et est communis opinio, referente Maria. Soci. Iun. in l. 1. numer. 46. & 105. versicul. Sed communis opinio est. ff. solut. matrim. vbi ab ipso plures DD. eandem sententiam defendentes recẽsentur. Henning. Gód. in consil. 99. in ord. 5. de dote. nume. 14. Hart. Hart. in lib. 2. pract. foren. tit. de creditorib. cap. 17. Mulier pro dote habet actionem personalem, & præfertur creditoribus mariti tacitam hypothecam habẽtibus. Nouissimè Iohan. Schneid. in §. fuerat. num. 59. versic. Circa prædicta quæritur. Instit. de action. Contrariam autem sententiam, Vxorem scilicet præferri omnib. creditoribus siue tacitam siue expressam hypothecam habentibus, defendunt multi Doct. per tex. expressos in l. vbi adhuc. l. in rebus. C. de iure dot. l. asiduis. C. qui potio. in pigno. Pulchrè Ioan. Coras. in l. qui liberos. in priuileg. prælationis. num. 117. secundum impressionem Lugdunensem, Anno 61. & num. 235. cum seq. secundum aliam impressionem Lugdunensem, Anno, &c. 53. in 1. volu. repet. ff. de ritu nup. & Ioach. Mynsi. in obser. Cam. cent. 4. obser. 13. & in d. §. fuerat. nu. 13. vers. Ego verò censeo. Marc. Mant. in. consi. 66. num. 1. in 1. lib. consil. Gomes. in d. §. fuerat. num. 28. Instit. de action. voluit quoque mulierem non solùm tacitæ hypothecę, verùm etiam expressè præferri, quem nouissimè refert Ioan. Hier. Cardinal. Alban. in suis lucubrationib. ad lecturas Bartoli in d. l. asiduis. C. qui potiores in pigno.

CONCLVSIO XXI.

14 HYPOTHECARIA actio inter præsentes 10. annis, inter absentes 20. annis, secundum sententiam communiter approbatam præscribitur. l. 1. & ibi glo. in verb. diuturnum. & in verb. incumbant. & l. 2. C. si

aduersus ereditorem præscriptio opponitur. glo.in l.cùm notissimi.in verb.spacijs.C.de præscrip.30.& 40.annorum.Alex.de Imo. in con.58.num.9.in lib.5.in consil.83.num. 10.& 220.lib.2.con.Hanc esse Doctor.communem opinionem inquit, referente Roland.à Valle,in consi.79.num.7.in 1.Tom. Paris.in cons.50.in 1.volum.con. Quæ tamen recipit aliquot limitationes & declarationes,vti satis eruditè Rolan. latè post alios,Balbum in tract.de præscrip.in 4.part. prin.in §.tertiò principaliter quæro. nume. 6.versicul.sexta conclusio.in 8.volum.tractat.Socin.Iun.in consil.17.in 2.volumi.& Crauet.in consil.148.nume.6.in 1.par.consil.in d.consil.79.consulendo scribit. De hac decis.etiam facit mentionem Bernhar. Vuurmser.in Pract.obser.lib.1.titul.de præscrip.cap.2.incip.præscriptio contra Hypothecariam.

I.

CONCLVSIO XXII.

1 IMPERATOREM posse etiam sine causa aufferre res siue iura alterius de plenitudine potestatis, & eos qui contrarium asserunt mentiri, inquit Angel.in l.item si verberatum.ff.de re. vindica.Sed Angeli sententia communiter reprobata,& magis communis in contrariũ est.Ias.in l.Barbarius.nu.35.vers.decimo tertio.ff.de offic.prætor.& in l.fin.num.2. C. si contra ius vel vtil.publi.Doct.communiter,præsertim Felin.numer.26 cum sequentib.vers.tertia conclusio. Dec. nu. 19.cum seqnentib. versi.ex ista prima conclusione. Marcus Mantua.numer.50.versicu.secunda fit conclusio.cum multis adiectis declarationib.& limitationib.in c.quæ in Ecclesiarum.extr.de constit.Ioan.Neuizan. in consil.12.num.140.versicul.non obstat arrogans dictum Angeli, inter consil. feuda. Alberti Bruni.

CONCLVSIO XXIII.

2 IMPERATOR non potest etiam de plenitudine potestatis alicui præiudicare in iure sibi quæsito de iure gentium, vt per Bart. & Doct.in l.fin.C.si contra ius, vel vtil. publ.c.& eundem Barto.in proœm.ff.num.4. & 5.& Panorm.aliosque in c.quæ in Ecclesiarum.extr.de constitut.vbi Felin.in 2.cõclusion.num.33.vers.secundum verò membrum huius conclusionis erat.& Dec.ibidẽ nu.19.cum sequentib. Qui propterea inferunt,non posse rem vni aufferri,& alteri dari,nec directo, nec per indirectum, etiam de bonis infidelium. Quamuis enim sit Dominus in vniuerso, respectu iurisdictionis & protectionis.l.deprecatio.ff.ad l.Rhode. de iactur. non est tamen Dominus rerum particularium, vt communi voto Doctor. post Bart.in d.proœm.ff.traditur. & si aliter faceret,eius dispositio non esset seruanda,nec in foro ciuili,nec in foro animæ. Innocent.in cap.quia plærique.numer.5.ext. de immu.Ecclesiar.Zarabel.Card. in consil.142.incip. Videtur dicendum.nu.1.& 2. Copiosè scribit de hoc articulo consulendo Andr.Barba.in con.55.nu.23.in 4.volu. con.Et hanc communem Docto.sententiam esse inquit Nicol.Bellon.in con.2.num. 1.& 2.vbi ipse plures authoritates & consilia Doct.allegat.

CONCLVSIO XXIIII.

3 IMPERIVM merum an præscribi possit, variæ & discrepantes fuerunt Doct.sententiæ,quas referunt Albert.de Rosate,in l.imperium.num.31.cum sequent. Bald. ibid.in lectur.num.10.in repetit.num.13.Ias.num. 20.Ioan.Baptist.nu.73.Iasp.Valasc.nu.122. cum sequent.ff.de iurisd.omn.iud. Bald. in Repetit.l.1.num.8.C.de emancip.libor.& in cons.433.incip.Apulus castrum progenitorum tenuit.in 3.volum.cons.secundum nouam impreßionem. Panorm. in c.cùm contingat,num.10. Cling.nu.13.cum sequent.extr.de foro compet.& Ioan.Franc. Balb.in suo tractat.de præscrip.in 2.part.5. par.princip.in 3.quæstion. Sed communis sententia est,quòd merũ & mixtum imperiũm præscribi possit,vt inquiunt ibid. Ias. d. nu.20.vers.cõcludendo teneas, Zas.nu.26. in §.Io.Bapt.nu.39. Valasc.nu.125.Cling. in d.c.cùm contingat.ver.in cõtrarium tamen est cõmunis opinio. Balb.in d.3.q.vers. & demum concluditur,cõmunem esse sententiam,quòd iurisdictio merumq; & mixtum imperium nedum per cõsuetudinem, sed etiam per præscriptionem acquiri possint,vbi ipse hoc latiùs post Iason.declarat.

CONCLVSIO XXV.

4 IMPERIVM quanto tempore præscriba-

ſcribatur, ſatis eruditè prædicti Doctor. adductis argumentis in vtramque partem, in locis allegatis explicarunt, vbi Iaſ. num. 22. poſt alios ita diſtinguit, cuius diſtinctionem repetit quoque Balb. in d. 3. quæſt. nu. 4. Si aliquis præſcriberet merum vel mixtū imperium contra Pontificem Romanum vel Imperatorem abſentem & ignorãtem, tunc requireretur tãtum tempus, cuius initij memoria nõ extat. Sed ſi ageretur de præſcribendo contra Papam vel Imperatorem præſentem, ſcientem & parientem: Item contra Ducẽ vel Marchionem præſentem, tunc ſufficeret tempus 10. annorum. l. viros. cũm gloſſ. in verb. obtinuit. C. de diuer. offic. & apparitor. iud. lib. 12. Et hanc cõmunem ſententiam eſſe inquiunt Iaſ. in d. l. Imperium. num. 22. in fin. verſ. in hoc communior ſententia eſt. Balb. in d. 3. q. Sebaſt. Sapia. in d. l. imperium. num. 30. & 31. in 1. vol. Repet. vbi ab Iaſo. Balb. & alijs duo egregia conſilia Petr. de Anchora. in conſi. 142. incip. Clarior & breuior erit deciſio. & Alexã. de Imol. in conſi. 16. num. 27. verſ. prędictis non habet obſtare. in 5. vol. conſil. allegantur. & ibi Alex. affirmat, hanc eſſe communem opinionem. Quòd in præſcriptione iuriſdictionis meri & mixti imperij ſufficeret tempus 10. annorum, ſi ageretur de præſcribendo contra inferiores Dominos. Quę doctrina latiùs tùm per Iaſo. quàm per Balb. per multas adiectas declarationes & limitationes in locis adductis explicatur, vt non neceſſe ſit allegata argumenta & iura, ſimiliter authoritates, item illarum materiarū explicationem hic addere & repetere.

CONCLVSIO XXVI.

5 IMMVNITAS à collectis ſi alicui conceſſa fuerit, & poſteà agerentur vel inducerentur nouæ collectæ propter bellum, ille qui habet immunitatem à collectis, ad ſuperuenientem collectam propter bellum tenebitur, non obſtante eo, quòd impetrauerit antea priuilegium immunitatis à collectis, Quia in tali priuilegio immunitatis non cenſetur cogitatum de tali collecta propter bellum, niſi fortè tempore conceſſionis immunitatis iam bellum eſſet cœptum. Et ideò priuilegium immunitatis, quamuis amplum, nõ extenditur ad incogitata. leg. cùm Aquiliana. l. qui cum rutorib. §. tranſactio. ff. de tranſact. l. Rurilia Polla. ff. de contrah. empr. cum ſimilib. Ita affirmat Dyn. in l. ſi ex toto. ff. de lega. 1. Et hanc Dyni ſententiam magis communem opinionem eſſe ſcribit Iaſ. ibid. num. 12. in fi. & num. 18. vbi ipſe pro hac deciſione communi ſex argumenta refert, quę tranſcribere non eſt neceſſe.

CONCLVSIO XXVII.

6 INCONTINENTI pro repellenda violentia rerum illud fieri dicitur, quando id ſine magno temporis interuallo commodè fieri poſſet, nũquam ſe ad aliud extraneum conferendo, & ſumpta occaſione aggreſſorem repelleret, & ideò qualecunque tempus durat, durante hoc præparamento dicetur repulſio facta incontinenti. Hanc Docto. ſententiam communem, & ab omnibus approbatam eſſe inquit Felin. in c. ſignificaſti. 2. num. 12. quam quoque Hoſtien. anteà ibid. amplexus fuerat, cuius doctrinam Abb. nu. 9. approbat. extr. de homicid. vol. vel caſu. Sequitur Hieronym. Schurff. in conſ. 100. num. 4. in 3. Cenr.

CONCLVSIO XXVIII.

7 INDICIA indubitata etſi in cauſa criminali fuerint, tamen ex illis condemnatio fieri non poteſt, ira inquit Albert. de Gand. in tract. de malefic. in Rub. de præſumpt. & indic. indub. ex quib. condemnatio poſsit ſequi. num. 12. verſ. non obſtat. l. abſentem. ff. de pœn. Et hanc cõmunem opinionem eſſe ſcribit Philip. Deci. in con. 175. nume. 8. verſ. non obſtat. quòd ex ſolis indicijs perueniatur ad condemnationem.

CONCLVSIO XXIX.

8 INHIBITIO facta à iudice Eccleſiaſtico ſeculari parte non citata inualida eſt, quia partis citatio neceſſaria requiritur. c. Romana. §. ſi verò vocatus. c. non ſolùm. de appel lat. lib. 6. Frid. de Sen. in quæſt. 300. incip. Factum tale eſt, debitor promiſit ſoluere centum. Eſtque communis hæc ſententia atteſtantibus Alex. de Imol. in l. Titia. in fi. ff. ſolut. matrimon. & in conſil. 91. nume. 7. verſic. Tertiò moueor. & ibi nouiſsimè M. Anto. Natt. nu. 5. Plura conſimilia Alexandri allegans in lib. 2. conf. & Iaſone in l. ſi opus. num. 6. ff. de nou. oper. nunc. vbi & Iaſ. & Natt. allegato conſil. poſt alios dicunt, hanc communem & veram ſententiam

malè in praxi obseruari. Refert quoq; Quin. Mandos. in tract. de inhibit. quæst. 18. num. 2. vers. breuiter contrarium seruatur.

CONCLVSIO XXX.

9 INIVRIARVM actio cùm sit famosa. l. 1. ff. de his, qui notât. infam. Doct. in c. cum te. extr. de re iudic. in ea non debet deferri iuramentum necessarium, sed debent in ea fieri probationes luce meridiana clariores. argum. l. fin. C. de probat. Quia secundum communem opinionem Docto. in actione famosa non defertur iuramentum necessarium in supplementum probationis. gloss. fin. in verbo, actori. in c. cùm sunt part. iur. de reg. iur. in 6. Alexan. de Imol. in l. 3. §. ait prætor. num. 13. vbi ipse plures authoritates adducit. ff. de iureiur. Et est magni ponderis & grauis præiudicij, propter quod iuramentum huiusmodi deferri non solet. Salic. in l. bonæ fidei. num. 27. vers. quæro modo & secundo. C. de reb. cred. vti Steph. Bert. in cōsil. 117. in 2. volum. consil. parte altera. & in con. 142. in 6. vol. cons. latiùs prosequitur. Capella Tholosa. in suis decisio. quæst. 242. quamuis iudiciali iureiurando iudicium famosum decidatur. l. furti. §. sed et si iureiurando. ff. de his, qui notâtur infam. l. nam & postea. §. si damnetur. ff. de iureiur. leg. lex Cornelia. §. hac lege. ff. de iniurijs. vbi est notabilis textus, Alex. in d. l. 3. post num. 13. Corras. in l. admonendi. in context. nu. 51. ff. de iureiurando.

CONCLVSIO XXXI.

10 INIVRIAE plures diuersæ speciei eodem impetu & continuatione si iterentur, tunc pluribus pœnis esset afficiendus iniurians, secundum gloss. & Barto. in l. nunquā plura. numer. 11. ff. de priuat. delict. Quam sententiam communiter approbatam esse referunt Didacus Couarrúuias, in lib. 2. cap. 10. numer. 8. variarum resolutionum. & Petr. à Placa, in epitom. delict. lib. 1. capit. 1. numer. 17. Licèt ipsi sententiam contrariam de iure veriorem esse, multis argumentis hinc inde adductis, arbitrentur.

XXXII. XXXIII. XXXIIII. XXXV. XXXVI. XXXVII. inuenies infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO XXXVIII.

17 INSTANTIA causæ secundum iuris pōtificij dispositionem perpetua est, nec elabitur spatio triennij. c. pen. ext. de indic. vbi Panorm. num. 7. Felin. in prin. & Cling. nu. 1. & 4. inquiunt, eam sententiam communem esse. Sed de iure Ciuili temporaria est. leg. properandum. C. de iudic. & ibi. Ias. in prin. numer. 27. sententiam Canonistarum communiter approbari ait. Et dicit Alex. eam sententiam communem esse conclusionem in consil. 23. visis scripturis. nume. 2. lib. 3. consil. Licèt Sichard. in d. l. properandum. post Ludo. Roman. in consil. 220. nu. 12. & Ias. ibid. in fin. affirmet, & in iure Canonico vel foro spirituali obseruandum esse illud triennium, per hoc axioma generale, Quod non est expressum in iure Canonico, tunc ius Ciuile attendi oportet. c. 1. ext. de nou. oper. nuncia. Priorem tamen sententiam communiter Doct. sequuntur, Cui multi & hoc temperamētum addunt, eam opinionem ita intelligi, vt accipiatur de terris, quæ sunt subiectæ Ecclesiæ Romanæ, siue in ciuilibus siue in criminalibus causis. Pet. Philip. Cor. in con. 210. in fi. in 4. vol. consil. Robert. Marant. in tract. de ord. iudic. in 5. part. iudicium, lis, instātia, & causa qualiter accipiantur, num. 14. in fin. Et Nicol. Anton. Grauati. in suis analy. annotat. in Octania. Vestrij introductione ad Romanæ aulæ actionem & iudiciorum mores, lib. 3. cap. 5. num. 6. Sed etiam in Camera imperiali receptum est, instantiam triennio non perire. Ioachim. Mynsing. in obseruat. Cam. Cent. 1. obser. 48. Et refert Hartman. Hartmanni ex quodam consilio Baldi ab eo allegato, d. l. properandum, non habere locum, quando causa est in consistorio Principis, lib. 2. practic. forensi. obseruationum, inter miscellane. cap. 19. in fin. Quamuis Math. de Afflict. contrariam sententiam secutus fuerit in suis decisio. decis. 283. num. 4. tamen illius sententia in iudicio imperiali non approbatur, vt dicit Mynsing. in d. obseruat. 48. in fi.

CONCLVSIO XXXIX.

18 INSTITVTVS si quis fuerit ex parte hæres purè, & ex parte sub conditione, & ea cōditione deficiēte ei aliquis substituitur, Nam si conditio deficiat, adeò vt locus sit substitutioni, substitutus ad vnā, institutus ad aliam hæreditatis partem vocatur. Et ita omnes DD. communiter tradunt, per tex. in l. si te solum. ff. de hæred. inst. Sfortia Oddus in tra-

in tractatu compendiosæ substitutionis, in præludijs, parte 11. quæst. 5. versic. secundus casus est.

CONCLVSIO XL.

19 INSTRVMENTVM à Notario fieri potest in die feriato. Specul. in tit. de ferijs. §. sequitur videre, quid in eis agi poterit. numer. 5. versicul. quid si in ferijs. Marant. in tractat. de ord. iud. part. 4. in 16. distinct. iudicio. numer. 62. versic. prædicta tamen intellige procedere. Estque communis sententia Quintil. Mandos. in prax. commissio. in 13. formu. in verb. ferias. vers. quintò quæro, an instrumenta. licèt nonnulli contrariam sententiam secuti fuerint.

CONCLVSIO XLI.

20 INSTRVMENTO si apponeretur iuramentum, contra illud non admittitur compensatio. Ita est text. secundum vnam lecturam communiter approbatam, in c. ad nostram. 1. extr. de iureiur. Et hanc communem sententiam esse asseuerat Alexand. de Imol. in consil. 91. numer. 5. in 2. lib. consil. Sequuntur quoque alij Doct. Matth. de Afflict. in decis. sacri conc. Neapo. deci. 381. Ias. in consi. 134. numer. 1. vers. concludo ergo ex prædictis. in 4. volu. con. & Roland. à Valle, in cons. 17. num. 10. in 1. Tom. consil. Licèt Bartol. contrariam sententiam sequatur in l. amplius non peti. num. 8. ff. rem rat. haberi. Quam Alex. de Imol. sibi contrarius in consi. 12. num. 15. versicul. non obstat. in eod. lib. 2. consi. approbat. Et hanc veriorẽ putat Molin. in suis addit. ad con. Alex. in d. con. 91. in verb. Damnatur. De hac conclusione quoque scribit nouissimè Bursat. in consil. 106. num. 1.

CONCLVSIO XLII.

21 INSTRVMENTIS publicis loci mentio adijci debet, in quo fit contractus vel actus ipse, qui in instrumento continetur. glos. in verb. seruitut. l. generali. C. de tabula. scrib. Logograph. & censualib. libr. 10. textus est expressus in cap. Abbate sanè. & in gloss. in verb. censeretur. de sentent. & re iudic. lib. 6. Doctor. in capit. 1. & capit. quoniam contra. ext. de probation. Ioan. Iacob. Canis in suo libello de Tabel. in capit. quod inscribitur, Practica solennitatis temporis. versic. septima solennitas est locus. Et hanc communem opinionem esse scribit Didac. in ca pit. 20. numer. 3. pract. quæst. in Tom. 1.

CONCLVSIO XLIII.

22 INSTRVMENTIS publicis satis est, si testium nomina adijciantur, licèt ipsi illis non subscripserint. Ita communiter scribũt Doct. in cap. 1. ext. de fid. instrumen. Abbas num. 3. versic. nono testes. Feli. numer. 14. versic. item requiritur descriptio testium. & Dec. numer. 12. Anton. Capyc. in Decis. sacri regij conc. Neapol. Decis. 29. numer. 1. vbi plures authoritates allegantur. Et hanc communem Docto. opinionem esse scribit Didac. in cap. 20. de autho. public. instrum. quæ oritur ex his, quæ vt solennia eidem accedere debent. nu. 4. pract. quæst. Tom. 1.

CONCLVSIO XLIIII.

23 INSTRVMENTVM publicum, cui etiam fuêre plures testes inscripti, poterit duobus tantùm fide dignis, omníque exceptione maioribus, quoad eius seriem, improbari, licèt hi testes non sint ex illis, qui descripti sunt in eodem instrumento. capit. tertio loco. ext. de probat. l. optimam. C. de contrahend. stipulation. Licèt gloss. ibidem in ver. testium. contrarium asserere videatur; tamen communis opinio est contra gloss. Decius numer. 11. versicul. in gloss. final. & hoc intelligitur, siue ea probatio fiat directè siue indirectè, cui ea suffragatur ratio, quæ ab authoritate ducitur tabellionis, à quo instrumẽti fides pendet. c. ad audientiam. extr. de præscrip. Is autem Tabellio vnus est, & ideò quamuis sit eius authoritas publica, non debet duobus integris testibus præferri. Licèt Docto. hoc frequenter committant arbitrio iudicis, tamen præcedentem conclusionem ex dictis Doctor. d cap. tertio loco, satis liquet, & ex ijs quæ à Cyno & Salycet. in l. in exercendis. C. de fid. inst. & Imo. in l. 1. §. si quis neget. ff. quemadmodum testa. aper. Zas. in lib. 2. singul. respons. cap. 23. Quib. fundam. instrumenta firmentur, & quib. infirment. Et hanc sententiam Scribentium communem opinionem esse post Dec. fatetur quoque Didac. in d. c. 20. nu. 6. vers. prima conclusio. Quam sententiam ipse latiùs in lib. 2. cap. 13. numer. 11. va ria. resoluti. in Tom. 2. prosequitur: vbi tamen communem conclusionem ex au-

thoritate allegatæ gloss. satis dubiam esse dicit.

CONCLVSIO XLV.

24 INSTRVMENTA, si esset statutus certus terminus per statutum vel per legem, ne liceret vltra illum producere, tamen vltra terminum re integra, si ius aduersarij non sit effectum deterius, produci possunt. Hanc opinionem veram & communem Doctor. esse refert Lanfranc. in sua praxi.iudic.c.9.de instru.product. num.29. vers.quæro vlterius.vbi ipse iura & authoritates Doct.allegat.

CONCLVSIO XLVI.

25 INSTRVMENTA, quibus quis non vtitur, nec est vsurus in iudicio, nunquid aduersarius possit compelli talia instrumenta edere, communis Doct. opinio est, quòd actor non possit compellere reum ad edendum instrumenta pro eius intentione fundanda, sed benè posset compelli ad edendū instrumenta, pro coadiuuanda intentione actoris, & pro eius replicatione, Actor autem compelli potest edere reo instrumenta sua pro fundanda & coadiuuanda intentione & exceptione rei.l.fin.C. de edend. & quæ ibi notant Docto.Bar.& alij, in l.1.§.editiones.ff. eod. Hanc communē DD. sententiā esse refert Lanfrā.in pract.iud.cap.9. de instrum. product.num. 46.vers. sed quid. de instrumētis. Explicat copiosè Bart. Socyn. in tract. Fallent.Fallent. 112. incip.edere actori instrumentum vel libellos, reus regulariter non tenetur.

CONCLVSIO XLVII.

26 INSTRVMENTA si duo reperiantur eodem die confecta, & alterum sit instrumentum dotis, debet iudicari, quòd illud priùs confectum fuerit. Bartol. Alex. de Imol.Iaf.in l.1.in prin.Maria.Socin.Iun.nu. 9.Zas.num.4.Bulgarus de Bulgarin.nume. 2.Ioan.Crott.numer. 9.ff.solut. matrimo. Dec.in l.in ambiguis.in prin.Cagnol. nu.3. ff.de regul.iur. Vbi & Doct.limitationes eius doctrinæ adduxerunt. Et hanc communem sententiam omnium esse meminit apostillat.ad lectur.Dec.ind. l. in ambiguis. lit.a.verb.prius.

CONCLVSIO XLVIII.

27 INSINVATIONI renunciari non posse inquit Bartol.in l.sancimus.§.fin.C. de donat.& in l.nemo potest.num.8.vbi quoque est bona addit.in verbo,renunciari. Sequitur Alex.num.12. versic.item in quantum. multas authoritates allegans. ff. de lega. 1. Sed si iuramentum interuenisset, tunc renunciari posset. Quæ opinio verior est eodem Alex. referente d.num. 12. ibi, tamen verior est prima opinio, quam tenet Ioan. And.in §.porrò.tit. de instru. edit. in addit. ad Speculat.in verb.illud.litera S. Et hanc opinionem magis communem esse scribit Dec.in cons.432.numer.21.in 3. part.consi. Licèt multi contrariam sententiam secuti fuerint, quos refert Socy Sen.multis additis alijs rationib.in cons. 77.nu.10. & it.in 1. vol.cons.verùm ille à priori tamen non recedit. De hac conclusione videantur ea, quæ congessit Horat. Mandos.in additio.suis ad consil.Roman.cons.12.in verb.iuramento. & con.66.eidem in verb.iuramento.

CONCLVSIO XLIX.

28 INSVLTVS seu inuasio si non probaretur, & accusatus de homicidio, fateretur se Titium occidisse quidem, verùm ad sui defensionem, alia pœna, quàm mortis natura lis confitentem punire oportet. Nam quando sumus in criminalibus, probationes debent luce meridiana clariores esse. l. fin. C. de probat. hoc verò casu sumus in præsumptionib. ideò non est quis puniendus morte naturali. Panorm.in c.auditis.vers.puto tamen.extr. de præscrip. Hanc sententiam communiter approbari nouissimè scribit Barth.Romuleus, num.86.cum sequentib. in l. vt vim. ff. de iustitia,& iure. vbi ipse in vtramque partem de hac quæstione disputat.

CONCLVSIO L.

29 INTERESSE ratione lucri cessantis, etiam de iure Canonico peti potest. Latè tractant post veteres Abbas in cap. cùm venerabilis. numer.16. cum sequentibus. Felin. nume.7.cum sequentib. extr. de except.idem Abbas Panorm.in cap.conquestus.numer. 6. extr. de vsur. Et hoc verum intelligitur in homine solito negociari. Bar. in l.3. §.nunc. de officio.numer. 2. ff. de eo

quod

quod cert. loco. & in l.1. versic. venio ad vltimam partem, nume.25. C. de sentent. quæ pro eo quod interest proferunt. Alexand. de Imol. in cons. 191. numer. 5. in lib. 2. con. & in cons. 141. num. 2. & 3. in lib. 5. cons. cum multis alijs authoritatib. adductis per Dec. in d. cap. cùm venerabilis. nu. 14. vbi ipse inquit hanc communem Doct. esse opinionem. & idem Philip. Dec. in cons. 441. num. 13. in fi. in 3. parte consil. adijciens in iudicando & consulendo non esse recedendum ab hac sententia communiter approbata.

CONCLVSIO LI.

30 INTERPELLATIO non requiritur, vbi iuramentum accesserit. Hanc communem Doct. opinionem esse scribit Ludouic. de Gozadin. in cons. 27. numer. 10. vers. non obstat. & idem in cons. 57. numer. 11. inquit, propter iuramentum non requiri interpellationem. Quare licèt ad hoc, vt venditor teneatur ad defendendum emptorem in causa euictionis, requiratur, quod per emptorem interpellatus fuerit. Bart. in l. denunciasse. §. quid ergò. nu. 2. ff. ad l. Iul. de adul. tamen si iuramentum appositum fuerit in contractu, & venditor sciuerit litē futuram absq; interpellatione, ratione iuramenti ad defendēdum emptorem obligatur. Dec. in repet. l. quod te. nu. 43. ff. si cert. peta. Cranet. in con. 64. nu. 2. in 1. part. cons. & Rolan. à Valle, in con. 57. num. 45. in 1. Tom. cons.

CONCLVSIO LII.

31 INVENTARIVM ac librum rationum si quis non confecerit, cùm sit dolus in omittendo, & dolus præsumptus, non posse deferri iuramentum in litem, Ias. consulendo scribit in cons. 174. nu. 3. vers. tertiò principaliter facit. in 2. vol. consil. Sed quòd deferri possit est communis opinio, licèt dolus in omittendo & præsumptus fuerit, quia potest & debet nihilominùs deferri tale iuramentum. Et hanc communem Docto. sententiam esse post alios refert Ioan. Baptist. Plot. in Rep. l. si quando. §. quarto. incip. Primò itaque. numer. 85. ver. & hæc est vera & communis opinio. C. vnde vi.

LIII. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO LIIII.

3 IVDICES qui non possunt principaliter de causa cognoscere, possunt tamen incidenter, nisi sit causa spiritualis matrimonij vel vsurarum, de qua Iudices sæculares nec principaliter nec incidenter possunt cognoscere. c. tuam. ext. de ord. cognitio. c. lator. qui filij sint legit. & c. si Iudex laicus, de sentent. excommu. in 6. quod verum esse dicunt Doctores, quando est quæstio super iure, secùs esse, si super facto. Barto. in l. omni innouatione. C. de sacros. Eccle. in l. quoties. C. de iudic. quęstionem autem iuris intelligunt, quando de potentia disputatur, id est, possitne matrimonium esse inter illum & illam. Quæstionem facti vocant, quandò de ipso actu, id est, an sit vel non sit, disputatur, & ideo si ageretur petitione hęreditatis, & exciperetur ab aliquo, tu non potes petere, quia non es filius Pauli defuncti, vel nō fuit matrimonium inter parentes tuos, Iam si actor vellet probare actum matrimonij, scilicet desponsationem, subarrationem per annulos factam, illa causa matrimonij incidens, quia facti est, potest terminari à sæculari Iudice, sed si diceretur inter illos, quos asserit parentes, non potuit esse matrimonium, quia fuerunt consanguinei & in gradu prohibito, quæ est quæstio iuris, & non potest à Iudice sæculari decidi, & ideo cognitio eius remittenda est ad spirituales Iudices. Quam sententiam licèt improbet Bald. in dict. l. quoties. numer. 3. nullam distinctionem faciens inter quæstionem facti & iuris, Putat enim ipse semper causam remittendam esse, communis tamen practica & opinio est in contrarium Paul. de Castr. in dict. l. quoties. numer. 6. Ias. eodem numer. 6. Sich. in fin. plures authoritates & longiorem explicationem adducit Nicol. Anton. Grauat. in suis analyt. annotatio. ad Octauia. Vestrij Isagogen in Romanæ aulæ actionem & iudiciorum mores. lib. 5. capit. 1. in verb. Quia si.

CONCLVSIO LV.

34 IVDEX ex officio suo potest interrogare partem, recipere testes & informationem etiam post conclusionem in causa, non solùm ad declarationem retrò acti tatorum in iudicio, quando illa essent ambigua, sed etiam ad intentionem partium de nouo fundandam, & sic in vim nouæ probationis. Anton. de But. in c. 1. numer. 13. in fin. inquiens, Et licèt quidam dicant, interrogationem fieri posse ad declarādum demùm probationem in causa, consului quòd etiam ad fundandam per leg. generaliter. §. 1.

C.de reb. credit. & gloss.in l. vbicunque.ff. de interrogato. actio. extr.de iudic. Idem in c.cum causam.numer.15. ext. de iuram. calum. & ita se tenere inqnit Alexand. de Imo.post recitationem aliarum authoritatum DD.in l.4.§.hoc autem iudicium. nu. 18.in fin. ff. de damn. infect. licèt Speculat.& alij cōtrariam sententiam sequantur, quos ibi refert Alexand. & post eum Deci. eandem sententiam sequens in Rubr. num. 10.versic. & retenta prædicta conclusione. ext.de probat. Sed idem Decij, Butrij, Alexandri & aliorum sententiam tanquam cōmuniorem in d.c.1.nume.5.in 4.notab.ext. de iudic. sequitur, & ita obseruari vsque ad sententiam, quod Iudex interrogare posʃit, meminit Carol. Moli. in suis additio.ad lectu.Dec. in Rubri.lit.g. in verb. Remouetur.ext.de probatio.addens hoc intelligi super factis antiquis iam allegatis, non autem super nouis articulis. Quia sicut noua facta non possunt allegari, vt post conclusionem in causa, ita nec super nouis peti potest partem interrogari, vt post iuramentum. cap. cum Iohannes.extr.de fid. instrum. Hanc autem prædictam sententiam, quam Dec. communem arbitratus est, nō esse communem, dicit Bellonus in con.59.nume.6.& 7. illamque magni nominis Interpretes approbare satis constat ex congerie authoritatum DD.cōgesta per Hippol.de Mars.in suis singul.singul.155.incip.Doctrina ac conclusio communis Docto.est, quam quoque refert Hartman Hartman.in lib.2.obserua.foren. tit.de iudicijs. capit. 5. Iudex quando posʃit partem interrogare. Cæterùm priorem opinionem etiam non contemnendæ authoritatis Doctor.amplectuntur, Ioan.de Imo. in d.c.cum causam,numer.4.in fin.Ludou. Rom.in l. admonendi.numer.94.ff.de iureiuran. Felin. appellat hanc sententiam æquiorem, aliam in practica substantabiliorem,in d.c. cum Iohan.numer.12. Refert remissiuè D.Ias.in d.l.admonendi. in repetit. nu.63.ver.addo aliam plenioré.Meminit & huius conclusionis Nicol. Anto. Grauat.in annotatio. ad Octa.Vestrij Isagogen in Romanæ aulæ actionem & iudiciorum mores. lib.4.cap.4.in verb.dixi autem,num.25.

CONCLVSIO LVI.

35 IVDEX si probabiliter vim vereretur, aut alia immineret necesʃitas, tum ipse in causa necesʃitatis vel imminētis timoris,ex turri posset ferre sententiam,vel in equo sedens iudicare. Ita glos.est notabilis in verb. recitauit. in l.1.C.de sentent.ex breuic.recit. Licèt ibi Bartol. nnmer.3. contrarium sentiat, sed pro gloss. est communis opinio Vdal.Zas.in l.penul.numer.24.ff.de iust.& iur.in Tom.1.

CONCLVSIO LVII.

36 IVDEX extra territorium suum existens,partib.consentientib. sententiā ferre potest, dummodò Dominus territorij eum non prohiberet.Bartol.in l.ius plurib.num. 3. vers.in contrarium videtur.ff. de iust. & iure. & idem Bartol.in l.1.ff.de iud.Et hanc communem opinionem Doctor. veriorem esse,licèt multi reclamauerint, tradunt Ias. in d.l.ius plurib.num.10.& Zas.nnm.26.

CONCLVSIO LVIII.

37 IVDEX originis alicuius non potest inquirere contra delinquentem de delicto commisso in alieno territorio, præsertim si fuerit inquisitum & processum contra eum per iudicē loci delicti, cùm de delicto eiusdem hominis sæpius quæri non debeat. l.licet.§.final.ff.nautæ,caupones,stabularij,vt recepta restituant.l.in delictis.§.fin.ff.de noxalib. Et hanc sententiam communem opinionem Docto. esse scribunt Hippol. de Mars.in pract.sua crimin.§. constante. nu. 90.& 91.vbi ipse plures authoritates Scribentium adducit.& Iacob.Nouell.in Pract. & Theor. causa. crimin. capit. de mod. & form.citan.reos criminis.nnm.51.Quia vbi delictum est commissum, ibi puniri debet, nec consideratur vnde est delinquens, & ea maximè, qnando contra delinquentem est processum per iudicem loci, in quo crimen est commissum. Nam tunc per iudicem originis nullo modo procedi potest.

CONCLVSIO LIX.

38 IVDEX delicti condemnat delinquentem, etiam priuando ipsum bonis alibi existentib. sed executio realis, hoc est, ablatio possesʃionis fit per iudicē, sub quo bona sita sunt.c. postulasti.extr. de for.compet. vbi Ioan.de Imol.Panorm. Melchior Cling, & alij hanc doctrinam latiùs prosequuntur. Et ibi attestatur prædictus Ioan.de Imo.hoc communiter teneri. Propterea scribit Iohan. Barberius: Si qnis habuerit in diuersis

territorijs bona, cui ista applicanda sint, an Domino vbi condemnatur, an verò Domino vbi sita sunt? Si Dominus domicilij vel rerum haberet fiscum, tunc bona, quæ sunt in loco domicilij, occupari per fiscum domicilij, & maximè, quia proprius forus est domicilij, per glos. in cap. statutum. §. cùm autem. de rescript. lib. 6. & allegat Barber. l. 3. C. de bon. vacan. lib. 10. Cùm fiscus territorij occupet bona in suo territorio vacantia. l. tutores. §. hæres. ff. de administ. & peric. tut. l. forma. §. si verò. vbi IC. Vlpian. inquit: Si verò quis agrum in alia ciuitate habet, in ea ciuitate profiteri debet, in quo ager est. ff. de censib. Et hanc communem esse opinionem, in viatorio, seu directorio iuris, in 1. par. in Rub. de crimin. læsæ maiest. fol. 4. traditur.

CONCLVSIO LX.

39 IVDICIS recusati processus est nullus, cùm cognitio trãslata sit in arbitros. Angel. in l. apertissimi. C. de iud. & ita Doct. communiter concludere refert Philip. Deci. in con. 175. nu. 2. De qua decisione quoque in verb. processus factus post recusationem, dictum est.

CONCLVSIO LXI.

40 IVDEX secularis de & super possessorio beneficiorum, & aliarum causarum spiritualium cognoscere potest, secundum opinionem Vincentij, quam recitat Ioan. And. in c. fin. ext. de iudi. Quam & alij Doct. Archidiac. Innocent. & Anton. de Butr. approbarunt, cùm possessorium non sit quid spirituale. Archidiac. in c. de restit. spoliat. lib. 6. & Zarabel. Cardin. in Clement. dispendiosam. de iud. Et hæc omnia refert Guid. Pap. in decis. Gratianop. in q. 1. nouissimè Ioan. Coras. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 17. vers. hinc denique videmus. Et ita Doct. cõmuniter concludere inquit Anto. de Petrucia. in l. 1. in 4. Remed. nu. 410. in 2. volum. Repet. Cuius decisionis quoque mentionem facit, & de ea differit in vtranque partem Roland. à Valle, in consil. 23. volentis hanc sententiam tum procedere & locum habere, vbi Clericus intentasset remedium reintegrandæ possessionis beneficij contra Laicum, coram iudice seculari: secus vbi Laicus vel Clericus conueniat Clericum pro possessorio beneficiali coram Laico. in 2. Tomo consil. Item, an Clericus coram iudice Laico conueniri possit actione reali, indicant Rolan. ibid. nu. 13. & Mynsing. in Obserua. Cameræ, Obseru. 22. in 1. Cent.

CONCLVSIO LXII.

41 IVDEX secularis punire potest Laicum vulnerantem alium Laicũ in Ecclesia. Bald. in l. si quis in hoc. nu. 2. C. de Episc. & Cleric. Licèt autem alij contrariam sententiam secuti fuerint, tamen prior sententia communiter est approbata referente Roland. à Valle, in consil. 24. numer. 6. in 2. Tom. vbi ipse nume. 9. valdè eleganter explicat illam quæstionem, An vterque iudex tàm Ecclesiasticus ratione sacrilegij commissi in Ecclesia, quàm secularis ratione vulneris respectiuè procedere possit.

CONCLVSIO LXIII.

42 IVDEX delegatus sedis Apostolicæ potest implorare brachium seculare pro executione suæ sententiæ, quamuis expressè in sua commissione hoc sibi non concedatur. Ita expressè post alios referunt Card. Zabarell. in Clem. vnica. nu. 14. vers. decimò quæro. & ibi Addit. in verb. nunquid executor. de offic. & potest. iud. deleg. & Pau. de Cast. in l. Episcopale. nu. 4. vers. allegatur etiam. C. de Episc. audien. Nouissimè Panor. in c. significasti. nu. 8. vers. extra glos. quæro. Felin. nu. 2. & Philip. Dec. nu. 4. vbi Panor. & Dec. hanc communem DD. opinionem esse testantur. extr. de offic. & potest. iud. delega. Non obstante textu in c. officium. §. denique de hæret. in 6. cui respondet Dec. adiectis nonnullis limitationibus sententię communis, quas per te videre poteris.

CONCLVSIO LXIIII.

43 IVDICIVM super possessorio rei spiritualis dicitur temporale, vnde Iudex laicus ea de re cognoscere potest. Balb. in suis decis. 174. Estque communis opinio. Ioan. Francis. Ripa in rubr. num. 9. vers. circa eam quæstionem, ext. de iudic. Quintil. Mando. in tract. de monitorijs, quæst. 13. num. 4.

CONCLVSIO LXV.

44 IVDEX ex causa pœnam augere potest, etiam ratione statuti recepti. l. quid ergo. §. pœna grauior, & ibi Doctor. Bartol. num. ...

Bal. ...

Bald in vtraq; lectu. Rapha. Fulgos. nu. 19. Paul. de Castro, numer. 2. versic. nota primò quod iudex potest imponere grauiorem pœnam pro delicto quàm lex vel statutum dicat, & eodem modo potest imponere minorem. l. sed & si seuerior. C. ex quibus cau. infam. irroge. ff. de his qui notan. infam. Abb. Felin. Dec. in cap. 1. extr. de constitut. idem Dec. in c. de causis. numer. 5. extr. de Offic. delega. Angel. Aretin. & Apostil. Augustin. in verb. quas si non solueris infra decem dies. num. 9. vers. sed vnum adnertas. & numer. 13. cum seqq. & Tiraq. eleganter in tracta. de Pœn. in præfat. numer. 16. versic. sed quę dicta sunt. Et hanc communem DD. opinionem esse dicunt Vasquius in lib. 1. de succefs. resolut. §. nono. numer. 29. & Hippo. Riminal. in l. 1. nu. 9. ff. quod quisq; Iuris. Quæ doctrina intelligitur, si causa exprimatur in sententiam, vel ex processu pateat, aliàs secus. Tiraq. in d. præfat. numer. 54. & Hippol. Riminal. in d. l. 1. numer. 42.

CONCLVSIO LXVI.

45 IVDEX siue Magistratus si queminde- bitè torqueri curauerit, qua pœna puniatur Doctor. inter se nnn conueniunt. Nonnulli simili supplicio eum afficiendum esse, allegantes l. nemo carcerem. C. de Exactor. tributo. lib. 10. Francisc. Brun. in tractat. de indic. & tortu. in quæst. 7. 2. part. in princip. Thom. Grammat. in consil. 15. numer. 15. nonnulli pœna capitis. Bald. in l. Decuriones. C. de quæst. Iohan. de Anan. capit. 1. numer. 4. extr. de Cleric. percufs. Angel. Aretin. in tracta. de malefic. in verb. quod fama publica. numer. 95. versicu. Tertiò quæro, an tortus poſsit iterùm torqueri. Quam sententiam magis communem esse inquit Hippol. de Marſ. in l. 1. §. præterea. numer. 7. in fin. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. & in leg. quæstionis modum. numer. 73. versic. successiuè quæri potest. & in sua pract. crimin. §. expedita. numer. 87. versic. Quæro consequenter. alij extraordinariè, Bosſ. in tracta. rer. crimin. titul. de Tortu. numer. 31. Iul. Clar. in lib. 5. senten. §. fin. quæst. 64. in princip. Quidam verò actione iniuriarum eum teneri voluerunt. Bald. in rub. nume. 7. versic. quæro qualiter debeat puniri, si de facto quis tortus fuerit, Respondet ipse nò puniri similitudine torturæ, quia non reperitur in iure cautum, quòd tortura alicui pro finali pœna delicti imponatur, sed teneri eum iniuriarum, & pro motu sui iudicij puniri, per text. in l. iniuriarum æstimatio. ff. de iniur. & Salycet. in l. fin. numer. 4. versic. septimò qui fecit. C. de pœn. Iud. qui malè iud. Alexand. de Imola, in l. 1. numer. 19. in fine. Iaſ. numer. 2. Hippol. Riminal. 89. ff. quod quisq; Iur. licèt Sebastian. Sapia. ibid. numer. 8. Baldi in d. l. Decuriones. & Hippol. de Marſ. in d. l. quæstionis, in d. §. expeditæ, sententiam secutus fuerit, sed crebrior est Doctor. sententia, extraordinariè iudicem, qui aliquem indebitè torturæ & quęstionibus subiecit, puniri. Bosſi. in d. titul. de tortur. numer. 31. Clar. d. quæst. 64. Caterùm de hac quæstione præclarè scribit, referendo aliquot casus, post Francisc. Brun. in dict. tractat. de indic. & tortur. d. quæst. 7. secundæ partis. Iacob. Menoch. in lib. 2. de arbitra. iud. quæst. & Cantela. Centuria 4. casu 350. pœna qua puniendus sit Iudex, qui vel omnino indebitè reum quæstionibus subiecit, vel in torquendo modum excessit.

CONCLVSIO LXVII.

46 IVDEX potest præcisè partem compellere ad litis contestationem. Bald. in l. 1. in 5. quæst. numer. 6. C. de litis contestat. Estque hæc communis Doctor. assertio, referentibus Roberto Maranta in tractat. de ordi. iudicio. in 6. par. prin. de litis cōtestat. 10. membro iudicij. nu. 8. Lancilleto Conrado in suo prætorio & curiali breuiario, tit. de litis contestat. numer. 3. & Balthazar. Quinct. Aquil. in suis additio. ad con. Paul. de Cast. in conf. 33. in verb. præcisè. numer. 23. in 3. part. conf.

CONCLVSIO LXVIII.

47 IVDICII locus, in quo causa agitur in ordinatorijs, attendi debet. Estque hæc sententia communis Panormita. referente in capit. quod Clericis. numer. 10. ext. de foro compet. Quintil. Mandoſ. in prax: commiſsio. for. 4. in verb. Curatorem ad lit. in fi. Quid autem decisione litis respondendum sit, ibidem latè per optimam distinctionem explicat Panorm. quam non describo. Cuius doctrinæ quoque limitationes recensentur à Maria. Soci. Seni. ibid. nume. 6. cum sequentibus.

CON-

CONCLVSIO LXIX.

48 IVDEX secundum allegata & probata iudicare debet, leg. illicitas. §. veritas, & ibi Doctor. ff. de offic. præsidis. Vnde verior est illa opinio, qua asseritur, Iudicem debere ex allegatis & probatis in iudicio, quæ sibi vt iudici nota sunt, non ex his quæ priuatim ex particolari scientia perceperit, sententiam dicere, gloss. in capit. 1. in verb. Secundum quod Canones, & ibi Scribentes. extr. de offic. Iudic. ordin. Felin. in capit. pastoralis. §. quia verò. nu. 23. ext. de offic. Iud. delegat. Iason in §. si minus. num. 15. Institu. de action. Iacob. Boniour Carpentoractensis in dict. §. veritas. Octauianus Cacheran. in decision. sacri Senatus Pedemontani, decisio. 1. numer. 29. & decis. 146. numer. 14. Gasp. Caballi. in suis gloss. ad Aegidia. constitutiones, lib. 4 capi. 3. in verb. In præsentia Rectoris. Iul. Clar. in pract. crimin. quæstio. 8. versicul. Sed pone. & quæstio. 66. versicu. Scies autem. Remissiuè Bernardi. Alpha. in dict. l. illicitas. numer. 319. Estque communis sententia Doctor. Didac. Couarru. in libro primo, varia. resolut. capit. 1. Qualiter Iudex ex actis ius dicere debeat aduersus ea quæ priuatim cognouerit. nu. 6. Nic. Ant. Grauat. in suis analyticis Annotatio. ad Octau. Vestr. in Romanæ aulę actionē & iudiciorū mores introductionem, lib. 3. capit. 1. numer. 7. Quamuis hanc sententiam acerrimè impugnauerint Iohann. Oldendorf. in tract. de iur. & æquitat. titul. 13. verùm iudex conscientiam suas an probationes sequi debeat. & Iohann. Coras. in lib. 4. miscellaneo. iuris Ciuilis, capit. 20. Exactis contra conscientiam an iudicem iudicare oporteat, ac quo sensu §. veritas, accipiendus sit. Fallentias tamen nonnullas prædictæ doctrinæ reperies apud Felin. in dict. §. quia verò, & Docto. C. vt quæ desunt Aduocatis, partium, iudex suppl. & Coras. dict. capit. 20. & illorum Doctor. qui contra communem sentiunt sententias optimè confutat & explicat Didac. dict. capit. 1.

CONCLVSIO LXX.

49 IVDEX loci, in quo commissum est delictum, contra delinquentem procedere potest, etiam quòd ille aliàs non sit Iurisdictioni suæ suppositus, eumque condemnare & punire. gloss. & Doctor. in leg. solent. ff. de custo. reo. l. à Diuo Pio. §. sententiam. ff. de re iudicat. capit. vltim. extr. de for. compet. Textus est & ibi Doctor. in l. 1. & Authent. qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi oportet. Et hanc sententiam tanquam communem pluribus rationibus confirmat Didac. Couarru. in suis pract. quæstio. cap. 11. numero 3. versic. Illud etenim receptum est. Meminit quoque Iulius Clarus in sua pract. crimina. quæstio. 38. & quęstione 85. Præter has authoritates addendi sunt & alij textus, & DD. hanc conclusionem copiosè explicantes. c. si peccauerit. Ibi, vt vbi contigerit malum, ibi moriatur. 2. quæstio. 1. c. ibi semper causa agatur, vbi crimen admittitur. 3. quæstio. 6. c. postulastis. c. fin. ext. de for. compet. vbi Doctores communiter tradiderunt. Quia delictum dat iurisdictionem contra delinquentem, illi Iudici, qui alioquin non erat ipsius Iudex. Iacob. de Bellouis. in consil. 9. numero 47. in 1. volum. cons. crimin. Idque procedit, etiam si delinquens dignitate clir, & administratione Reipubl. insignitus, cur extra territorium suum priuatus censeatur. Non enim distinguitur, Vnde sint, l. 3. ff. de offic. præsid. gloss. in c. 1. in verb. Iudicare. ext. de offi. ordinarij. Melch. Cling. in dict. cap. fin. numero 5. ext. de for. compet. Frid. Schenck in Viridario conclusio. Iuridica. conclusione 116. Et scribit Alciat. post alios in dict. c. 1. numero 48. ext. de offic. ordina. rationem huius decisionis hanc esse, quia delinquens alligat se ipsum, & videtur cōsentire in proroganda Iurisdictione vnde tenetur etiā naturaliter ex præsumpto consensu, vt per Bart. & alios Doctor. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. & propterea si non puniatur in loco delicti, poterit puniri in loco originis, secundum formam statutorum loci, in quo deliquit, leg. saccularij. §. sunt quædam. ff. de extraord. crimin. Doct. in l. cunctos. C. de summa Trinit. & fid. catholi. Estque hæc communis opinio, vt attestatur ibidem Alciat. post alios ab eo citatos, Ang. Aret. in tract. maleficio. in verb. Hæc est quædam inquisitio. ver. quæro an in delictis. nume. 83, & ibi apostil. nu. 84. Alex. de Imol. in cons. 111. in 1. vol. cons. Quam tamen conclusionem Alc. in d. c. 1. latiùs declarat, licèt multi refragētur, quos recenset Heinric. Bottrus, in tract. de synodo Episcopi, in 3. part. in 21. articul. num. 21. ver. amplia octauò. in 2. vol. tract. Nouissimè Gasp. Cabal. in suis scho ijs ad Aegidianas cōstitutiones, lib. 4. c. 26. in verb. contumaces. nom. 5.

CON-

ficat. Sed contraria sententia verior & magis communis est, per d.l. opus nouum.gl.in d.l. per prouincias. in verb. Sui dominij, & ibi Alber, Bar. in l.2.C. de fund. limitrophis, lib.11. Panorm. in consil. 62. numer.14. versicul. præterea non est præsumendum. in 2.part.consi. Lud. Rom. in cons. 52. in fin. Iaf. per multas authoritates in l. ex hoc iure. nu.7. vers. Limita secundum Bart. hic. ff. de iusti. & iur. & in l. quo minus. nu. 24. versi. Tertiò ad idem adde. ff. de fulmini. vbi cõmuniter DD. voluerunt, non esse concessũ noua castra vel fortalitia erigere ad iniuriam vel æmulationem alterius. Hanc quoq; communem dixerunt Boër. totam illã materiam explicans in suis decisio. quæst.320. nu.9. & Hora. Mand. in suis addit. ad consil. Rom. in d.con.52. in verb. æmulatione, lit.g.

FINIS TERTIAE CENTVRIAE.

COMMVNIVM CONCLVSIONVM LAVRENTII KIRCHOVII

CENTVRIA QVARTA.

CONCLVSIO I.

68 FRATER qui emit fundũ vel domum, suo proprio nomine tantùm tenetur communicare alteri fratri, quando omnia ante & post fuissent hinc inde collata. Ità voluit Pet. de Anch. in con.302. vnde refert Alex. de Imol. ex Bal. in l.1. vers. item nõ esset. C. si quis alteri vel sibi. Si duo fratres simul habitarent, & essent socij omnium bonorum, si tamen vnus de communi pecunia emeret pro se tantùm, quamuis ipso iure non acquiratur alteri fratri, tamẽ per actionem pro socio teneretur communicare, cum multis similibus decisionib. in con.49. nu.11. in lib.1. con. Et hanc communem sententiam Scribentiũ esse scribit Iaf. in con.2. in 7. col. in prin. vers. dicimò etiam animaduertendũ. in 3. vol. con. Quã doctrinam per aliquot casus latiùs explicando prosequitur idẽ Iaf. in l.1. C. qui testa. face. poss.

CONCLVSIO II.

69 FRVCTVS beneficiorum etiam debentur non habenti titulum, si ita Pontifex Romanus disponat. c. si propter. extr. de rescri. in 6. c. si tibi concesso. de præbend. in 6. glo. cõmuniter approbata. in c. cum M. extr. de constitu. cùm ipse de fructibus beneficiorum habeat liberam ad libitum dispositionem, vt inquit Fel. in c. quæ in ecclesiarum. extr. de constitut. c. proposuit. ext. de concess. præben. c.2. de præben. in 6. Aug. Bero. in suis quæst. familia. quæst.38. nu.2. Et hæc doctrina maximè procedit, si qua rationabilis causa Papam induxerit, ad imponendam pensionem, puta Senectus cedẽtis vel renunciantis, Licet multi voluerint, solam Papæ authoritatem absque expressione iustæ causæ sufficere, vti latiùs declarat idem Aug. Bero. in suis quæst. familia. quæsti.31. num.4. in fin. & num.5.

CONCLVSIO III.

70 FRVCTVS in retractu conuentionali debentur à tempore moræ, scilicet à die oblationis aut consignationis. l.2. C. de pact. inter empt. & vend. vbi cõmuniter per DD. Quam sententiam latiùs declarat tanquam communem Roland. à Valle, in cons. 27. nu.7. cum sequent. in 2. Tom.

CONCLVSIO IIII.

71 FRVCTVS pendentes tempore redemptionis diuidi debent pro ratâ temporis inter primum venditorem & emptorem, qui se ad retrouendendum obligauit. Ita voluit Cuman. in l. qui Romę. ff. de verb. oblig. per dictum Bar. qui ibi voluit, quòd si dictũ fuerit, quod fructus prædij habentur pro vsuris, &

& debitor soluit ante fructus collectos, & sic his pendentibus, quòd debeat fieri diuisio, secundum l. diuortio. ff. solutio. & l. diuisione. ff. solut. matri. Quam conclusionē vti communem plurib. argument. & authoritatib. Roland. à Valle, in d. con. 27. nu. 17. cum sequent. latiùs prosequitur.

CONCLVSIO V.

72 FVROR per visum percipitur, & ideò si testis interrogetur, an Titius sit furiosus, & ille respōderet, se vidisse eum furentem, iste testis probaret. Ita inquit Angel. de Perus. in §. si quis. num. 10. in Auth. vt cùm. de appel. cogn. Sed communis opinio est in contrarium, Quia difficile est probare quē esse furiosum, vel mente captum, Et directò probari non potest, quem esse dementē cùm id sensu testis non percipiatur, sed consistat in intellectu. Zabarel. Card. in consil. 56. Et in tali ratione videtur testis iudicare potiùs quàm deponere, quo casu testis non probat. Bartol. in l. qui testamento. §. fin. ff. de testament. Bald. in l. solam. C. de testib. Et hanc communem opinionem esse dicit Philip. Decius, in con. 448. num. 33.

CONCLVSIO VI.

73 FVROR est iusta causa dirimendi coniugium quò ad thorum, secundum sententiam communiter approbatam, vti refert D. Alex. de Imol. in l. si cum dotem. §. si maritus. in fin. solut. matrim. licèt alij contrariam sententiam amplectantur, inquientes, furorem non esse iustam causam dirimendi matrimonij. glo. in d. §. si maritus. in ver. licentia. & ibi Raph. Cum. & Alex. de Imo. cùm de iure Canonico ea disputatio sit nullius momēti, quia morte sola soluitur matrimonium. c. 2. ext. de translat. Episc. Sed cōmunem cum hoc temperamento approbat Didac. Couarru. quasi furor esset ita ardēs ac vehemens, vt periculum esset cohabitare cum coniuge furioso, in epitom. in 4. libr. Decret. secundæ partis, cap. 7. §. quinto. nu. 3. vers. Secunda causa.

CONCLVSIO VII.

74 FVRTIVA res reperta penes aliquem, facit indicium ad torturam, contra illum, penes quem reperta fuerit, nisi etiam ipse doceat, à quo habuerit. Bar. in l. fi. nu. 5. ver. veniamus ad initia specialia, ff. de quæst. Ang. Aret. in tract. malefi. in ver. quòd fama publica præcedente. §. quæro an vnum indicium. Hippol. de Marsi. in consil. 52. nu. 33. in 1. vol. consil. vbi ipse multa similia cumulat. Quia eo ipso quòd libri hæresis reperiūtur apud aliquem, ille præsumitur hæreticus: Similiter ille, qui habet penes se falsa instrumenta, præsumitur falsarius, nisi ostendat à quo habuerit. Idem Hip. in sua pract. crim. §. diligēter. nu. 92. Quæ doctrina procedit, quando res furtiua reperiret apud hominē, qui sit malæ vitæ & conditionis, secùs si bonę famę, & qui non sit solitus similia facere. Quia tunc talis inuentio non facit indiciū ad torturā. Ita communiter distinguunt & declarant Bal. in l. fi. circ. fi. Ioan. de Imo. nu. 12. vers. circa tertiam quęstionem. ff. de hær. insti. Prædictus Ange. in d. tracta. de malefi. in verb. etiam cœlestem. §. quęro an eo ipso, quòd res furtiua reperitur penes aliquē. Hāc communem sententiam, & receptam conclusionem Doctor. esse inquit Rolan. à Valle, in con. 47. in 1. volu. vbi ipse plures authoritates adducit.

H.

CONCLVSIO VIII.

1 AEREDES masculi intelliguntur, vbi fieret mētio de hęredib. masculis, id est, descendentibus, etiam in materia aliàs transitoria ad quoscunque hæredes extraneos. Ale. de Imo. in l. Gallus. §. etiam. nu. 4. Barth. Socin. nu. 7. Ias. num. 22. ff. de liber. & posth. Alex. de Imo. in cōs. 105. nu. 2. in 1. lib. Dec. in con. 165. num. 3. Et hāc Doct. conclusionē esse inquit Craue. in consil. 38. num. 5. versi. quinto Doctor. communiter dicunt, in 1. part. consi.

CONCLVSIO IX.

2 HAEREDI ab intestato succedenti non competit beneficium. l. fin. C. de edict. D. Hadria. tollen. ita refert Cyn. in d. l. fin. nu. 9. vers. tertio iuxta præmissa. Et hanc sententiam veritatem esse scribit quoq; consulendo in hunc modum Calderin. in cōn. 36. tit. de testam. Tradit Ioan. Petr. de Ferra. in sua Pract. in for. libelli, quo petit. hæred. ex test. §. in omnibus eius bonis. nu. 2. Et hanc sententiam opinionem communem Doctor. esse tradunt Doct. in d. l. fi. Alexan. de Imol.

mol.nu.22. & Dec.nu.39.Iaſ.num.23.verſ. teneas tamen. Gozadin.in conſi.7. num.5. Cephal.in con.152.num. 31.in libr.2.conſi.

CONCLVSIO X.

3 HAEREDITAS poſtquàm eſt adita, non dicitur amplius hæreditas,ſed patrimonium hæredis.leg.ſed ſi plures.§.filio. ff.de vulga.& pupilla.ſubſtitut. Vnde hæreditas appellatur, antequam adita ſit per hæredẽ, & adita hæreditate amplius non dicitur hæreditas.glo.& Doct.in l.1.§.veteres. ff.de acquir.poſſeſ. Quam deciſionem omnes Doctor.ampleċti inquit Iaſ.in Rubric. num.5. ff.de acquir.hæredit.Referunt & alij Doct. Alexand.de Imol.in conſil.198.numer.8.& ibi Carol.Molin.in verb.deſierunt. in 6.volum. conſil. Philip. Dec. in conſil. 230. & in conſil. 266.& ibi Carol. Molin. in verb. adiuit.& idem Dec.in l. qui ſe patris. numer. 16. Cod. vnde liberi. & in l. hæreditas.numer.2.vbi & Hierony.Cagnol.num. 3. ff. de regul. iur. & Marian. Socin. Iun. in conſil.65.numer. 80.in 1.part. Quamuis Alexan. de Imol.in conſil.21. numer.3.in 6. volum.conſil. voluerit, etiam poſt aditam hæreditatem dici & appellari hæreditatem. l.fin.§.ſin autem.Cod. de iure delib.tamen iſta eſt impropria locutio,referentibus Ludou. de Gozadin. in conſil. 58. numer. 4. & Rolan.à Valle,in con.99.nu.2.in1.Tom.

CONCLVSIO XI.

4 HAEREDITATEM patris non aditam tranſmittit infans ad matrem, quamuis deceſſerit,ſecundum communẽ opinionem, vt refert per multa fundamenta & Doct. authoritates Philip.Dec.in conſil. 245.nu. 1.& 250.numer.1.verſ.Sed tamen prædictis. & ibi Carol.Molin.in verb.matris.& in cõſil.331.nume.5.vbi & ipſe contrarias Doct. ſententias adducit.Iohan. Ceph.in conſil. 56.numer.4.& 5.in 5. volum.con. Balthaſ. Quinct. Aquil.in additi.ad conſil.Paul.de Caſt.conſil.17.in verb.defuncto.in 3. part. conſil.licèt Iaſ.poſt alios dixerit, eſſe communem opinionem pro ijs,qui aſſerunt,infantem filium hæreditatem non aditam, ad matrem non trãſmittere, in l.ſi infanti.nu. 3.C.de iur.deli.Sed de hac diuerſitate ſententiarum communium diſputat ſatis prolixè Aſc.Clem.in tract. de pat. poteſt. effectu 13.num.11.cum ſeqq.& numer.15. ponit ille conciliationem illarum diſcrepantium ſententiarum.

Hæres qui expendit aliquid litigando cũ aliquo,qui ſe prætendebat hæredem, deducere poteſt tales expenſas litigij ex hæreditate. Angel.de Peruſ.in l.fin.§.in computatione.numer.14.Alex.de Imol.num.3. Iaſ. eod.num.3.C.de iure deliberand. licèt Bal. ibidem num.3.contrariam ſententiam ſecutus fuerit. Quia textus inquit, eas expenſas eſſe priuilegiatas, quæ ſunt factæ gratia hæreditatis,ſed iſtæ ſunt factæ hæredis vel eius commodi gratia, Ergo non ſunt priuilegiatæ:tamen Angeli & aliorum deciſio communiter approbatur. Ioan.Sichard. in d.§. in computatione, num.5.ver.Tamen contrarium decidit, vbi Docto.vberiùs eam materiam explicarunt.

CONCLVSIO XII.

5 HAERES, qui inuentarium confecit, facto defuncti contrauenire poterit, Quod intelligitur, quãdo hęredi nihil remaneret de bonis defuncti. Ioan.de Imol.in c. ex parte. nu.22.verſ.ſed aduerte. quia Iacob. de Beluiſ. extr. de feud.Philip. Dec.in l. debitori. num.20.verſ.Et quod dictum eſt.C. de pactis.& in l.ex qua perſona, num.2. Cagno. num.4.ff.de regul.iur. Et hanc ſententiam cõmuniter approbari,meminit Caro. Molin.in ſuis addit.ad lectur.Decij in d.l.debitori,lit.d. verb.Secus. Deinde quod hæres poteſt venire contra factum defuncti,fallit in feudis antiquis, vbi pater non poteſt præiudicare filijs ſuis hæredibus, cùm feudũ habeant à genere poſteritati quæſitum, nõ ab ipſo patre.Bald.in conſi.115.incip.Proponitur quòd inueſtituræ antiquæ.num.1.lib. 2.& in l.2.num.9.verſ.Alij dicunt.C.de inofficio.dona.Paul.de Caſt. in l. apud Iulianum.§.ſi quis alicui.num.4.ff.de legat.1.inquit,communiter Doct.dicere, quòd pater in præiudicium filiorum non poſsit renunciare feudo antiquo. Et dicit idem Paulus, quod hæc renunciatio patris filijs nocet, quando veniunt ex quadam ſucceſsione, nec habet aliquod ius ante mortem patris. Sed quando pater recepit feudum pro ſe & liberis vel filijs, tunc liberi habent feudum ratione contractus paterni,qui potuit ipſis acquirere.l.quodcunque.§.1.ff. de verbor. obligat.& etiam ſi repudiant hæreditatem paternam, quia tunc non habet locum tit. An agnat. vel fil.in vſib. feud. Et ideo pater non

non potest renunciare in præiudicium filiorum. Signorol. de Homod. in con. 11. nu. 1. & 2. Alex. de Imol. in con. 89. num. 12. lib. 4. & con. 19. nu. 5. lib. 5. con. Dec. in con. 181. num. 1. in fin. inquiens hanc esse cõmunem opinionem. Sed quando fuit concessum alicui & hæredib. suis, filijs defuncti, etiam si adiuit hæreditatem, cum beneficio inuentarij contrauenire non potest facto defuncti, quia dicitur feudum hæreditariũ. Andr. de Iser. num. 3. & 5. cum seqq. vsque ad nu. 8. Bald. nu. 8. in d. titu. Angnat. vel fil. Alex. de Imo. in cons. 13. nume. 3. & in cons. 19. nu. 4. in 5. vol. cons. Balth. Quinct. Aquil. in additio. ad cons. Paul. de Cast. in consil. 45. in verb. perditum Petrum. num. 26. cum seq. in 3. part. cons. Cæterùm hanc conclusionẽ egregiè post alios explicarũt Iul. Clar. lib. 3. sententi. §. feudum. quæst. 42. Iacob. Philip. Port. lib. 3. concl. conclusio. 8. Heres contra factũ defuncti haudquaquã contrauenire potest. ver. Quartò limita, cum seqq. Et Anton. Gabr. lib. 6. commu. Opinio. tit. de reg. iur. conclusi. 11. Hæres non potest venire cõtra factum defuncti. num. 19. vers. Septimò limita, cum num. & vers. seqq.

CONCLVSIO XIII.

6 HAEREDITATIS expilatæ crimen extraordinariè atque ita iudicis arbitrio punitur. l. 1. & ibi Bart. ff. de crimin. expil. hæredita. & Matth. Vuesenbe. In suis paratit. ff. titul. Expilatæ hæredit. in fin. Apostil. ad lectu. Salicet. in l. vltima. in verb. expilatæ. C. de crim. expilat. hæred. dicit hanc communem opinionem esse, licèt Bald. voluerit, crimen expilatæ hæreditatis dici largè furtum, & ratione statuti disponentis de furto illud quoque procedere in hæreditatis expilatæ crimine, in l. de his. num. 2. C. de furt. vbi apostil. Barbat. in verb. quæro nunquid. plures authoritates adducit, tamen hæc sententia alijs non probatur, vt pulchrè nouissimè declarat Iacob. Menoch. in tracta. de arbitra. Iud. quæst. lib. 11. centu. 3. casu 300. Pœna expilatæ hæreditatis quæ & aduersus quos.

XIIII. XV. XVI. XVII. XVIII. inuenies infrà in 2. parte.

CONCLVSIO XIX.

12 HYPOTHECAE priuilegium, cuius in l. assiduis. C. qui potiores in pignore habentur, fit mentio, non solùm pro dote data, sed etiam pro dote confessata, competit. Barto. in d. l. assiduis. numer. 11. Alexan. de Imol. in cons. 123. num. 4. in 6. volum. consi. Et hanc communem esse sententiam liquet ex dictis Mathe. de Afflict. in decis. sacri concil. Neapol. decis. 462. Refert quoque Roland. à Valle, in consil. 17. numer. 10. in 1. Tom. consil.

CONCLVSIO XX.

13 HYPOTHECA pro dote etiam expressa non præfertur anteriori expressæ creditoris, Et est communis opinio, referente Maria. Soci. Iun. in l. 1. numer. 46. & 105. versicul. Sed communis opinio est. ff. solut. matrim. vbi ab ipso plures DD. eandem sententiam defendentes recẽsentur, Henning. Gọd. in consil. 99. in ord. 5. de dote. nume. 14. Hart. Hart. in lib. 2. pract. foren. tit. de creditorib. cap. 17. Mulier pro dote habet actionem personalem, & præfertur creditoribus mariti tacitam hypothecam habẽtibus. Nouissimè Iohan. Schneid. in §. fuerat. num. 59. versic. Circa prædicta quæritur. Instit. de action. Contrariam autem sententiam, Vxorem scilicet præferri omnib. creditoribus siue tacitam siue expressam hypothecam habentibus, defendunt multi Doct. per tex. expressos in l. vbi adhuc. l. in rebus. C. de iure dot. l. assiduis. C. qui potio. in pigno. Pulchrè Ioan. Coras. in l. qui liberos. in priuileg. prælationis. num. 117. secundum impresionem Lugdunensem, Anno 61. & num. 235. cum seq. secundum aliam impresionem Lugdunensem, Anno, &c. 53. in 2. volu. repetiti. de titu nup. & Ioach. Mynsi. in obser. Cam. cent. 4. obser. 13. & in d. §. fuerat. nu. 13. vers. Ego verò censeo. Marc. Mant. in. consi. 66. num. 1. in 1. lib. consil. Gomes. in d. §. fuerat. num. 28. Instit. de action. voluit quoque mulierem non solùm tacitæ hypothecæ, verùm etiam expressè præferri, quem nouissimè refert Ioan. Hier. Cardinal. Alban. in suis lucubrationib. ad lecturas Bartoli in d. l. assiduis. C. qui potiores in pigno.

CONCLVSIO XXI.

14 HYPOTHECARIA actio inter præsentes 10. annis, inter absentes 20. annis, secundum sententiam communiter approbatam præscribitur. l. 1. & ibi glo. in verb. diuturnitatem. & in verb. incumbant. & l. 2. C. si

ad.

aduersus creditorem præscriptio opponitur. glo. in l. cùm notissimi. in verb. spacijs. C. de præscrip. 30. & 40. annorum. Alex. de Imo. in con. 58. num. 9. in lib. 5. in consil. 83. num. 10. & 220. lib. 2. con. Hanc esse Doctor. communem opinionem inquit, referente Roland. à Valle, in consi. 79. num. 7. in 1. Tom. Parif. in conf. 50. in 1. volum. con. Quæ tamen recipit aliquot limitationes & declarationes, vti satis erudité Rolan. laté post alios, Balbum in tract. de præscrip. in 4. part. prin. in §. tertió principaliter quæro. nume. 6. versicul. sexta conclusio. in 8. volum. tractat. Socin. Iun. in consil. 17. in 2. volumi. & Cranet. in consil. 148. nume. 6. in 1. par. consil. in d. consil. 79. consulendo scribit. De hac decis. etiam facit mentionem Bernhar. Vuurmser. in Pract. obser. lib. 1. rirul. de præscrip. cap. 2. incip. præscriptio contra Hypothecariam.

I.

CONCLVSIO XXII.

1 IMPERATOREM posse etiam sine causa auferre res siue iura alterius de plenitudine potestatis, & eos qui contrarium asserunt mentiri, inquit Angel. in l. item si verberatum, ff. de re. vindica. Sed Angeli sententia communiter reprobata, & magis communis in contrariū est. Ias. in l. Barbarius. nu. 35. vers. decimo tertio, ff. de offic. prætor. & in l. fin. num. 2. C. si contra ius vel vtil. publi. Doct. communiter, præsertim Felin. nūmer. 26 cum sequentib. vers. tertia conclusio. Dec. nu. 19. cum sequentib. versi. ex ista prima conclusione. Marcus Mantua. numer. 50. versicu. secunda sit conclusio. cum multis adiectis declarationib. & limitationib. in c. quæ in Ecclesiarum. extr. de constit. Ioan. Neuizan. in consil. 12. num. 140. versicul. non obstat arrogans dictum Angeli, inter consil. feuda. Alberti Bruni.

CONCLVSIO XXIII.

2 IMPERATOR non potest etiam de plenitudine potestatis alicui præiudicare in iure sibi quæsito de iure gentium, vt per Bart. & Doct. in l. fin. C. si contra ius, vel vtil. public. & eundem Barto. in proœm. ff. num. 4. & 5. & Panorm. aliosque in c. quæ in Ecclesiarum. extr. de constitut. vbi Felin. in 2. conclusion. num. 33. vers. secundum veró membrum huius conclusionis erat. & Dec. ibidē nu. 19. cum sequentib. Qui propterea inferunt, non posse rem vni auferri, & alteri dari, nec directo, nec per indirectum, etiam de bonis infidelium. Quamuis enim sit Dominus in vniuerso, respectu iurisdictionis & protectionis. l. deprecatio. ff. ad l. Rhodc. de iactur. non est tamen Dominus rerum particularium, vt communi voto Doctor. post Bart. in d. proœm. ff. traditur. & si aliter faceret, eius dispositio non esset seruanda, nec in foro ciuili, nec in foro animæ. Innocent. in cap. quia plærique. numer. 5. ext. de immu. Ecclesiar. Zarabel. Card. in consil. 142. incip. Videtur dicendum. nu. 1. & 2. Copiosé scribit de hoc articulo consulendo Andr. Barba. in con. 55. nu. 23. in 4. volu. con. Et hanc communem Docto. sententiam esse inquit Nicol. Bellon. in con. 2. num. 1. & 2. vbi ipse plures authoritates & consilia Doct. allegat.

CONCLVSIO XXIIII.

3 IMPERIVM merum an præscribi posit, variæ & discrepantes fuerunt Doct. sententiæ, quas referunt Albert. de Rosate, in l. imperium. num. 31. cum sequent. Bald. ibid. in lectur. num. 10. in repetit. num. 13. Ias. num. 20. Ioan. Baptist. nu. 73. Iasp. Valasc. nu. 122. cum sequent. ff. de iurisd. omn. iud. Bald. in Repetit. l. 1. num. 8. C. de emancip. liber. & in conf. 433. incip. Apulus castrum progeuitorum tenuit. in 3. volum. conf. secundum nouam impresionem. Panorm. in c. cùm contingat. num. 10. Cling. nu. 13. cum sequent. extr. de foro compet. & Ioan. Franc. Balb. in suo tractat. de præscrip. in 2. part. 5. par. princip. in 3. quæstion. Sed communis sentētia est, quód merū & mixtum imperiūm præscribi posit, vt inquiunt ibid. Ias. d. nu. 20. vers. cōcludendo reneas. Zas. nu. 26. in §. Io. Bapt. nu. 39. Valasc. nu. 125. Cling. in d. c. cùm contingat. ver. in cōtrarium tamen est cōmunis opinio. Balb. in d. 3. q. ver. & demum concluditur, cōmunem esse sententiam, quód iurisdictio merumq; & mixtum imperium nedum per cōsuetudinem, sed etiam per præscriptionem acquiri posfint, vbi ipse hoc làtiùs post Iason. declarat.

CONCLVSIO XXV.

4 IMPERIVM quantó tempore præscriba-

ſcribatur, ſatis eruditè prædicti Doctor. adductis argumentis in vtramque partem, in locis allegatis explicarunt, vbi Iaſ. num. 22. poſt alios ita diſtinguit, cuius diſtinctionem repetit quoque Balb. in d. 3. quæſt. nu. 4. Si aliquis præſcriberet merum vel mixtũ imperium contra Pontificem Romanum vel Imperatorem abſentem & ignorãtem, tunc requireretur tãtum tempus, cuius initij memoria nõ extat. Sed ſi ageretur de pręſcribendo contra Papam vel Imperatorem præſentem, ſcientem & patientem: Item contra Ducẽ vel Marchionem præſentem, tunc ſufficeret tempus 10. annorum. l. viros. cùm gloſſ. in verb. obtinuit. C. de diuer. offic. & apparitor. iud. lib. 12. Et hanc cõmunem ſententiam eſſe inquiunt Iaſ. in d. l. Imperium. num. 22. in fin. verſ. in hoc communior ſententia eſt. Balb. in d. 3. q. Sebaſt. Sapia. in d. l. imperium. num. 30. & 31. in 1. vol. Repet. vbi ab Iaſo. Balb. & alijs duo egregia conſilia Petr. de Anchora. in conſi. 142. incip. Clarior & breuior erit deciſio. & Alexã. de Imol. in conſi. 16. num. 27. verſ. prędictis non habet obſtare. in 5. vol. conſil. allegantur. & ibi Alex. affirmat, hanc eſſe communem opinionem. Quòd in præſcriprione iuriſdictionis meri & mixti imperij ſufficeret tempus 10. annorum, ſi ageretur de præſcribendo contra inferiores Dominos. Quę doctrina latiùs tùm per Iaſo. quàm per Balb. per multas adiectas declarationes & limitationes in locis adductis explicatur, vt non neceſse ſit allegata argumenta & iura, ſimiliter authoritates, item illarum materiarũ explicationem hìc addere & repetere.

CONCLVSIO XXVI.

5 IMMVNITAS à collectis ſi alicui conceſſa fuerit, & poſteà agerentur vel inducerentur nouæ collectæ propter bellum, ille qui habet immunitatem à collectis, ad ſuperuenientem collectam propter bellum tenebitur, non obſtante eo, quòd impetrauerit anteà priuilegium immunitatis à collectis, Quia in tali priuilegio immunitatis non cenſetur cogitatum de tali collecta ꝓpter bellum, niſi fortè tempore conceſſionis immunitatis iam bellum eſſet cœptum. Et ideò priuilegium immunitatis, quamuis amplum, nõ extenditur ad incogitata. leg. cùm Aquiliana. l. qui cum tutorib. §. tranſactio. ff. de tranſact. l. Rutilia Polla. ff. de contrah. empt. cum ſimilib. Ita affirmat Dyn. in l. ſi ex toto. ff. de lega. 1. Et hanc Dyni ſententiam magis communem opinionem eſſe ſcribit Iaſ. ibid. num. 12. in fi. & num. 18. vbi ipſe pro hac deciſione communi ſex argumenta refert, quę tranſcribere non eſt neceſſe.

CONCLVSIO XXVII.

6 INCONTINENTI pro repellenda violentia rerum illud fieri dicitur, quando id ſine magno temporis interuallo commodè fieri poſſet, nũquam ſe ad aliud extraneum conferendo, & ſumpta occaſione aggreſſorem repelleret, & ideò qualecunque tempus durat, durante hoc præparamento dicetur repulſio facta incontinenti. Hanc Docto. ſententiam communem, & ab omnibus approbatam eſſe inquit Felin. in c. ſignificaſti. 2. num. 12. quam quoque Hoſtien. anteà ibid. amplexus fuerat, cuius doctrinam Abb. nu. 9. approbat. extr. de homicid. vol. vel caſu. Seqnitur Hieronym. Schutff. in conſ. 100. num. 4. in 3. Cent.

CONCLVSIO XXVIII.

7 INDICIA indubitata etſi in cauſa criminali fuerint, tamen ex illis condemnatio fieri non poteſt, ita inquit Albert. de Gand. in tract. de malefic. in Rub. de præſumpt. & indic. indub. ex quib. condemnatio poſsit ſequi. num. 12. verſ. non obſtat. l. abſentem. ff. de pœn. Et hanc cõmunem opinionem eſſe ſcribit Philip. Dec. in con. 175. nume. 8. verſ. non obſtat. quòd ex ſolis indicijs perueniatur ad condemnationem.

CONCLVSIO XXIX.

8 INHIBITIO facta à iudice Eccleſiaſtico ſeculari parte non citata inualida eſt, quia partis citatio neceſſaria requiritur. c. Romana. §. ſi verò vocatus. c. non ſolùm. de appellat. lib. 6. Frid. de Sen. in quæſt. 300. incip. Factum tale eſt, debitor promiſit ſoluere centum. Eſtque communis hæc ſententia atteſtantibus Alex. de Imol. in l. Titia. in fi. ff. ſolut. matrimon. & in conſil. 91. nume. 7. verſic. Tertiò moueor. & ibi nouiſsimè M. Anto. Natt. nu. 5. Plura conſimilia Alexandri allegans in lib. 2. conſ. & Iaſone in l. ſi opus. num. 6. ff. de nou. oper. nunc. vbi & Iaſ. & Natt. allegato conſil. poſt alios dicunt, hanc communem & veram ſententiam

malè in praxi obseruari. Refert quoq; Quin. Mandos.intract.de inhibit.quæst.18. num. 2.vers.breuiter contrarium seruatur.

CONCLVSIO XXX.

9 INIVRIARVM actio cùm sit famosa. l. 1.ff.de his,qui notãt. infam. Doct.in c. cum te.extr.de re iudic. in ea non debet deferri iuramentum necessarium, sed debent in ea fieri probationes luce meridiana clariores. argum.l.fin.C.de probat. Quia secundum communem opinionem Docto.in actione famosa non defertur iuramentum necessarium in supplementum probationis. gloss. fin.in verbo,actori.in c.cùm sunt part. iur. de reg.iur.in 6.Alexan.de Imol.in l.3. §. ait prætor.num.13.vbi ipse plures authoritates adducit.ff.de iureiur.Et est magni ponderis & grauis præiudicij,propter quod iuramentum huiusmodi deferri non solet.Salic.in l. bonæ fidei.num.27.vers.quæro modo & secundo.C.de reb.cred.vti Steph.Bert.in cõsil.117.in 2.volum. consil.parte altera.& in con,142.in 6.vol. cons. latiùs prosequitur. Capella Tholosa.in suis decisio.quæst.242. quamuis iudiciali iureiurando iudicium famosum decidatur.l. furti.§. sed et si iureiurando.ff.de his,qui notãtur infam.l.nam & posteà.§. si damnetur.ff.de iureiur.leg.lex Cornelia.§.hac lege.ff.de iniurijs.vbi est notabilis textus,Alex.in d.l.3.post num.13.Coras.in l.admonendi.in context.nu.51. ff.de iureiurando.

CONCLVSIO XXXI.

10 INIVRIAE plures diuersæ speciei eodem impetu & continuatione si iterentur, tunc pluribus pœnis esset afficiendus iniurians,secundum gloss.& Barto.in l.nunquã plura.numer.11. ff.de priuat.delict. Quam sententiam communiter approbatam esse referunt Didaeus Couarruuias,in lib.2.cap. 10.numer.8.variarum resolutionum.& Petr.à Placa,in epitom.delict.lib.1.capit.1.numer.17. Licèt ipsi sententiam contrariam de iure veriorem esse, multis argumentis hincinde adductis,arbitrentur.

XXXII. XXXIII. XXXIIII.XXXV. XXXVI. XXXVII. inuenies infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO XXXVIII.

17 INSTANTIA causæ secundum iuris pōtificij dispositionem perpetua est,nec elabitur spatio triennij.c.pen.ext.de iudic. vbi Panorm,num,7.Felin.in prin.& Cling,nu. 5.& 4.inquiunt, eam sententiam communem esse.Sed de iure Ciuili temporaria est. leg.properandum.C.de iudic. & ibi.Ias.in prin.numer.27.sententiam Canonistarum communiter approbari ait. Et dicit Alex. eam sententiam communem esse conclusionem in consil.23.visis scripturis.nume.2. lib.3,consil.Licèt Siehard.in d.l. properandum.post Ludo,Roman.in consil. 220.nu. 12.& Ias.ibid. in fin. affirmet, & in iure Canonico vel foro spirituali obseruandum esse illud triennium, per hoc axioma generale,Quod non est expressum in iure Canonico, tunc ius Ciuile attendi oportet. c.1. ext.de nou.oper. nuncia. Priorem tamen sententiam communiter Doct. sequuntur, Cui multi & hoc temperamẽtum addunt, eam opinionem ita intelligi, vt accipiatur de terris,quæ sunt subiectæ Ecclesiæ Romanæ, siue in ciuilibus siue in criminalibus causis.Pet.Philip.Cor.in con.210.in fi.in 4. vol.consil. Robert.Marant. in tract. de ord. iudic.in 5.part.iudicium,lis,instãtia,& causa qualiter accipiantur,num.14.in fin.Et Nicol. Anton. Grauati. in suis analy. annotat. in Octauia.Vestrij introductione ad Romanæ aulæ actionem & iudiciorum mores,lib. 3.cap.5.num. 6.Sed etiam in Camera imperiali receptum est, instantiam triennio non perire.Ioachim.Mynsing. in obseruat. Cam.Cent. 2.obser.48. Et refert Hartman. Hartmanni ex quodam consilio Baldi ab eo allegato,d.l. properandum,non habere locum,quando causa est in consistorio Principis,lib. 2. practic. forensi. obseruationum, inter miscellane. cap. 19. in fin.Quamuis Math.de Afflict.contrariam sententiam secutus fuerit in suis decisio. decis. 283. num. 4.tamen illius sententia in iudicio imperiali non approbatur,vt dicit Mynsing.in d.obseruat.48.in fi.

CONCLVSIO XXXIX.

18 INSTITVTVS si quis fuerit ex parte hæres purè, & ex parte sub conditione, & ea cõditione deficiẽte ei aliquis substituitur, Nam si conditio deficiat, adeò vt locus fit substitutioni, substitutus ad vnã, institutus ad aliam hæreditatis partem vocatur. Et ita omnes DD.communiter tradunt,per tex.in l.si te solum.ff.de hæred.inst.Sfortia Oddus in tra-

in tractatu compendiosæ substitutionis, in præludijs, parte II. quæst. 5. versic. secundus casus est.

CONCLVSIO XL.

19 INSTRVMENTVM à Notario fieri potest in die feriato. Specul. in tit. de ferijs. §. sequitur videre, quid in eis agi poterit. numer. 5. versicul. quid si in ferijs. Marant. in tractat. de ord. iud. part. 4. in 16. distinct. iudicio. numer. 62. versic. prædicta tamen intellige procedere. Estque communis sententia Quintil. Mandos. in prax. commissio. in 13. formu. in verb. ferias. vers. quintò quæro, an instrumenta. licèt nonnulli contrariam sententiam secuti fuerint.

CONCLVSIO XLI.

20 INSTRVMENTO si apponeretur iuramentum, contra illud non admittitur compensatio. Ita est text. secundum vnam lectu ram communiter approbatam, in c. ad nostram. 1. extr. de iureiur. Et hanc communem sententiam esse asseuerat Alexand. de Imol. in consil. 91. numer. 5. in 2. lib. consil. Sequuntur quoque alij Docto. Matth. de Afflict. in decis. sacri conc. Neapo. deci. 381. Ias. in consi. 134. numer. 1. versic. concludo ergo ex prædictis. in 4. volu. con. & Roland. à Valle, in cons. 17. num. 10. in 1. Tom. consil. Licèt Bartol. contrariam sententiam sequatur in l. amplius non peti. num. 8. ff. rem rat. haberi. Quam Alex. de Imol. sibi contrarius in cons. 12. num. 15. versicul. non obstat. in eod. lib. 2. consi. approbat. Et hanc veriorē putat Molin. in suis addit. ad con. Alex. in d. con. 91. in verb. Damnatur. De hac conclusione quoque scribit nouissimè Bursat. in consil. 106. num. 1.

CONCLVSIO XLII.

21 INSTRVMENTIS publicis loci mentio adijci debet, in quo fit contractus vel actus ipse, qui in instrumento continetur. glos. in verb. seruitut. l. generali. C. de tabula. scrib. Logograph. & censual. lib. 10. textus est expressus in cap. Abbate sanè. & in gloss. in verb. censeretur. de senten t. & re iudic. lib. 6. Doctor. in capit. 1. & capit. quoniam contra. ext. de probation. Ioan. Iacob. Canis in suo libello de Tabel. in capit. quod inscribitur, Practica solennitatis temporis. versic. septima solennitas est locus. Et hanc communem opinionem esse scribit Didac. in capit. 20. numer. 3. pract. quæst. in Tom. 1.

CONCLVSIO XLIII.

22 INSTRVMENTIS publicis satis est, si testium nomina adijciantur, licèt ipsi illis non subscripserint. Ita communiter scribūt Doct. in cap. 1. ext. de fid. instrumen. Abbas num. 3. versic. nono testes. Feli. numer. 14. versic. item requiritur descriptio testium. & Dec. numer. 12. Anton. Capyc. in Decis. sacri regij conc. Neapol. Decis. 29. numer. 1. vbi plures authoritates allegantur. Et hanc communem Docto. opinionem esse scribit Didac. in cap. 20. de autho. public. instrum. quæ oritur ex his, quæ vt solennia eidem accedere debent. nu. 4. pract. quæst. Tom. 1.

CONCLVSIO XLIIII.

23 INSTRVMENTVM publicum, cui etiam fuêre plures testes inscripti, poterit duobus tantùm fide dignis, omnique exceptione maioribus, quoad eius seriem, improbari, licèt hi testes non sint ex illis, qui descripti sunt in eodem instrumento, capit. tertio loco. ext. de probat. l. optimam. C. de contrahend. stipulation. Licèt gloss. ibidem in ver. testium. contrarium asserere videatur: tamen communis opinio est contra gloss. Decius numer. 11. versicul. in gloss. final. & hoc intelligitur, siue ea probatio fiat directè siue indirectè, cui ea suffragatur ratio, quæ ab authoritate ducitur tabellionis, à quo instrumēti fides pendet. c. ad audientiam. extr. de præscrip. Is autem Tabellio vnus est, & ideò quamuis sit eius authoritas publica, non debet duobus integris testibus præferri. Licèt Docto. hoc frequenter committant arbitrio iudicis, tamen præcedentem conclusionem ex dictis Doctor. d. cap. tertio loco, satis liquet, & ex ijs quæ à Cyno & Salycet. in l. in exercendis. C. de fid. inst. & Imo. in l. 1. §. si quis neget. ff. quemadmodum testa. aper. Zas. in lib. 2. singul. respons. cap. 23. Quib. fundam. instrumenta firmentur, & quib. infirment. Et hanc sententiam Scribentium communem opinionem esse post Dec. fatetur quoque Didac. in d. c. 20. nu. 6. vers. prima conclusio. Quam sententiam ipse latiùs in lib. 2. cap. 13. numer. 11. varia. resoluti. in Tom. 2. prosequitur: vbi tamen communem conclusionem ex autori-

thoritate allegatæ gloss. satis dubiam esse dicit.

CONCLVSIO XLV.

24 INSTRVMENTA, si esset statutus certus terminus per statutum vel per legem, ne liceret vltra illum producere, tamen vltra terminum re integra, si ius aduersarij non sit effectum deterius, produci possunt. Hanc opinionem veram & communem Doctor. esse refert Lanfranc. in sua praxi. iudic. c. 9. de instru. product. num. 29. vers. quæro vlterius. vbi ipse iura & authoritates Doct. allegat.

CONCLVSIO XLVI.

25 INSTRVMENTA, quibus quis non vtitur, nec est vsurus in iudicio, nunquid aduersarius possit compelli talia instrumenta edere, communis Doct. opinio est, quòd actor non possit compellere reum ad edendum instrumenta pro eius intentione fundanda, sed benè posset compelli ad edendū instrumenta, pro coadiuuanda intentione actoris, & pro eius replicatione, Actor autem compelli potest edere reo instrumenta sua pro fundanda & coadiuuanda intentione & exceptione rei. l. fin. C. de edend. & quæ ibi notant Docto. Bar. & alij, in l. 1. §. editiones. ff. eod. Hanc communē DD. sententiā esse refert Lanfrā. in pract. iud. cap. 9. de instrum. product. num. 46. vers. sed quid. de instrumētis. Explicat copiosè Bart. Socyn. in tract. Fallent. Fallent. 112. incip. edere actori instrumentum vel libellos, reus regulariter non tenetur.

CONCLVSIO XLVII.

26 INSTRVMENTA si duo reperiantur eodem die confecta, & alterum sit instrumentum dotis, debet iudicari, quòd illud priùs confectum fuerit. Bartol. Alex. de Imol. Ias. in l. 1. in prin. Maria. Socin. Iun. nu. 9. Zas. num. 4. Bulgarus de Bulgarin. nume. 2. Ioan. Crott. numer. 9. ff. solut. matrimo. Dec. in l. in ambiguis. in prin. Cagnol. nu. 3. ff. de regul. iur. Vbi & Doct. limitationes eius doctrinæ adduxerunt. Et hanc communem sententiam omnium esse meminit apostillat. ad lectur. Dec. in d. l. in ambiguis. lit. a. verb. prius.

CONCLVSIO XLVIII.

27 INSINVATIONI renunciari non posse inquit Bartol. in l. sancimus. §. fin. C. de donat. & in l. nemo potest. num. 8. vbi quoque est bona addit. in verbo, renunciari. Sequitur Alex. num. 12. versic. item in quantum. multas authoritates allegans. ff. de lega. 1. Sed si iuramentum interuenisset, tunc renunciari posset. Quæ opinio verior est eodem Alex. referente d. num. 12. ibi, tamen verior est prima opinio, quam tenet Ioan. And. in §. porrò. tit. de instru. edit. in addit. ad Speculat. in verb. illud, litera S. Et hanc opinionem magis communem esse scribit Dec. in cons. 432. numer. 21. in 3. part. consi. Licèt multi contrariam sententiam secuti fuerint, quos refert Socy Sen. multis additis alijs rationib. in cons. 77. nu. 10. & 11. in 1. vol. cons. verùm ille à priori tamen non recedit. De hac conclusione videantur ea, quæ congessit Horat. Mandos. in additio. suis ad consil. Roman. cons. 12. in verb. iuramento. & con. 66. idem in verb. iuramento.

CONCLVSIO XLIX.

28 INSVLTVS seu inuasio si non probaretur, & accusatus de homicidio, fateretur se Titium occidisse quidem, verùm ad sui defensionem, alia pœna, quàm mortis naturalis confitentem punire oportet. Nam quando sumus in criminalibus, probationes debent luce meridiana clariores esse. l. fin. C. de probat. hoc verò casu sumus in præsumptionib. ideò non est quis puniendus morte naturali. Panorm. in c. auditis. vers. puto tamen. extr. de præscrip. Hanc sententiam communiter approbari nouissimè scribit Barth. Romuleus, num. 86. cum seqnentib. in l. vt vim. ff. de iustitia, & iure. vbi ipse in vtramque partem de hac quæstione disputat.

CONCLVSIO L.

29 INTERESSE ratione lucri cessantis, etiam de iure Canonico peti potest. Latè tractant post veteres Abbas in cap. cùm venerabilis. numer. 16. cum seqnentibus. Felin. nume. 7. cum sequentib. extr. de except. idem Abbas Panorm. in cap. conquestus. numer. 6. extr. de vsur. Et hoc verum intelligitur in homine solito negociari. Bar. in l. 3. §. nunc. de officio. numer. 2. ff. de eo quod

quod cert. loco. & in l. 1. versic. venio ad vltimam partem. nume. 25. C. de sentent. quæ pro eo quod interest proferunt. Alexand. de Imol. in cons. 191. numer. 5. in lib. 2. con. & in cons. 141. num. 2. & 3. in lib. 5. cons. eum multis alijs authoritatib. adductis per Dec. in d. cap. cùm venerabilis. nu. 14. vbi ipse inquit hanc communem Doct. esse opinionem. & idem Philip. Dec. in cons. 441. num. 13. in fi. in 3. parte consil. adijciens in iudicando & consulendo non esse recedendum ab hac sententia communiter approbata.

CONCLVSIO LI.

30 INTERPELLATIO non requiritur, vbi iuramentum accesserit. Hanc communem Doct. opinionem esse scribit Ludouic. de Gozadin. in cons. 27. numer. 10. vers. non obstat. & idem in cons. 57. numer. 11. inquit, propter iuramentum non requiri interpellationem. Quare licèt ad hoc, vt venditor teneatur ad defendendum emptorem in causa euictionis, requiratur, quod peremptorem interpellatus fuerit. Bart. in l. denun ciasse. §. quid ergò. nu. 2. ff. ad l. Iul. de adul. tamen si iuramentum appositum fuerit in contractu, & venditor sciuerit litē futuram absq; interpellatione, ratione iuramenti ad defendēdum emptorem obligatur. Dec. in repet. l. quod te. nu. 43. ff. si cert. peta. Cranet. in con. 64. nu. 2. in 1. part. cons. & Rolan. à Valle, in con. 57. num. 45. in 1. Tom. cons.

CONCLVSIO LII.

31 INVENTARIVM ac librum rationum si quis non confecerit, cùm sit dolus in omittendo, & dolus præsumptus, non posse deferri iuramentum in litem, Ias. consulendo scribit in cons. 174. nu. 3. vers. tertiò principaliter facit. in 2. vol. consil. Sed quòd deferri possit est communis opinio, licèt dolus in omittendo & præsumptus fuerit, quia potest & debet nihilominùs deferri tale iuramentum. Et hanc communem Docto. sententiam esse post alios refert Ioan. Baptist. Plot. in Rep. l. si quando. §. quarto. incip. Primò itaque. numer. 85. ver. & hæc est vera & communis opinio. C. vnde vi.

LIII. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO LIIII.

3 IVDICES qui non possunt principaliter de causa cognoscere, possunt tamen incidenter, nisi sit causa spiritualis matrimonij vel vsurarum, de qua Iudices sæculares nec principaliter nec incidenter possunt cognoscere. c. tuam. ext. de ord. cognitio. e. lator. qui filij sint legit. & c. si Iudex laicus. de sentent. excommu. in 6. quod verum esse dicunt Doctores, quando est quæstio super iure, secùs esse, si super facto. Barto. in l. omni innouatione. C. de sacros. Eccle. in l. quoties. C. de iudic. quęstionem autem iuris intelligunt, quando de potentia disputatur, id est, possitne matrimonium esse inter illum & illam. Quæstionem facti vocant, quandó de ipso actu, id est, an sit vel non sit, disputatur, & ideo si ageretur petitione hereditatis, & exciperetur ab aliquo, tu non potes petere, quia non es filius Pauli defuncti, vel nō fuit matrimonium inter parentes tuos, Iam si actor vellet probare actum matrimonij, scilicet desponsationem, subarrationem per annulos factam, illa causa matrimonij incidens, quia facti est, potest terminari à sæculari Iudice, sed si diceretur inter illos, quos asserit parentes, non potuit esse matrimonium, quia fuerunt consanguinei & in gradu prohibito, quæ est quæstió iuris, & non potest à Iudice sæculari decidi, & ideo cognitio eius remittenda est ad spirituales Iudices. Quam sententiam licèt improbet Bald. in dict. l. quoties. numer. 3. nullam distinctionem faciens inter quæstionem facti & iuris, Putat enim ipse semper causam remittendam esse, communis tamen practica & opinio est in contrarium Paul. de Castr. in dict. l. quoties. numer. 6. Ias. eodem numer. 6. Sich. in fin. plures authoritates & longiorem explicationem adducit Nicol. Anton. Grauat. in suis analyt. annotatio. ad Octauia. Vestrij Isagogen in Romanæ aulæ actionem & iudiciorum mores. lib. 5. capit. 1. in verb. Quia si.

CONCLVSIO LV.

34 IVDEX ex officio suo potest interrogare partem, recipere testes & informationem etiam post conclusionem in causa, non solùm ad declarationem retrò acti tatorum in iudicio, quando illa essent ambigua, sed etiam ad intentionem partium de nouo fundandam, & sic in vim nouæ probationis. Anton. de But. in c. 1. numer. 13. in fin. inquiens, Et licèt quidam dicant, interrogationem fieri posse ad declarādum demùm probationem in causa, consului quòd etiam ad fundandam per leg. generaliter. §. 1.

C. de reb. credit. & gloss. in l. vbicunque. ff. de interrogato. actio. extr. de iudic. Idem in c. cum causam, numer. 15. ext. de iuram. calum. & ita se tenere inquit Alexand. de Imo. post recitationem aliarum authoritatum DD. in l. 4. §. hoc autem iudicium. nu. 18. in fin. ff. de damn. infect. licèt Speculat. & alij cõtrariam sententiam sequantur, quos ibi refert Alexand. & post cum Deci. eandem sententiam sequens in Rubr. num. 10. versic. & retenta prædicta conclusione. ext. de probat. Sed idem Decij, Butrij, Alexandri & aliorum sententiam tanquam cõmuniorem in d. c. 1. nume. 5. in 4. notab. ext. de iudic. sequitur, & ita obseruari vsque ad sententiam, quod Iudex interrogare posit, meminit Carol. Moli. in suis additio. ad lectu. Dec. in Rubri. lit. g. in verb. Remouetur. ext. de probatio. addens hoc intelligi super factis antiquis iam allegatis, non autem super nouis articulis. Quia sicut noua facta non possunt allegari, vt post conclusionem in causa, ita nec super nouis peti potest partem interrogari, vt post iuramentum. cap. cum Iohannes. extr. de fid. instrum. Hanc autem prædictam sententiam, quam Dec. communem arbitratus est, nõ esse communem, dicit Bellonus in con. 59. nume. 6. & 7. illamque magni nominis Interpretes approbare satis constat ex congerie authoritatum DD. cõgesta per Hippol. de Marsi. in suis singul. singul. 155. incip. Doctrina ac conclusio communis Docto. est, quam quoque refert Hartman Hartman. in lib. 2. obserua. foren. tit. de iudicijs. capit. 5. Iudex quando posit partem interrogare. Cæterùm priorem opinionem etiam non contemnendæ authoritatis Doctor. amplectuntur, Ioan. de Imo. in d. c. cum causam, numer. 4. in fin. Ludou. Rom. in l. admonendi. numer. 94. ff. de iureiuran. Felin. appellat hanc sententiam æquiorem, aliam in practica substantabiliorem, in d. c. cum Iohan. numer. 12. Refert remissiuè D. Ias. in d. l. admonendi. in repetit. nu. 63. ver. addo aliam pleniorẽ. Meminit & huius conclusionis Nicol. Anto. Grauat. in annotatio. ad Octa. Vestrij Isagogen in Romanæ aulæ actionem & iudiciorum mores. lib. 4. cap. 4. in verb. dixi autem, num. 25.

CONCLVSIO LVI.

35 IVDEX si probabiliter vim vereretur, aut alia immineret necessitas, tum ipse in causa necessitatis vel imminẽtis timoris, ex turri posset ferre sententiam, vel in equo sedens iudicare. Ita glos. est notabilis in verb. recitauit. in l. 1. C. de sentent. ex breuic. recit. Licèt ibi Bartol. numer. 3. contrarium sentiat, sed pro gloss. est communis opinio Vdal. Zas. in l. penul. numer. 24. ff. de iust. & iur. in Tom. 1.

CONCLVSIO LVII.

36 IVDEX extra territorium suum existens, partib. consentientib. sententiã ferre potest, dummodò Dominus territorij eum non prohiberet. Bartol. in l. ius plurib. num. 3. vers. in contrarium videtur. ff. de iust. & iure. & idem Bartol. in l. 1. ff. de iud. Et hanc communem opinionem Doctor. veriorem esse, licèt multi reclamauerint, tradunt Ias. in d. l. ius plurib. num. 10. & Zas. num. 26.

CONCLVSIO LVIII.

37 IVDEX originis alicuius non potest inquirere contra delinquentem de delicto commisso in alieno territorio, præsertim si fuerit inquisitum & processum contra eum per iudicẽ loci delicti, cùm de delicto eiusdem hominis sæpius quæri non debeat. l. licet. §. final. ff. nautæ, caupones, stabularij, vt recepta restituant. l. in delictis. §. fin. ff. de noxalib. Et hanc sententiam communem opinionem Docto. esse scribunt Hippol. de Marsi. in pract. sua crimin. §. constante. nu. 90. & 91. vbi ipse plures authoritates Scribentium adducit. & Iacob. Nouell. in Pract. & Theor. causa. crimin. capit. de mod. & form. citan. reos criminis. num. 51. Quia vbi delictum est commissum, ibi puniri debet, nec consideratur vnde est delinquens, & ea maximè, quando contra delinquentem est processum per iudicem loci, in quo crimen est commissum. Nam tunc per iudicem originis nullo modo procedi potest.

CONCLVSIO LIX.

38 IVDEX delicti condemnat delinquentem, etiam priuando ipsum bonis alibi existentib. sed executio realis, hoc est, ablatio possessionis fit per iudicẽ, sub quo bona sita sunt. c. postulasti. extr. de for. compet. vbi Ioan. de Imol. Panorm. Melchior Cling. & alij hanc doctrinam latiùs prosequuntur. Et ibi attestatur prædictus Ioan. de Imo. hoc communiter teneri. Propterea scribit Iohan. Barberius: Si quis habuerit in diuersis territorijs

territorijs bona, cui ista applicanda sint, an Domino vbi condemnatur, an verò Domino vbi sita sunt? Si Dominus domicilij vel rerum haberet fiscum, tunc bona, quæ sunt in loco domicilij, occupari per fiscum domicilij, & maximè, quia proprius forus est domicilij, per glos. in cap. statutum. §. cùm autem. de rescript. lib. 6. & allegat Barber. l. 3. C. de bon. vacan. lib. 10. Cùm fiscus territorij occupet bona in suo territorio vacantia. l. tutores. §. hæres. ff. de administ. & peric. tut. l. forma. §. si verò. vbi IC. Vlpian. inquit: Si verò quis agrum in alia ciuitate habet, in ea ciuitate profiteri debet, in quo ager est. ff. de censib. Et hanc communem esse opinionem, in viatorio, seu directorio iuris, in 1. par. in Rub. de crimin. læsæ maiest. fol. 4. traditur.

CONCLVSIO LX.

39 IVDICIS recusati processus est nullus, cùm cognitio trãslata sit in arbitros. Angel. in l. apertissimi. C. de iud. & ita Doct. communiter concludere refert Philip. Deci. in con. 175. nu. 2. De qua decisione quoque in verb. processus factus post recusationem, dictum est.

CONCLVSIO LXI.

40 IVDEX secularis de & super possessorio beneficiorum, & aliarum causarum spiritualium cognoscere potest, secundum opinionem Vincentij, quam recitat Ioan. And. in c. fin. ext. de iudi. Quam & alij Doct. Archidiac. Innocent. & Anton. de Butr. approbarunt, cùm possessorium non sit quid spirituale. Archidiac. in c. de restit. spoliat. lib. 6. & Zarabel. Cardin. in Clement. dispendiosam. de iud. Et hæc omnia refert Guid. Pap. in decis. Gratianop. in q. 1. nouissimè Ioan. Coras. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 17. vers. hinc denique videmus. Et ita Doct. cõmuniter concludere inquit Anto. de Petrucia. in l. 1. in 4. Remed. nu. 410. in 2. volum. Repet. Cuius decisionis quoq; mentionem facit, & de ea disserit in vtranq; partem Roland. à Valle, in consil. 23. volentis hanc sententiam tum procedere & locum habere, vbi Clericus intentasset remedium reintegrandæ possessionis beneficij contra Laicum, coram iudice seculari: secus vbi Laicus vel Clericus conueniar Clericum pro possessorio beneficiali coram Laico. in 2. Tomo consil. Item, an Clericus coram iudice Laico conueniri possit actione reali, indicant Rolan. ibid. nu. 13. & Mynsing. in Obserua. Cameræ, Obseru. 22. iu 1. Cent.

CONCLVSIO LXII.

41 IVDEX secularis punire potest Laicum vulnerantem alium Laicũ in Ecclesia. Bald. in l. si quis in hoc. nu. 2. C. de Episc. & Cleric. Licèt autem alij contrariam sententiam secuti fuerint, tamen prior sententia communiter est approbata referente Roland. à Valle, in consil. 24. numer. 6. in 2. Tom. vbi ipse nume. 9. valdè eleganter explicat illam quæstionem, An vterq; iudex tàm Ecclesiasticus ratione sacrilegij commissi in Ecclesia, quàm secularis ratione vulneris respectiuè procedere possit.

CONCLVSIO LXIII.

42 IVDEX delegatus sedis Apostolicæ potest implorare brachium seculare pro executione suæ sententiæ, quamuis expressè in sua commissione hoc sibi non concedatur. Ita expressè post alios refetunt Card. Zabarell. in Clem. vnica. nu. 14. vers. decimò quæro. & ibi Addit. in verb. nunquid executor. de offic. & potest. iud. deleg. & Pau. de Cast. in l. Episcopale. nu. 4. vers. allegatur etiam. C. de Episc. audien. Nouissimè Panor. in c. significasti. nu. 8. vers. extra glos. quæro. Felin. nu. 2. & Philip. Dec. nu. 4. vbi Panor. & Dec. hanc communem DD. opinionem esse testantur. extr. de offic. & potest. iud. delega. Non obstante textu in c. officium. §. denique de hærer. in 6. cui respondet Dec. adiectis nonnullis limitationibus sententiæ communis, quas per te videre poteris.

CONCLVSIO LXIIII.

43 IVDICIVM super possessorio rei spiritualis dicitur temporale, vnde Iudex laicus ea de re cognoscere potest. Balb. in suis decis. 174. Estque communis opinio. Ioan. Francis. Ripa in rubr. num. 9. vers. circa eam quæstionem. ext. de iudic. Quintil. Mando. in tract. de monitorijs. quæst. 13. num. 4.

CONCLVSIO LXV.

44 IVDEX ex causa pœnam augere potest, etiam ratione statuti recepti. l. quid ergo. §. pœna grauior, & ibi Doctor. Bartol. num. 9.

Bald.

Bald in vtraq; lectu. Rapha. Fulgos. nu. 19. Paul. de Castro, numer. 2. versic. nota primò quod iudex potest imponere grauiorem pœnam pro delicto quàm lex vel statutum dicat, & eodem modo potest imponere minorem. l. sed & si seuerior. C. ex quibus cau. infam. irroge. ff. de his qui notan. infam. Abb. Felin. Dec. in cap. 1. extr. de constitut. idem Dec. in c. de causis. numer. 5. extr. de Offic. delega. Angel. Aretin. & Apostil. Augustin. in verb. quas si non soluerit infra decem dies. num. 9. vers. sed vnum aduertas. & numer. 13. cum seqq. & Tiraq. eleganter in tracta. de Pœn. in præfat. numer. 16. versic. sed quę dicta sunt. Et hanc communem DD. opinionem esse dicunt Vasquius in lib. 1. de success. resolut. §. nono. numer. 29. & Hippo. Riminal. in l. 1. nu. 9. ff. quod quisq; Iuris. Quæ doctrina intelligitur, si causa exprimatur in sententiam, vel ex processu pateat, aliàs secus. Tiraq. in d. præfat. numer. 54. & Hippol. Riminal. in d. l. 1. numer. 42.

CONCLVSIO LXVI.

45 IVDEX siue Magistratus si quem indebitè torqueri curauerit, qua pœna puniatur Doctor. inter se non conueniunt. Nonnulli simili supplicio eum afficiendum esse, allegantes l. nemo carcerem. C. de Exactor. tributo. lib. 10. Francisc. Brun. in tractat. de indic. & tortu. in quæst. 7. 2. part. in princip. Thom. Grammat. in consil. 15. numer. 15. nonnulli pœna capitis. Bald. in l. Decuriones. C. de quæst. Iohan. de Anan. capit. 1. numer. 4. extr. de Cleric. percuss. Angel. Aretin. in tracta. de malefic. in verb. quod fama publica. numer. 95. versicu. Tertiò quæro, an tortus posit iterùm torqueri. Quam sententiam magis communem esse inquit Hippol. de Marsi. in l. 1. §. prætereà. numer. 7. in fin. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. & in leg. quæstionis modum. numer. 73. versic. successiuè quæri potest. & in sua pract. crimin. §. expedita. numer. 87. versic. Quæro consequenter. alij extraordinariè, Bois. in tracta. rer. crimin. titul. de Tortu. numer. 31. Iul. Clar. in lib. 5. senten. §. fin. quæst. 64. in princip. Quidam verò actione iniuriarum eum teneri voluerunt. Bald. in rub. nume. 7. versic. quæro qualiter debeat puniri, si de facto quis tortus fuerit, Respondet ipse nō puniri similitudine torturæ, quia non reperitur in iure cautum, quòd tortura alicui pro finali pœna delicti imponatur, sed teneri eum iniuriarum, & pro motu sui iudicij puniri, per text. in l. iniuriarum æstimatio. ff. de iniur. & Salycet. in l. fin. numer. 4. versic. sepiimò qui fecit. C. de pœn. Iud. qui malè iud. Alexand. de Imola, in l. 1. numer. 19. in fine. Ias. numer. 2. Hippol. Riminal. 189. ff. quod quisq; Iur. licèt Sebastian. Sapia. ibid. numer. 8. Baldi in d. l. Decuriones. & Hippol. de Mars. in d. l. quæstionis, in d. §. expeditæ, sententiam secutus fuerit, sed crebrior est Doctor. sententia, extraordinariè iudicem, qui aliquem indebitè torturæ & quęstionibus subiecit, puniri. Bossi. in d. titul. de tortur. numer. 31. Clar. d. quæst. 64. Cæterùm de hac quæstione præclarè scribit, referendo aliquot casus, post Francisc. Brun. in dict. tractat. de indic. & tortur. d. quæst. 7. secundæ partis. Iacob. Menoch. in lib. 2. de arbitra. iud. quæst. & Cautela. Centuria 4. casu 350. pœna qua puniendus sit Iudex, qui vel omnino indebitè reum quæstionibus subiecit, vel in torquendo modum excessit.

CONCLVSIO LXVII.

46 IVDEX potest præcisè partem compellere ad litis contestationem. Bald. in l. 1. in 5. quæst. numer. 6. C. de litis contestat. Estque hæc communis Doctor. assertio, referentibus Roberto Maranta in tractat. de ordi. iudicio. in 6. par. prin. de litis cōtestat. 10. membro iudicij. nu. 8. Lancilleto Conrado in suo prætorio & curiali breuiario, tit. de litis contestat. numer. 3. & Balthazar. Quinct. Aquil. in suis additio. ad con. Paul. de Cast. in cons. 33. in verb. præcisè. numer. 23. in 3. part. cons.

CONCLVSIO LXVIII.

47 IVDICII locus, in quo causa agitur in ordinatorijs, attendi debet. Estque hæc sententia communis Panormita. referente in capit. quod Clericis. numer. 10. ext. de foro compet. Quintil. Mandos. in prax. commissio. for. 4. in verb. Curatorem ad lit. in fi. Quid autem decisione litis respondendum sit, ibidem latè per optimam distinctionem explicat Panorm. quam non describo. Cuius doctrinæ quoque limitationes recensentur à Maria. Soci. Seni. ibid. nume. 6. cum sequentibus.

CON-

CONCLVSIO LXIX.

48 IVDEX secundum allegata & probata iudicare debet, leg. illicitas. §. veritas, & ibi Doctor. ff. de offic. præsidis. Vnde verior est illa opinio, qua asseritur, Iudicem debere ex allegatis & probatis in iudicio, quæ sibi vt iudici nota sunt, non ex his quæ priuatim ex particulari scientia perceperit, sententiam dicere, gloss. in capit. 1. in verb. Secundum quod Canones, & ibi Scribentes. extr. de offic. Iudic. ordin. Felin. in capit. pastoralis. §. quia verò. nu. 23. ext. de offic. Iud. delegat. Iason in §. si minus. num. 15. Institu. de action. Iacob. Boniour Carpentoractensis in dict. §. veritas. Octauianus Cacheran. in decision. sacri Senatus Pedemontani, decisio. 1. numer. 29. & decis. 146. numer. 14. Gasp. Caballi. in suis gloss. ad Aegidia. constitutiones, lib. 4. capi. 3. in verb. In præsentia Rectoris. Iul. Clar. in pract. crimin. quæstio. 8. versicul. Sed pone. & quæstio. 66. versicu. Scies autem. Remissiuè Bernardi. Alpha. in dict. l. illicitas. numer. 319. Estque communis sententia Doctor. Didac. Couarru. in libro primo, varia. resolut. capit. 1. Qualiter Iudex ex actis ius dicere debeat aduersus ea quæ priuatim cognouerit. nu. 6. Nic. Ant. Grauat. in suis analyticis Annotatio. ad Octau. Vestr. in Romanæ aulę actionē & iudiciorū mores introductionem, lib. 3. capit. 1. numer. 7. Quamuis hanc sententiam acerrimè impugnauerint Iohann. Oldendorf. in tract. de iur. & æquitat. titul. 13. vtrùm iudex conscientiam suam an probationes sequi debeat. & Iohann. Coras. in lib. 4. miscellaneo. iuris Ciuilis, capit. 20. Ex actis contra conscientiam an iudicem iudicare oporteat, ac quo sensu §. veritas, accipiendus sit. Fallentias tamen nonnullas prædictæ doctrinæ reperies apud Felin. in dict. §. quia verò, & Docto. C. vt quæ desunt Aduocatis, partium, iudex suppl. & Coras. dict. capit. 20. & illorum Doctor. qui contra communem sentiunt sententias optimè confutat & explicat Didac. dict. capit. 1.

CONCLVSIO LXX.

49 IVDEX loci, in quo commissum est delictum, contra delinquentem procedere potest, etiam quòd ille aliàs non sit Iurisdictioni suæ suppositus, eumque condemnare & punire. gloss. & Doctor. in leg. solent. ff. de custo. reo. l. à Diuo Pio. §. sententiam. ff. de re iudicat. capit. vltim. extr. de for. compet. Textus est & ibi Doctor. in l. 1. & Authent. qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi oportet. Et hanc sententiam tanquam communem pluribus rationibus confirmat Didac. Couarru. in suis pract. quæstio. cap. 11. numero 3. versic. Illud etenim receptum est. Meminit quoque Iulius Clarus in sua pract. crimina. quæstio. 38. & quæstione 85. Præter has authoritates addendi sunt & alij textus, & DD. hanc conclusionem copiosè explicantes. c. si peccauerit. Ibi, vt vbi contigerit malum, ibi moriatur. 3. quæstio. 1. c. ibi semper causa agatur, vbi crimen admittitur. 3. quæstio. 6. c. postulastis. c. fin. ext. de for. compet. vbi Doctores communiter tradiderunt. Quia delictum dat iurisdictionem contra delinquentem, illi Iudici, qui alioquin non erat ipsius Iudex. Iacob. de Bellouis. in consil. 9. numero 47. in 1. volum. cons. crimin. Idque procedit, etiamsi delinquens dignitate sit, & administratione Reipubl. insignitus, cum extra territorium suum priuatus censeatur. Non enim distinguitur, Vnde sint, l. 3. ff. de offic. præsid. gloss. in c. 1. in verb. Iudicare. ext. de offi. ordinarij. Melch. Cling. in dict. cap. fin. numero 5. ext. de for. compet. Frid. Schenck in Viridario conclusio. Iuridica. conclusione 116. Et scribit Alciat. post alios in dict. c. 1. numero 48. ext. de offic. ordina. rationem huius decisionis hanc esse, quia delinquens alligat se ipsum, & videtur cōsentire in proroganda Iurisdictione vnde tenetur etiā naturaliter ex præsumpto consensu, vt per Bart. & alios Doctor. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. & propterea si non puniatur in loco delicti, poterit puniri in loco originis, secundum formam statutorum loci, in quo deliquit, leg. saccularij. §. sunt quædam. ff. de extraord. crimin. Doct. in l. cunctos. C. de summa Trinit. & fid. catholi. Estque hæc communis opinio, vt attestatur ibidem Alciat. post alios ab eo citatos, Ang. Aret. in tract. maleficio. in verb. Hæc est quædam inquisitio. ver. quæro an in delictis. nume. 83. & ibi apostil. nu. 84. Alex. de Imol. in cons. 111. in 1. vol. cons. Quam tamen conclusionem Alc. in d. c. 1. latiùs declarat, licèt multi refragētur, quos recenset Heinric. Bottrus, in tract. de synodo Episcopi, in 3. par. in 21. articul. num. 21. ver. amplia octauò. in 1. vol. tract. Nouissimè Gasp. Cabal. in suis scho' ij. ad Aegidianas cōstitutiones, lib. 4. c. 26. in verb. contumaces. num. 5.

CON-

CONCLVSIO LXXI.

50 IVDEX inquietati, non autem inquietantis adiri debet super inquietatione, sicuti etiam super diffamatione, iudex diffamati, non diffamantis. Estq; hæc opinio magis communis. Lud. Gomez. in §. prẹiudiciales. ante fin. ver. Quis autem erit iudex competens. Instit. de actio. Horat. Mandos. in suis additionibus ad con. Lud. Rom. in cons. 412. in verb. Conuenisset. De qua conclusione, & præsertim eius membro vltimo copiosè scribit in vtramque partem adductis authoritatibus. Barthol. Blarerius Germanus in sua vtilissima repetit. l. diffamari. C. de ingenu. manumiss. cap. 4. quis Iudex, & quod forum competens sit in hoc. leg. diffamari iudicio, quis item actor aut reus censendus. num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. cum seqq.

CONCLVSIO LXXII.

51 IVRAMENTI absolutio non conceditur, nisi pars, de cuius præiudicio agitur, citata fuerit. Ioan. de Imol. in c. debitores. nu. 10. ext. de iureiur. Alex. de Imol. in cons. 222. num. 8. vers. prætereà. in 2. lib. cons. per multas authoritates, quas ibi Carol. Molin. in verb. habilitatio. Hippol. de Mars. in l. de vnoquoque. numer. 193. ff. de re iud. allegarunt. Et hanc opinionem communem & melioribus iuribus roboratam esse refert ibid. numer 194. Hippol. alij autem absolutionem à iuramento concedi ad effectum agenti sine citatione partis voluerunt, & hanc sententiam communi calculo approbatam esse. Anton. de Butr. in dict. cap. debitores. vbi dicit, quòd licèt Frideric. de Senis, in cons. 300. voluerit, in iuramenri absolutione requiri citationem: tamen id verum est, Si iudex vult, aliâs potest absoluere sine citatione partis. Sequitur Anton. de Prato veteri, in consil. 49. numer. 20. inter consil. Alexand. in 4. lib. consil. Roland. à Valle, in consil. 13. numer. 38. in 1. Tom. con. Quod tamen cum eo temperamento intelligendum est, quando non ageretur de prẹiudicio partis. Dec. in cap. qua fronte. num. 8. ext. de appellat. aliás prior sententia communior est, per ea quæ deducuntur, tùm ab Abbat. nume. 13. tùm Felin. numer. 23. cum sequent. in capi. 1. ext. de iureiur. atque alijs. Ias. in l. nec quidquam. §. vbi decretum. nume. 49. ff. de offic. proconsul. & legá. Stephan. Auffrer. in Decis. Capell. Tholos. quæstio. 62. & Roland. à Valle, in cons. 2. numer. 11. vers. non obstant adducta. & ibidem nu. 6. in 2. Tom. multis adductis authoritatib. declarat ipse hanc communem Doct. sententiam esse, tunc partem in relaxatione iuramenti citandum esse, quando ea petitur, vt per iuramentum tollatur & cancelletur obligatio contracta. Quia tunc sine causæ cognitione & citatione partis non valeret, secùs si absolutio à iuramento peratur, non ad hoc, vt contractus tollatur, sed vt habilitetur persona ad hoc, vt non obstante iuramento posit agere & detegere dolum contractus. Quia tunc non est necessaria partis vocatio, cùm non agatur de graui præiudicio creditoris, cui remaner omne ius saluum ad debitum defendendum. Et hanc communem opinionem esse inquit And. Alciat. in cap. cùm contingat. num. 44. ext. de iureiur. Quam & recentiores multi post veteres approbarunt, Iohan. de Sylua. in tractat. de iureiu. in 4. part. versic. quæro sexrò. num. 6. in 2. Fallenr. in 5. vol. tractat. Marian. Socin. Iun. in cons. 47. num. 38. in 3. vol. con. & Aym. Crauet. in consil. 7. numer. 7. in 1. part. cons.

CONCLVSIO LXXIII.

52 IVRAMENTVM & fidei præstatio æquiparãtur & à pari procedunt, vt notatur in c. ad aures, ext. quod met. caus. c. peruenit. c. cum tempore. c. ex parte. de arbit. c. querelam. Ne prælati vices suas vel Ecclesi. sub annuo censu concedant. Et quâuis quâtum ad pœnas imponendas sit magna concertatio opinionum, an à pari procedant: tamen quò ad validitatem actus & obseruâtiam contractus & promissorum, omnium est vna sententia Doctorū, quòd à pari ambulent. Ita nouissimè post multos allegatos DD. refert Florent. à Venning. in con. 1. nu. 85. in 4. Tom. cō. à diuersis ac præcipuis tùm Academijs tùm ICtis conscriptorū & Francoford. anno 72. impressorum. Et pulchrè tradit Mynsing. quòd promissiones Principum factæ bey Fürstlichen Ehren / ęquipolleant iuramento in obseruationibus Iudicij Imperialis Cameræ, Centu. 1. obseruat. 17. Franc. Burs. in con. 78. post. nu. 19. Et quando in instrumento esset appositū iuramentum, vel aliquid loco vel vice iuramenti, vt cū debeo tibi 100. ex mutuo, de qno do tibi instrumentū Notarij, & obligo me sub iuramento vel si sum Nobilis vel Princeps, bey Edelmanns Glauben / bey Fürstlichen Würden / promitto me ad certum diem soluere, tunc instru-

instrumentum habet executionem paratam. Bart. in l. 2. ff. de iureiur. & nouissimè Sichard. in l. fin. nu. 13. versi. quartus casus est. C. de edic. D. Hadria. tollend.

CONCLVSIO LXXIIII.

53 IVRAMENTVM etiam vi vel metu extortum obligat ipso iure, & non potest quis contrauenire, nisi prius petita absolutione. Innocent. Hostiens. Ioan. Andr. Bald. Ant. de Butr. Ioan. de Imo. Abb. nu. 9. & Feli. nu. 8. in c. si verò. ext. de iureiur. c. verum. ext. eod. tit. Huic sententiæ omnes DD. adstipulantur. Pet. de Anchor. in con. 382. inci. Retento ordine dubiorum. in prin. Matth. de Afflict. in c. 1. §. item sacramenta. num. 11. in fi. in tit. de pace iuramen. firmand. in vsibus feud. Alex. de Im. in con. 93. nu. 5. & 6. in 5. volu. con. Nico. Euerhard. in con. 40. nu. 4. ver. & quod in casu nostro. in 4. Tom. consiliorum diuersorum Doctorum Francofordiæ anno 1572. impressorum.

CONCLVSIO LXXV.

54 IVRAMENTVM si præstitum fuerit, & petatur absolutio à iuramento, requiritur partis citatio & causæ cognitio. Petr. de Anch. in con. 198. incip. Prædictis subtiliter & ad plenum deductis. Panor. in c. 1. nu. 13. ext. de iureiur. plures auctoritates adducit Nicol. Euerhard. in cons. 40. nu. 33. vbi & de communi sententia ipse mentionem facit, quòd scilicet prædicta opinio sit communis, in 4. tom. cõsiliorum diuersorum Doctorum Francofordiæ anno 1572. impresso. Cuius quoq; mentionem feci in conclusione, incip. Iuramenti absolutio non conceditur, nisi pars, de cuius præiudicio, &c.

CONCLVSIO LXXVI.

55 IVRAMENTVM si præstitum fuerit, & petatur absolutio à iuramẽto, ea fieri non potest, posteaquàm quis iuramento contrauenit. Nam periurus semel non potest In eadem causa, in qua factus est periurus, petere absolutionem à iuramento, quandoquidem tali periuro absolutio concedi non potest, sed ea ante omnia peti debuisset, per notata Bald. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. petat. Estq; hæc sententia Doctorum magis communis. Alex. de Imol. in con. 17. nu. 4. in 3. lib. in con. 83. num. 7. lib. 5. & con. 118. in fi. lib. 7. consi. Quia frustra auxilium legis inuocat, qui cõmittit in legem. c. quia frustra. ext. de vsur. Fred. de Sen. in quæstione 300. in fi. & Nicol. Euerhard. in consi. 40. nu. 17. vers. Quinimò in casu nostro. in 4. tom. cõsiliorum diuersorum Doctorum Francofordiæ anno 1572. impresso. De qua cõclusione dubitat Caro. Molin. in suis additio. ad con. Alex. de Imo. in d. con. 83. in lit. b. in verb. Incidit. & In d. con. 118. in lit. d. in verb. Iuramentum.

CONCLVSIO LXXVII.

56 IVRAMENTVM calumniæ etsi in litis contestatione præstitum non fuerit, in quacunq; parte iudicij illud peti potest. c. 2. §. in omnibus. De iuram. calum. in 6. etiam post conclusionem in causa referente Bald. in l. 1. nu. 8. ver. Sed nunquid postquàm est conclusum. C. de iureiur. prop. calu. dando. Meminit Rob. Mar. in tract. de ord. iud. part. 6. de iuramento. nume. 3. vers. istud autem iuramentum calumniæ potest exigi per iudicem in quacunq; parte iudicij etiam post conclusum in causa. Sed huic sententiæ refragatur glo. vltima in verb. occulta veritare. in cap. ex literis. ext. de iureiur. expreßè dicens, Iuramentum calumniæ post conclusionem non admitti. Sichard. in rubr. num. 9. C. de iureiuran. prop. cal. dando. Et huius glos. sententiam communiter approbari scribit post alios ab ipso allegatos Nicol. An. Grauat. ad Octau. Vestr. in Roma. aul. actio. & iud. mor. Isagogen, in suis analy. annota. lib. 5. cap. 1. in verb. Et si pars. nu. 14. Verùm alij voluerunt iudicem ex officio posse illud exigere, etiam postquàm est conclusum in causa. Pet. de Anch. in c. 1. de iuram. calu. lib. 6. Hartman. Hartman. lib. 2. practica. forens. tit. de conclusione. capit. 2. conclusione in causa facta, an possint fieri productiones à partibus. Cæterùm DD. Canonistæ in hac materia pleniùs concludunt, si loquamur de causis summarijs, tum iuramentum calumniæ etiam post conclusionẽ in causa præstari potest, secundum glos. ab omnibus commẽdatam in Clem. sæpè. in verb. Interrogabit. de verb. sig. Si verò loquamur de causis plenarijs, & tunc aut Iudex ex

officio exigit, & potest præstari. arg. c. cùm Iohannes. §. ad hoc. ver. non obstãte. cum gl. in verb. postquam. & ibi DD. ext. de fid. instrum. Aut pars post conclusionem in causa petit iurati de calũnia, & tunc præstari non debet. c. pastoralis. §. ne lites litibus inculcẽtur, cum §§. seqq. ext. de caus. possessio. & proprier. Et in hoc casu quoque intelligi potest gloss. fina. in d. c. ex literis. Et ita asserere Ioh. And. Philip. Fran. & alios scribit Melch. Cling, in c. 1. num. 4. de iuram. cal. & refert nouissimè Ioh. Baptist. Asin. ad statutum Florentinum, de modo procedendi in ciuilibus, titul. de conclusione in causa. §. 24. capit. 10. Conclusio in causa antequam sequatur, an iuramentum calumniæ præstari possit.

CONCLVSIO LXXVIII.

57 IVRAMENTVM calumniæ licèt tacitè remitti possit, nec ex eo processus corruat. c. 1. & ibi glos. in verb. tacitè. & in verb. annullandus. & Doct. de iuram. cal. in 6. tamẽ si pars illud petierit, præstari debet, & si nõ præstaretur in aliqua parte iudicij, processus totus, & sententia inde secuta annullarentur, Quia tũc dicitur omissum vnum de substãtialib. iudicij. Bart. in l. de pupillo. §. quia opus nouũ. nu. 1. Alex. nu. 2. Ias. num. 3. ff. de nou. oper. nun. Ioan. de Imol. in l. qui bona fide. §. si alieno nomine. nu. 9. Alex. de Imo. num. 14. ff. de dam. in fect. Quod ante illos asseruit Iac. Bu. in l. 2. §. sed quia vetemur. C. de iuram. prop. cal. dan. vbi est tex. apertus, quòd tale iuramentum remitti non possit, quia propter vtilitatem publicã præstari debet. Quod cum eo temperamẽto intelligitur, secundum communiorem Docto. sententiam, quando per partem fuerit petitũ, in quibuscunque causis etiam beneficialibus & summarijs. Sebast. Vantius in tract. de nullitatibus processuum ac sentẽtiarum. tit. de nullitate ex defectu processus. Nic. Ant. Grau. in suis anal. annotat. ad Oct. Vest. in Rom. aul. actio. & iudicio. mor. Isag. lib. 5. cap. 1. in verb. etsi pars. cir. fin. licèt nõnulli voluerint, nec etiam tacitè remitti posse, per illũ textum generaliter loquentem, sed communis opinio est in contrarium, quod tacitè remittatur, & per eius omissionem processus non vitietur, nisi per partem petitum fuerit. Thom. Ferrar. in tract. Cautel. Caut. 12. consulẽdo scribit Marian. Soc. Iun. hanc esse communem sententiam, in cons. 59. num. 1. in 2. par. con. Quod adeò verum est, vt non valeret consuetudo vel statutum, quòd iuramentum calumniæ expressè remitti possit, Quia talis consuetudo esset contra publicam vtilitatem, & irrationabilis, cùm hoc fuerit inductum fauore veritatis. d. §. sed quia veremur. c. cæterùm. ext. de iuram. cal. Ioan. Pet. de Ferrar. in sua Pract. in form. libel. actionis realis. in verb. per sacramentũ calumniæ, nu. 7. & 8. pulchrè Roland. à Val. in cõs. 71. nu. 7. cum seqq. in 1. Tom. con. Pulchrè Iacob. Menoch. in tractat. de arbitra. Iudi. quæst. lib. 1. quæst. 20. & Bernh. Vuurmbser. in suis Pract. obserua. tit. de iuram. calum. verita. malit. & alijs. lib. 1. cap. 2. vbi Apostil. addit, Obseruandum esse, quòd in Camera Imperiali, licèt iuramentum calumniæ petitum sit in prima instantia, tamen huiusmodi nullitas non curetur, sed illa non obstante in principali nihilominus pronuncietur, dummodò de meritis causæ ex actis prioris instantiæ constet. In causis quoque criminalib. iurandum est de calumnia, vt habet communis opinio, vti refert Maria. Soc. in c. literas. post num. 7. vers. sit ergo conclusio, & post nu. 16. vers. nonò fallit. ext. de iuram. calum. de quo iuramento multa annotatu digna cumulat Gabri. Saray. in suis addit. ad singul. Math. Mathesila. singul. 63. & Apostil. ad singul. Roman. singulari 428.

CONCLVSIO LXXIX.

58 IVRIVM personalium an sit dare quasi possessionem dubitatur. Et non dubium est in illis dare possessionem, cùm præscribantur, vt notat gloss. in l. de in rem verso. ff. de vsur. l. regulariter. l. nec vllam. §. fin. ff. de petit. hæred. Guilhel. de Cun. in l. solent. §. fin. ff. de offic. procons. & legat. Canonistæ in c. querelam. extr. de elect. Licèt Cyn. sententiam contrariam in l. si certis annis. C. de pact. secutus fuerit. Et hanc communem opinionem Doct. esse scribit Signor. de homod. in cons. 222. num. 4.

CON-

CONCLVSIO LXXX.

59 IVRISDICTIONEM quando quis regulariter non habet contra quempiam, Paulum vel Andream, sed in aliquo casu speciali, puta si Lubecēsis citaretur Vuismariæ ratione contractus ibi initi, & ipse opponeret, se non debere citari, & nō esse iurisdictioni illius Iudicis subiectum, Quia negat se vnquam ibi contraxisse, requiritur quod antequam ad vlteriora procedatur, circa expeditionem causæ primò cognoscatur summariè, an cōtraxerit ibi vel non, & posteà pronūcietur super competentia. Ita in specie refert Curt. Iun. in con. 124. nu. 6. vers. Sed præsupposito. addens hanc veram & communem esse opinionem, quam quoq; nouissimè adducit Quint. Mandos. in additio. ad allegat. Lapi, alleg. 10. in verb. præscriptione. lit. k.

CONCLVSIO LXXXI.

60 IVRISDICTIONEM in castro si Princeps alicui contulerit, an videatur contulisse merum & mixtum imperium. De hac decisione variæ & discrepantes Doct. fuerunt sententiæ. Bald. in c. quanto. nu. 7. inquit: Si committerem tibi omnem iurisdictionem, quòd non contineretur merum imperium. Quia illud verbum, omnem, prædicatur de pluribus differentibus in specie, non pluribus differentib. numero, Ista enim suprema requirunt supremum, id est, speciale mandatum, extr. de iudic. Propterea Abb. in capit. quod sedem. voluit, dispositionem loquentem de iurisdictione, in dubio intelligendam esse, de minima, nisi addita sit dictio, omnimoda, per glos. in Clem. vnica. in verb. omnimodam. de foro competen. ext. de offi. ordin. Communis tamen opinio Docto. est in contrarium. Ioan. Petr. de Ferra. Papien. in sua Pract. in form. libelli, pro actione confessoria. pro seruitut. in verb. plenam & omnimodam. numer. 2. Felin. in d. capit. quòd sedem. num. 4. Alexan. de Imo. in l. 1. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdict. & in consi. 35. num. 1. & sequent. in vol. 4. cons. Et hanc communem Docto. sententiam esse, adductis argumentis in vtranq; partem, & limitationib. dicit And. Alciat. in d. c. quòd sedem. vers. sed hic successiuè contingit dubitari. num. 26. cum sequenti. Quam tamen Carol. Molin. admittere non vult in suis Comment. in consue. Paris. §. 1. glos. 5. vers. declaro primò, vt nedū transferatur simplex iurisdictio, sed etiam merum & mixtum imperium, & maximè si concessio fiat à Principe. nu. 48. Nouissimè Matth. Castritius in suis explicationib. ad practicam Masuerij, sub ti. de iurisdictio. nu. 1. Et hanc quæstionem latiùs explicat Vasq. Menchacensis, in lib. 1. controuers. illustr. nu. 9. vers. tertiò colligitur ex superioribus. Alciat. quoq; ad allegatam glo. in verb. omnimodam. nu. 27. in d. Clem. 1. bene respondet, quia illa dictio ibi non videtur apposita, vt includatur merum imperium, quod etiam sine illa fuisset inclusum, sed ad declarandas qualitates ipsius iurisdictionis, vt ostenderetur, quod eodem modo & forma, qua solebant Episcopi cognoscere in diœcœsi sua, ita etiam cognoscerent, quādo sunt expulsi in propinqua ciuitate.

LXXXII. infrà in Secunda parte & sequentes.

CONCLVSIO LXXXVIII.

67 IVSPATRONATVS tanto tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium, per Laicum præscribitur. Panor. in c. dilectus. vbi Apostillator in verb. in contrarium, hanc opinionem communem esse asserit. ext. de offic. lega. Pulchrè Paul. de Citadinis in tract. de iure patron. in 5. casu. acquiren. ius patro. nu. 16. versi. istam met opinionem. in 16. volum. tract. Docto. vbi ipse in fin. inquit: Aduocatus vel iudex malè consuleret & iudicaret, qui contra hanc cōmunem opinionem iudicaret vel consuleret. Sed quid in Ecclesia libera respondendum? In illa vel in ipsius præiudicium non posse acquiri ius patronatus per præscriptionē multi doct voluerunt, quos referunt Ioan. Franc. de Ripa, in Rub. num. 79. ext. de iudic. & Roland. à Valle, in con. 47. nu. 33. in 1. Tom. consi.

CONCLVSIO LXXXIX.

68 IVS feudi quamuis non possit dari in solutum, tamen secundum sententiam communiter approbatam, commoditas

in executione sententiæ poterit creditori adiudicari. Bart. in l.si finita. §.si de vectigalib.num.5.Paul.de Castro,num.6.& Alex.de Imol.num.16.cum sequent. ff.de damn.infect.& Bartoli sententiam Doct. communiter amplecti consulendo scribit Roland.à Valle, in cons.80. nn.34. in 1.Tom.con.Bursat.in con.44.nu.34.

CONCLVSIO XC.

69 IVRI offerendi seu redimendi per præscriptionem 30. annorū præscribi posse, probatur per tex.in l.cùm notissimi.C.de præscrip.30.vel 40.anno. vbi expreßè dicitur: Ius quod competit secundo creditori in hypotheca vel pignore, cōtra priorem creditorem præscribi 30.annis, cùm ius redimendi seu offerendi sit ius. Ergo præscribi potest 30.annis.l.sicut.l.omnes. C.codē. Ha c communem opinionem esse inquit Hieron.Schurff, in consil. 41. vers.item quartò.num.7.in 1.Cent.& in cons.88.num.9.in 2.Cent.

CONCLVSIO XCI.

70 IVRA quædam sunt negatiua, vt, seruitus altiùs nō tollendi, ius non eundi ad molendinum: Quædam sunt iura affirmatiua, vt, seruitus aquæ ducendæ, itineris atq; prospectus, ius præsentandi, eligēdi, & similia. In iurib. verò negatiuis cōmunis Doct.conclusio est, explicante Franc. de Ripa, in c.cùm Ecclesia Sutrina. num. 50.ext.de caus.poss.& propri. Quòd actus præsumantur semper fieri iure facultatis, nisi volens facere actum fuerit prohibitus,& prohibitioni acquieuerit. Quia tūc si à die prohibitionis essent elapsa tempora legitima ad præscriptionem causandā, possent compelli, ne alij accederent ad molēdinum, cùm natura horum iurium consistat in actu prohibitorio. Bald. in l.1. nu.8.C.de seruit.& aqua.Panor.in cap.significante.nu.1.ext.de appellat. Roland. à Valle, in cons.9.nu.17.& in cons.22. nu. 34.in 2.Tom.cons.

CONCLVSIO XCII.

71 IVS redimendi an cedi possit, in vtranq; partem eleganter explicat Rolan. à Vall.in cons.28.in 2.tom.ex cuius explicatione satis liquet, nu.14.cum sequent, id cedi posse, vbi ipse quoque & alia quæ cedi possint, recenset. Latiùs Tiraquel.in tract.de vtroque retract.§.16. du conuentionel.gl.3.vsque ad nu.42.

L.

CONCLVSIO XCIII.

1 LABORATORES secantes ligna in nemore alieno, de mandato alterius, à pœna excusantur, Ita vult gloss. expreßè in verb.descendit. l. in rem actio.§.tignum. & ibi bona additio ex Bologneto. ff. de rei vindicat. Alex.de Imol.in l.de pupillo.§.denunciationem. num.11.ff.de nou.oper.nunciat. Et hanc glos. communiter approbari scribit consulendo Bart. Socin. in cons. 54. num.23. in 4.vol.cons. Quam doctrinam latiùs prosequitur Roland. à Valle, in cons. 54. num.6.cum sequent.in 1.Tom.cons. addens post Bart.Socin.in d.con.54.& alios ibi per eum allegatos pulchra, quando protestatio seu denunciatio re integra, & sic ante actum facta fuisset, Item si non appareret, an protestatio fuisset facta antè vel pòst, quid iuris in eo casu sit statuēdum. Dec.in l 4.nu.8.& 9. & Vvilhel. Mayne.nu.10.ff.de reg. iuris.

CONCLVSIO XCIIII.

2 LABORATORES cōducti in alienam domum vel possessionem, si fuerūt ob id accusati à vero domino, quòd ibi laborârunt, excusabuntur, si eum, qui eos conduxit, nominarent. Bar.in l.in rem.§.tignū. ff.de rei vindic. Et hanc sententiam communem esse tradunt Ioan.Bap.Plot.in l. si quando.nu.780.C.vnde vi.& Hippol. Rimin.in l,t.nu.96.ff. quod quisq; iuris. Quæ tamen doctrina nō procederet, vbi fecissent actum illicitū, & de genere prohibitorū. Eo enim casu per nominationē eorum, à quibus conducti essent, non excusarentur. Ias. in l.de pupillo.§.nunciationem.nu.7.ff.de oper.no.nunc.& Hip. Riminald.in d.l.1.nu.97.de qua decisione videatur quoq; præcedens conclusio, Laboratores secantes ligna in nemore alienorum.

CONCLVSIO XCV.

3 LAESIO citra dimidiam, etsi permissa videatur de iure Ciuili & Canonico, tamen secùs est in foro conscientia. Iohan. Per. de Ferrarijs. Papien. in sua practic. in forma libelli, in causa vẽditionis, in verb. pro precio florenorum centum. num. 2. Estq; sententia communis. Francisc. Aretin. in l. si quis cùm aliter. nn. 11. versic. quomodo ergo respondemus. ff. de verb. obligar. Nouissimè Ioh. Hiero. Card. Alba. in suis lucubrationib. in Bart. in l. 2. C. de rescind. vendit.

CONCLVSIO XCVI.

4 LAESAE maiestatis crimen non posse committi, nisi per subditum, communis Doctorum sententia est. Clem. pastoralis, ibi, Cum quibusdam ipsius subditis, Rex confoederationes & conspirationes fecerat in ipsius maiestatis offensam, de sent. & re iudica. Et Bald. in l. 2. C. de fals. monet. vbi inquit: Quòd si subditus ciuitatis falsificat monetam ipsius, Incidit in crimẽ laesae maiestatis. Et quòd dixit, subditus, quia non subditus non incidit in crimen laesae maiestatis, subdens, proditorem populi incidere in crimen laesae maiestatis, si est subditus, aliàs secùs. Roland. à Valle, in con. 4. nu. 1. & 2, in 1. Tom. con, Quemadmodum quoq; ante eum consuluit Andr. Barbar. in suo eleganti consil. 70. nu. 39. versic. etsi ista videatur. cum nu. sequent. in 4. vol. con. Idem voluerunt & reliqui Doct. quos refert Thom. Grammar. in voto. 10. numer. 32. & Hieron. Gigas, in tract. de crim. laes. maiest. quaest. 68. lib. 1.

CONCLVSIO XCVII.

5 LAESIO enormis dicitur, quando aliquis in sexta parte quantitatis debitae laesus fuerit, secũdum Bart. in l. societatem. §. arbitrorum. versic. pro declaratione. num. 25. ff. pro socio. cuius sententiam & alij Doct. sequuntur. Lanfanc. de Orian. in tract. de arbitris. in vltim. part. quaest. 14. in 3. volum. tract. Raphaël Cuman. in consil. 50. nnm. 4. circa fin. versicul. ad id autem quò quaeritur, an debeat reduci ad arbitrium boni viri. Alij Doctor. verò arbitrati sunt, quòd hoc, cùm non sit à lege determinatum, argumento l. 1. ff. de inre delib. arbit. iudicantis committendum sit. Bald. in l. cùm antea. nnm. 4. & 5. C. de arbit. glo. in verb. definierit. circ. fin. in §. precium. vbi Angel. Aret. nu. 7. explicat. Inst. de empt. & vend. Panor. in c. quintavallis. nu. 33. Et licèt ibi ab ipso variae Doctorum sententiae recenseantur, tandem tamen in hac sententia persistit. extr. de iureiur. Et has duas enumeratas principales opiniones magis à Doct. communiter approbari scribunt, cum plurib. adductis authoritatibus Phil. Dec. in cons. 39. nu. 7. & Thom. Ferrat. in tract. cautel. Caut. 8. Et secundum hanc secundam opinionem tanquam communiorem iudicandum esse consulendo tradit Soc. Iuniot, in cons. 48. nu. 22. in 1. part. con. vbi & ipse plures authoritates allegat. Nouissimè pulchrè Iac. Menoch. in tract. de arbitra. Iud. quaest. lib. 2. casu 73. Quae laesio enormis censeatur in laudo arbitri. Videantur etiam in suis casib. Hier. Cagnol. in l. 2. nu. 166. versic. vigesimoquinto. C. de rescind. vend. Balth. Quinct. Aquil. in addi. suis ad cons. Paul. de Cast. con. 19. in verb. pro laesione. nu. 76. & Bursat. in cons. 75. num. 5.

CONCLVSIO XCVIII.

6 LAESVS enormissimè non potest venire contra renunciationem vel actum iuratum, secũdum communem opinionem Alex. de Imol. referente in l. stipulatio hoc modo. nu. 10. ff. de verb. obligar. Alex. in cons. 27. nu. 2. & in cons. 42. num. 10. cum sequentib. & cons. 125. num. 3. in libr. 1. Alij contrariam sententiam tanquam communiorem sequuntur. Panor mir. in c. cùm contingat. nu. 23. ext. de iureiur. Dec. in c. in praesentia. nu. 36. ext. de probat. & in cons. 181. nu. 2. & 3. Vasquius Menchacensis in lib. 1. controuers. illust. c. 2. nu. 17. vbi ipse addit ex Doct. ibi allegatis, ad relaxationem huius iuramenti requiri citationem partis, quam communem sententiam appellat Dec. in capit. qua fronte. numer. 8. extr. de appellat. De qua quaestione suprà in verbo, iuramenti absolutio. dictum est. Et hanc sententiam vbique defendit Carol. Molin. in d. consil. 27. in verb. saluris. litera a. & in d. consil. 42. in verbo, iuramentum, litera c. & in dict. consil. 125. in verbo, seruandum. & in Commentarijs suis in consuet. Paris. titul. 2. §. 62. in 5. quaest. numer. 21. cum sequent.

CONCLVSIO XCIX.

7 LAVDVM lædens enormiter, licèt acceptatum & emologatum, potest rescindi ex magna læsione. Petr. Phil. Corn. in consf. 140. incip. In hac consultatione. in 3. vol. & con. 140. incip. Viso puncto. in 4. vol. con. Paul. Paris. in consf. 45. nu. 49. in 1. part. & in con. 24. nu. 159. in 2. part. consf. Imò hoc casu ea doctrina etiã quòd vim transactionis dictum laudum obtineret, procedit. Et hanc communẽ sententiam esse Laur. Syl. plures DD. idem dicentes allegans in con. 71. nu. 18. in 2. lib. con. testatur, licèt ipse quoq; fateatur, plures etiam Scribentes in contraria esse opinione. Matth. de Affl. ct. in decis. conc. Neap. decis. 220. incip. In causa. Et Craucet. in consf. 151. Reliquas authoritates, tum Craucetta, tùm Sylua adducunt.

CONCLVSIO C.

8 LEGATA ad pias causas etiam hæreditate non adita deberi, contra tritam & communem regulam, qua asseritur, testamentum corrui, quia hæreditas non fuit adita, corrui & legata, & alia in testamento contenta, cùm omne ius testamenti soluatur. l. si nemo subijt. ff. de reg. iuris. affirmat Barto. in l. 1. repet. num. 65. & 66. versic. quartò quæro. C. de sacrosanct. Eccles. & addit ipse, legata ad pias causas valere, nec requiri aditionem, cùm in eis esset omnis solennitas iuris Ciuilis. capit. cùm esses. cap. relatum. extr. de testamẽt. Sed Salycet. in d. l. 1. num. 18. vers. quæro decimotertiò, an hæreditate adita. & Ioan. de Imol. in l. qui filio. §. seruus. num. 8. versic. & prædicta faciunt. ff. de hæredi. instit. cum multis alijs contrariam sententiam sequuntur, allegaris hinc inde argumentis & adductis solutionibus Bartoli rationum. Et hanc communem opinionem Doctorum esse dicunt Ioan. de Imol. loco iam citato. & Alex. de Imol. in consil. 209. num. 16. in 2. lib. consf. & Ias. in d. l. 1. num. 31. in fin. & numer. 22. in princ. vers. limita hanc communem. & in Repet. num. 34. versicul. tamen communis sententia & vera est contra Bartol. quòd legata ad pias causas hæreditate non adita non debeantur. & in l. eam quam. nu. 19. addens communem conclusionem istam esse, cum adductis nonnullis limitationibus. C. de fideicommiss. Cæterùm alij Bartoli sententiam magis communem esse asserunt Andr. Barbat. Sicul. in consf. 8. nu. 16. in 1. vol. vers. Et licèt Ioan. de Imol. in d. l. qui filio. §. seruus. dicat, quòd communis opinio est contra Bartol. tamen salua sua pace dixerim, imò communis opinio sequitur doctrinam Bartoli, &c. Andr. de Bessetis, in Repet. d. l. 1. num. 148. vbi ipse hanc quæstionem erudiiè in vtramque partem explicat. Approbat & hanc sententiam Hier. Cagnol. in d. l. 1. num. 44. versicul. rationes tamen Bartoli in repetitione videtur mihi multùm notabiles & benè fundatæ, &c. Et ita seruari indistinctè meminit Carol. Mol. in suis addit. ad consf. Alex. in d. consf. 209. in verb. secundum veram. Quam sententiam ego in d. l. 1. cùm in Academia Rostochiensi eam explicarem, secutus sum. De hac conclusione in vtrãq; partẽ multas auctoritates Doctorũ adduxit Quint. Mandosf. in additionibus suis ad allegationes Lapi, allegatione 91. lit. i. in verb. ad pias causas.

FINIS QVARTAE CENTVRIAE.

COMMVNIVM CONCLVSIONVM LAVRENTII KIRCHOVII

CENTVRIA QVINTA.

CONCLVSIO I.

9 LEGATVS de latere non solùm potest conferre beneficia iurispatronatus acquisiti ex præscriptione, sed etiam ex consuetudine & priuilegio, cùm hæc tria parificentur. c.nouit.& ibi gloss.in verb.consuetudinem.ext.de iud. Felin.in c.accedentes.num.6.ext.de præscript. Et hanc esse communem Doctor. opinionem inquiunt Alexan.de Imol. in cons.74.in 4. vol.cons. Dec. in cons.149. nu. 6. Rochius de Curte, in tracta. de iure patron. in verb. honorificum.in 3. quæst. in 3.limitat.nu. 6.circ. fin. in 15.vol. tract. Rol. à Vall. in cons.46.nu.9. cum seq. vbi ipse hanc materiã explicat, in 1.tom.cõs.

CONCLVSIO II.

10 LEGATVM non aufertur alicui, si in testamẽto vel aliàs alicui datum sit, cum conditione de nubendo arbitratu tertij. DD.in l.turpia.de legat.1. Secùs verò si factum esset legatum vt nuberet cum consilio alterius. Ias.ibid.nu.4. in 3.norab. licèt contrarium consuluerit Franc. de Aretio, in cons.67.nu.1. tamen communis opinio est in contrarium, referente Crauetta, qui hanc doctrinam egregiè explicat in cons.1.post num.3.vers. Non obstat dictum Aretini. Meminerunt huius doctrinæ cum vlterioribus declarationibus Paul.de Castr.in cons.301. in 1. part. cons. secundum nouissimam impressionem, & Iohan. de Anani. in consil. 15. & ibi Ludoui. Bologni. Etsi hæres non implendo voluntatem testatoris (fingatur de eo in testamento factam esse mentionem) & matrimonium contrahendo contempto testatoris consilio, dicitur contrauenire voluntati defuncti, & illam impugnare, vt latiùs declarat Crau. in d.c. 1. numer.3. vnde consulendo scribit Oldr. in cons.16. in 1. quæsti. ademptionem hæreditatis eo casu valere, quo hęres non nuberet ex arbitrio aut consensu alterius, modò tale arbitrium inhonestum non sit, cùm agatur de afferendo lucrum, & non de pœna imponenda per multas auctoritates ibi per Crau. post num. 3. adductas.

CONCLVSIO III.

11 LEGATVM non transmittitur ad hæredes, si legatarius decedat antequã dies legati cedat. l.vni.§. sin autem sub conditione.& ibi Bald. C.de cadu. tollend. Carol. Rui. in cons.88.nu.16. in 1. vol.& cons. 133.nu.12. in 2. vol.con. Ioh. Ceph. in con. 37.nu.1.libr.1. Plures authoritates allegat Roland. à Vall. in cons.8.nu.21. in 1.tom. vbi ipse testatur, hanc sententiam communem esse. Et post illum Balth. Quinct. Aquil. in suis addit. ad cons. Paul. de Cast. cons.25. in fin. in 3. part. cons.

CONCLVSIO IIII.

12 L. interdum.§. qui furem. ff. de furt. intelligunt Doct. secundũ doctrinã Bartoli ibid.nu.4.& 5. ff. de furt. quòd iudex, qui principaliter cognoscit de crimine ad vindictã possit etiam reum condemnare incidẽter ad restitutionẽ rei, seu ad emendam damni passi, siue agatur per viam accusationis siue inquisitionis. Licèt dispositio d.§. qui furem. secundũ sententiam receptam locum habeat, quãdo ageretur per viã inquisitionis, tamẽ iudex malefíciorum nõ potest reũ condemnare ad restitutionẽ rerũ ablatarum, seu ad earũ valorem & æstimationẽ, nec etiã ad damna & interesse, si nõ fuerit aditus à damnum passo, & officiũ eius imploratũ, vt Bart. in d.§. qui furem, num. 5. tradidit, dum vult qđ formetur libellus, in quo petatur reũ puniri & condẽnari & rem restitui, tũc enim dicitur agi, secundũ eũ, criminaliter per viã accusationis, & implorari officiũ iudicis ciuiliter sup restitutiõe. Ita quoq; voluit Sal. in l. si quis à se fundum. nũ.4. vers. his sic collectis. C.ad l. Iul. de vi pub. & priuat. Quam doctrinã tanquã communiter approbatã pluribus adductis autoritatibus, copiosè explicat Rol. à Vall, in cõs. 30.

nn.12. & 13. cum sequent. in 2. Tom. consil. vbi & ipse nnm. 18. aliam communem sententiam, quæ habet, quòd dispositio dict. §. qui furem. locum habeat, quando reus condemnatur per confessionem veram, secùs si per contumaciam, annectit, quia tunc iudex maleficiorum non potest inquisitum ad præmissam condemnationem in fauorem damni passi condemnare. Bald. in l. qui crimen. vers. item in criminali. nn. 23. C. de his qui accus. nõ poss. & ibi ipse inquit: Iudicem maleficiorum non posse condemnare reum ad restitutionem rei ablatæ, nisi constet de maleficio per confessionem, quia tunc indicis officium deseruit confessioni, non criminali accusationi, secùs si probatio resultaret aliter quàm per confessionem, quia ex ea non oritur officium iudicis. l. sed & possessori. §. fin. ff. de iureiur. Quas doctrinas Roland. in d. cons. 30. nu. 18. & 19. latiùs prosequitur.

CONCLVSIO V.

13 L. Hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. expresse voluit testamentum inter liberos valere, etiamsi in eo nõ interuenerint solennitates à iure Ciuili requisitæ. Idque propter fauorem liberorum, quibus iure Naturæ debetur parentum hęreditas, introductum est. l. scripto. in fin. ff. vnde liberi. l. cùm ratio. in princ. ff. de bon. damna. Plures quoq; rationes refert Mar. Anto. Natt. in d. §. ex imperfecto. nu. 30. hanc rationem communiter à DD. approbari scribit Clar. in §. testamen tum. quæst. 8. in fine princip. lib. 3. senten. Cæterùm d. §. ex imperfecto, tunc locum habere voluerunt multi Doctores, quando pater disponit in fauorem liberorum, non autem quando disponit principaliter in præiudicium vnius filiorũ & commodum aliorum tantùm. l. fin. Ibi, pares videntur esse. C. fam. hercis. quam legem etiam ita intellexit Constan. Harmen. libro 5. Epito. tit. 1. vt æqualis filijs bonorũ diuisio ex ea constitutione contingat. Ludo. Rom. in cons. 179. nu. 16. & in con. 385. nu. 5. allegans in vtroq; loco Speculatorem, in tit. de instru. editio. §. compendiose. vers. quid si pater habens tres filios. nu. 29. quamuis illius sententia non probet hanc conclusionẽ: tamen per se æqua est, vti referunt Ant. Rub. in cons. 6. num. 5. & Horat. Mando. in suis addi. ad con. Rom. in d. con. 385. in verb. Speculator. Quam quoq; multũ æquam & naturalẽ esse inquit Dec. in con. 105. nu. 6. & ibi Molin. in verb. æqualiter. vt ea ratione inter liberos seruari possit æqualitas. l. vt liberis. C. de collat. Et hanc vbiq; Dec. sequitur, in con. 349. num. 9. & ibi Mol. in verb. æqualiter. in cons. 631. & ibi Mol. item in verb. æqualiter. in l. 1. in 2. notab. C. vnde liberi. in d. l. vt liberis. nu. 3. C. de collat. & in l. hac consultissima. nu. 37. C. qui test. fac. poss. Tiraq. in tract. de iure primigenię. q. 4. nu. 4. vers. ad hæc priuilegia. Sed communis est in contrariũ, vti nouissimè attestatur Dida. Couar. in c. Raynutius. §. 1. nu. 3. vers. non obst. extr. de testam. Pluribus adductis authoritatib. quas non transcribo. Verùm præcedẽs sententia iure facilè defendi potest, eandẽq; doctissimos Interpretes sequi animaduerto, licèt non ignorem, quòd nonnulli has diuersas sententias concordare voluerint, quòd scilicet prior sententia intelligatur, si modò non enormis fuerit inæqualitas, secunda verò si modica fuerit. Franc. Curt. Iun. in d. §. ex imperfecto. Cuius tamen sententiã Boërius sequi non videtur in suis decis. q. 240. nu. 9. cum seq. Sed recẽtiores multi eam vbiq; sequuntur. Carol. Mol. in suis addit. ad lectu. Dec. in d. l. 1. in verb. æqualiter. C. vnde liberi. & in suis addit. ad cõs. Alex. in con. 168. in verb. quod sic. ins. vol. con. & Horat. Mand. in suis addit. ad cons. Rom. in d. cons. 385. in verb. numerus.

CONCLVSIO VI.

14 L. Quotiens. C. de rei vind. locũ quoq; habet in feudis. Ita voluit glo. in c. si facta. In verb. dominũ possessionem feudi. Bal. nu. 2. vers. secundus ergo emptor, cùm primùm in possessionẽ inductus erit, potior est in feudo. Andr. de Iser. nu. 2. copiosiùs Ioan. Ant. de S. Georg. Præposit. eo. nu. 2. Aluar. nu. 6. vers. quæro cum dicta gl. si de feud. defun. cont. sit inter domin. & agna. vasal. Ias. in d. l. quotiens. nu. 30. vers. breuiter teneo, quod ista lex habet locũ ita in feudalib. sicut in alijs bonis. Franc. Curt. in tract. feud. in 2. par. in 2. quæst. In ea inuestitura, quæ in propria, & per quam nõ est tradita possessio, ad quid dominus vasalli teneatur, nu. 33. vers. limita prim. Zas. in epit. feud. in cap. qualiter feuda constituãtur, & quid iuris vasallus ex eis consequatur. part. 6. nu. 13. vers. secundò fallit.

Matth.

Matth.de Afflict.temissiuè in prelud.feu. nu.147.vers.secundum dubium.Petr.Rauen.in d.c.si facta.vers. Nota etiam gloss. hîc.in compendio suo, in consuet. feud. Et Hieron.Schurff, in cons.53.nu.4.cum seqq.in 1.Cent.cons. Et hæc est communis opinio DD.referentib.eodem Matth. de Afflict.in c.1.nu.7.vers.& licèt sit communis conclusio. Qui successo. teneant, Ioanne Iacob. de Leonard. in consil.114. nu.465.vers. quæ lex quotiens,inter consilia feudal. Albert. Bruni, Iacobi. de S. Georg. in tractat. feuda.in verb.inuestiui talem.num.4.in fin.& Iul. Clar. libr.4. sentent. §. feudum. quæst.26.vers. quæro nunc dominus inuestiuit aliquem. Licèt non ignorẽ multos huic sententiæ refragari, Lud.Roman. referens multa fundamenta, in cons.70. visis themate & quæstione. Hippol.de Marsil. in suis singular. sing.82. Volo tibi dare aliquas notabiles & vtiles limitationes, in 1. limitat. & in l. qui duobus. num. 2. ff.ad l. Corn. de fals. Iacob.Nouel.in suis regul. ad reg. Petri à Dueu.reg.223.Venditio vnius fundi facta duobus, in 1. limitatione. Iacob. Philip. Port.lib.3.conclus.vtriusq; iuris, reg.40. in 11.limitatione. Anton. Gabriel.in suis communib. conclusio. tit. de emptio.& vendit.num.46. vndecima limita. Ioan. Cephal.in cons.147.proponitur.num.18. vers.non obstant. in 1.par.cons.Pet.Paul. Paris.in consil.9.nu.59.ibi. Et esto quod apertiùs idem Ias.in 1.part.cons.

CONCLVSIO VII.

15 L. Si vnquam. C. de reuoc. donat. locum etiã habet & procedit in donatione iurata, secundum receptiorem Doct.sententiam, quia si filia tempore matrimonij renunciat successioni paternæ in manib.patris, quòd dote contẽta esse velit, filij d. mulieris posteà suscepti, non poterunt venire contra allegatam renunciationem. Ita consulendo scribunt Alex.de Imol.in con. 29.nu.16.vers.postremò nõ obst.in 3.vol.con.& Phil.Dec.in con. 181. num.8.Inquiens: Istam opinionem Doct. modernorũ esse, quæ contradicentem habet neminem.& idem in l.pactum dotal. nu.14.vers.vlt.notandum.C.de collat.Et hanc sententiã communiorẽ esse voluit quoq; Rol.à Vall.in cons.11.nu.23.&31.in 1.vol.cõ.vbi ipse varias authoritates Doc. qui in vtramq; partẽ hunc articulũ disputârunt, & alteram sententiam tanquam magis communem amplexi fuerunt, retulit.Sed ipse tamen à priori sententia Alex. & Dec. atq; aliorum non recedit tanquam communi voto approbata.

CONCLVSIO VIII.

16 L. benè à Zenone.C.de quadrien.præscript. & eius dispositio habet etiam locũ in inferiorib. Principibus non recognoscentib.superiorẽ. Ita pulchrè tradit cõsulendo Ias.in cons.227.vers.vndecimò facit.2.vol. cons.Licèt multi alij Doct. hoc non concedãt.Bart.Soc.in consil.46.nu. 22.in 4.vol.con.Pano.in con.3.nu.8. in 2. par.con.tamen priorem sentẽtiam communem esse scribũt Phil.Dec.in con.357. nu.1.circ.fin.in 3.par.cons.& Rol. à Valle, in cons.29.nu.17.in 1.Tom.con.Sed Dec. in eod.cons.nu.7.sententiam communẽ non amplecti videtur, per authoritates ibi adductas, quam doctrinam quoq; Nicol.Bellon.in cons.51.& 59.breuiter & eruditè explicat. Nouissimè Asca.Clem. In tract.de pat.potest.in secundo effectu. num.41.

CONCLVSIO IX.

17 L. Si quis maior. C.de transact.non solùm locum habet in contractu trãsactionis: sed etiam in contractu venditionis, & in quacunq; alia promissione iurata, ac in omni alio contractu, Bart.ibid.nu.13. præsertim cùm rex. vtatur verbis, Aduersus pacta vel transactiones.In eo quòd dicit pacta, omnia comprehendit. Licèt illa l. sub tit.de transact.posita fuerit, argumento l. Imperatoris. ff.de in diem adiectione: tamen ad alios contractus quoq; extenditur. Ita egregiè consulendo scribunt Alex. de Imol.in cons.76.nu.16.in 5. vol.cons.& Pet. Philip.Corne.in con.96. nu.2.& in cons.121.nu.15.In 1.vol.con.vbi ipse & Alex. in d.l. si quis maior.in princ. Doct.ita concludere cõmuniter, & hanc sententiam sequi testantur.Sequuntur & alij Ias.in d.l.si quis maior.num.11.Guid. Papa, in cons.31.nu.3. vers.ad tertium dubium, in 1.part.con.Philip.Dec. in cons. 452. numer.8. & plures authoritates allegat Roland. à Valle, in consil.57.numer. 13.in 1.Tom.consil. Quamuis Molin.ex sententia Cornei, in suis addition. ad con.

con. Alex. in d. con. 76. in verb. etiam. lit. G. existimauerit solummodò in contractu transactionis prædictam conclusionem procedere.

CONCLVSIO X.

18 L. 2. C. de rescind. vendit. remedium, non datur venditori scienti verum valorem rei suæ, etiamsi sit deceptus vltra dimidiam iusti precij. Bart. ibid. numer. 14. vers. quæro quid si dictū est in instrumento. Bald. num. 8. vers. quartò quæro. & Salycet. num. 11. vers. septimò quæro. Alex. de Imol. in consil. 125. numer. 7. in 1. lib. Et ita communiter à Doct. concludi referunt idem Alexan. in consi. 127. num. 1. in 2. volum. Dec. in cons. 583. nu. 1. Rolan. à Valle, in con. 59. num. 10. & 11. in 1. Tom. con. Nouissimè Ioh. Hieron. Card. Alba. in suis lucubrationib. in Bart. in d. l. 2. nu. 2. Quomodo autem scientia probetur, tractat Dec. in con. 583. post nu. 1. vers. sed difficultas videtur esse in probando.

CONCLVSIO XI.

19 L. 2. remedium. C. de rescin. vend. non habet locum, quando in contractu venditionis iuramentum interuenerit. gloss. in verbo, iudicis. in d. l. 2. quam scribentes ibi communiter approbarunt. Alexand. de Imol. in consi. 42. numer. 9. in 1. lib. & consilio 127. numero 2. in 2. lib. consilior. Et hanc communem conclusionem Doctor. appellat, Socin. Seni. in consil. 136. nume. 10. in 1. volum. & repetit ipse idem con. 155. in ord. num. 14. in 2. volum. & in con. 48. num. 10. in 4. volum. consi. Iaso. in con. 76. num. 2. dicit etiam ita communiter Doct. concludere in 1. volum. consi. Et hanc opinionem Docto. communem sententiam esse scribunt Crauet. in cons. 114. numer. 9. in prima parte. & Rolan. à Valle, in con. 59. num. 8. in 1. Tom. consi. Quare si minor simpliciter iurasset, non contrauenire contractui ratione minoris ætatis, eo casu iuramentum non tolleret dispositionem d. l. 2. Secùs quando quis iurasset non contrauenire ratione minoris ætatis, aut alia quacunque causa, Quia tunc sicut maior excluditur à beneficio ipsius legis, ita & minor, qui modo præmisso iurauit. Bartol. numer. 10. 11. & 12. & alij Doctor. in d. l. 2. & gloss. in verbo, restituerent, ibi. Sed quid dices, & Scribentes in c. cùm causa. extr. de emptio. & vend. Deci. in consil. 349. num. 6. Et hanc doctrinam communem opinionem Doctor. esse scribit Socin. Iuni. nepos in consi. 48. num. 19. in prima parte con. vbi ipse Carol. Ruin. ita quoque de iure respondisse refert, cuius consilio ipse & Dec. subscripserant. Quam doctrinam latiùs explicant Crauetta in consi. 7. 118. num. 9. 238. num. 3. in 1. part. & Roland. à Valle, in d. cons. 59. num. 18. cum sequen. nec nō Octauia. Cacher. in decisionibus sacri Senatus Pedemontani, decis. 41. nu. 8. & 13.

CONCLVSIO XII.

20 LEGIS, si vnquam. C. de reuo. dona. dispositioni, an renunciari possit, inter DD. est disceptatio. Bar. voluit, renunciari posse, in l. Titia. vers. quæro vtrùm. ff. de legat. 2. quia videtur inducta in fauorem donantis. Estq; communis opinio, vti refert Phil. Dec. in l. si quis in conscribendo. nu. 14. vers. et per istam regulam. & ibi Caro. Mol. in verb. renunciari. C. de pact. Ioh. Hier. Card. Alb. in suis lucubrationib. ad lectur. Bar. in d. l. si vnquam, in fin. Multi autem contrariam sententiam sequuntur, quos referunt Tiraq. in d. l. si vnquam, in præfatione. nu. 89. vers. contraria enim videlicet, quòd donans non possit huic legi renunciare. & Ripa in eadem l. nu. 60. in quæst. 51. incip. Quinquagesimo primò quæro, an donator possit renunciare beneficio huius legis.

CONCLVSIO XIII.

21 LEGITIMA etiamsi in vita patris data fuerit filiæ: tamē si bona illius augeantur, augetur & legitima. Bald. in l. pactum quod dotali. in 6. oppos. C. de coll. & in l. quamuis. nu. 8. ver. pone ergo. C. de fideicom. Licèt ipse in alijs locis sententiam contrariam secutus fuerit, quam ante illum tenuit Iacob. Butr. in d. l. pactū quod dotali. in l. 2. num. 2. vers. quæro quid de legit. C. de reuoc. his quæ in fraud. credito. alien. sunt. Et in alijs locis, quos refert Ioh. Crot. in l. frater à fratre. nu. 40. vers. iuxta hoc oportunè quæritur. ff. de cond. indeb. Sed prior sententia communis est DD. conclus. pro qua vidit Crot. multorum

torum excellentissimorum DD. ita consulentium consilia, vti ipse refert in d. l. frater à fratre. num. 41. vbi addit plurium DD. authoritates, & nonnulla argumenta, in 2. vol. reperit.

CONCLVSIO XIIII.

22 LEGITIMAM non potest filius propria authoritate vna in re eligere; Sed hoc iudicis arbitrio fieri debet. Bart. in l. suus quoq;. num. 10. vers. quæro si filio. ff. de hæred. instit. Et hanc communem opinionem Doctor. esse, scribit consulendo Decius in cons. 136. num. 9. in 2. parte. & in consil. 81. num. 7. in 1. part. consil. vbi ipse quoq; refert, quòd legitima de bonis alteri legatis non debeat detrahi. Sequitur Ias. in l. scimus. nu. 7. C. de inof. testament. & in l. filium quem. num. 17. C. famil. hercisc. Quod verum esse intelligitur, quando vltra legata remaneret apud hæredem tantũ de bonis testatoris, quòd legitima competenter solui possit. Dec. in d. cons. 81. nu. 7. vers. sed istud intelligitur. vbi ipse addit, si omnes res preciosiores essent legatæ, etiam de illis legitimam constituendam esse. Alex. de Imol. in l. in quartam. ff. ad l. Falc. Rolan. à Valle, in cons. 12. nu. 2. in 1. Tom. cons. Burs. in cons. 92. num. 12.

CONCLVSIO XV.

23 LEGITIMA quando peteretur, secundum communem sententiam, attenditur semper tẽpus mortis paternæ. l. cùm quæritur, ibi, mortis tẽpore. C. de inof. test. Ita scribit Ias. adiecta explicatione eiusdẽ doctrinę in l. quòd Seruius. nu. 12. vers. sed cõ munior opinio est. ff. de cõdict. cau. data.

CONCLVSIO XVI.

24 LEGITIMA ex causa non solùm diminui, verùm etiam per statutum vel consuetudinem in totum tolli potest. Hanc communiorem Doctor. sententiam esse consulendo scribit Panormitan. in cons. 65. incip. Primò est videndum. numero 9. ver. sed his nõ obstantib. dico, in 1. par. cons. Sequitur Roch. de Curt. Papien. in tract. de consuet. nu. 437. vers. communis opinio est. in 9. vol. tract. Doct. Licèt multi Doct. in ea opinione fuerint, quos cumulat nouissimè Ioan. Nic. Atelatanus, in suis addit. ad tract. Alc. de præsump. in 1. ptin. Reg. 8. præsump. Duo tamẽ insignes recentiores interpretes adduxẽt multas authoritates, legitimam filiorum minui, sed in totũ tolli nõ posse, atq; hãc sententiã crebriorẽ & veriorẽ esse. Hier. Cag. in l. iura sanguinis. nu. 5. ff. de reg. iur. & Carol. Mol. in suis addi. ad cons. Alex. in con. 75. verb. legitimam. nu. 11. in lib. 1. cons.

CONCLVSIO XVII.

25 LEGITIMA matri debita in bonis filij, cùm sit de iure Positiuo, potest per statutum tolli. Et hanc esse communem opinionem attestantur Phil. Dec. in con. 372. nu. 4. & Roland. à Valle, in suis quæst. super stat. de lucro dotis, in 1. quæst. num. 3. Mandos. in suis addit. ad con. Rom. cons. 32. lit. s. verb. Ius naturale.

XVIII. XIX. XX. XXI. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO XXII.

30 LEGITIMATVS vtrùm in statuto excludente fœminas comprehẽdatur, DD. inter se dissentiunt. Sed eorum sententia, qui voluerunt eum statuto non contineri, cõmuniter approbatur, vti refert Phil. Dec. multis DD. auctoritatibus adductis, in l. liberos. nu. 8. vers. & per istum textum infert Areti. hîc, & ibi Caro. Mol. in verbo, verior. C. de collatio. Nouissimè Ioh. Hier. Card. Alba. in suis lucubrationibus ad Bart. in l. filium. num. 3. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur.

CONCLVSIO XXIII.

31 LEGITIMATIO à Papa etiam in terris imperij fieri potest. Bart. in cons. 75. nu. 4. Bal. in Procem. C. nu. 9. ver. iuxta hoc quęro. Calder. In cons. 3. nu. 3. ver. sic Papa. tit. qui filij sint legit. Paul. Parisi. in con. 1. nu. 8. & 17. & in con. 10. nu. 18. in 2. part. con. vbi ipse multorũ DD. authoritates adducit, & hanc communẽ DD. sententiã esse testatur. Alij contrariã sententiam magis communem esse voluerunt, quos allegãt Rol. à Val. in con. 88. in 1. rom. con. Ioan. Pau. Laneil. in con. 176. inter con. ad cau. vlt. volunt. Et has diuersas sententias ad concordiam reduci posse arbitratur Baltha. Quinct. Aquil. Vt opinio affirmatiua & sic prima pcedat, quoad legitimationẽ quò

quò ad tollendam infamiam natalis, Secũda verò negatiua quò ad successionem bonorum, in suis addit. ad con. Paul. de Cast. con. 16. in verb. legitimatio. in 3. par. consi. Venet. recens Anno 71. impressorum.

CONCLVSIO XXIIII.

32 LEGITIMATIO non reuocabitur, si quis curauerit legitimare filios, & postea legitimos susceperit, sicut asseritur de donatione. l. si nunquam. C. de reuo. donat. Estq; hæc communis DD. sententia. Alex. de Im. in l. ex facto. nu. 20. ver. quæritur hic Bar. vsq; ad nu. 26. & nu. 22. vers. ex prædictis, dicit Alexander veram esse cõclusionem, non reuocari legitimationem. ff. de lib. & post. & in con. 187. nu. 18. & ibi Car. Moli. in verb. nascantur. lib. 5. con. Et inquit Dec. propter superuenientiam filiorum legitimorum & naturalium nõ irritari legitimationem. Et hanc communem esse opinionem, in con. 576. nu. 5. Ascap. Clementi. in tract. de patr. potesta. c. 5. nu. 60. & 61. Sed hanc quæstionem copiosè pro more suo explicuit D. Tiraq. in d. l. si vnquã. in verb. donatione largitus. nu. 275. vers. quæro decimo sextò, vtrùm reuocetur legitimatio, vsq; ad nu. 323. vbi ipse omnes casus de legitimatione, quæ fit per matrimonium subsequens, ex rescripto Principis, & per oblationẽ curiæ, cum annexis quæstionibus amplissimè prosecutus est. Meminit quoq; Rip. in d. l. si vnquam. in 23. q. nu. 49.

CONCLVSIO XXV.

33 LEGITIMATI per rescriptum an sint successibiles? Et respondent Doct. respectu bonorum feudalium, in quibus naturales non succedunt, etiamsi sint plenè legitimati per rescriptum Principis, textus est in §. naturales. Si de feud. defunct. conten. sit inter domin. & agnat. Vasalli: non esse successibiles, hoc nisi specialiter expressè legitimentur ad feuda, Et si legitimentur per Comitem Palatinum vel alium habentem potestatem ab Imperatore vel Principe, requiritur specialis clausula legitimandi ad feuda in priuilegio seu concessione potestatis, & in ipsa legitimatione, alioqui tales legitimati nõ sunt successibiles, nisi ad allaudialia & paganica, & non ad feudalia. Ita in specie consulendo scribit Signorol. de Homod. in con. 218. nu. 4. & 5. vers. tedeo ad primum. versic. præterea cum successio feudorum. Et hanc communem sententiam Docto. esse scribit Carol. Molin. in 1. part. Comment. ad consuetud. Parisiens. §. 8. gl. 1. in 8. quæst. num. 38. de qua decisione videantur quoque ea, quæ consulendo scribunt Albert. Brun. in con. 15. ver. circa tertium dubium. nu. 18. cum sequent. inter consi. feud. & Philip. Dec. in cons. 85. vers. tertiò quæritur. nu. 7. Ascan. Clement. in tracta. de pat. potest. cap. 5. nu. 56. ver. veniamus. Zas. in tractat. feuda ca. 8. de feudi successione. nu. 74. versic. Quæ doctrina fallit. Curtius ibidem in tract. feud. in 3. par. in altero membro. nu. 39. vers. decimoseprimò quærò, an filius naturalis. pag. li. mei 175. Hiero. Schurff. in consi. 2. in 1. centu. Nouissimè Franc. Bursatus in con. 10. nu. 2. cum seqq.

CONCLVSIO XXVI.

34 LEGITIMATVS per subsequens matrimonium admittitur ad ordines. gloss. & Doc. in c. tanta. ext. qui filij sint legitimi. Dum volunt, quòd legitimatus eo modo admittitur ad ord. nes, Quia matrimonium retrotrahitur, & ille dicitur de legitimo matrimonio iuris censura. Hãc scribit communem Doctor. opinionem esse Marian. Socin. Iun. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. nu. 126. ff. de liber. & posthu.

CONCLVSIO XXVII.

35 LEGITIMATIO à Cæsare in terris subiectis Ecclesiæ fieri non potest. Bart. in l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nupt. & in Auth. ex complexu. C. de incest. & ne fat. nupt. Et hanc magis cõmunem opinionem esse dicunt Alex. de Imol. in con. 66. num. 8. in 1. vol. Dec. in l. fin. num. 6. in prin. ff. de iurisd. o.m. iud. & in cõn. 150. nu. 6. & Roland. à Valle, in cons. 38. num. 25. in 1. Tom. con.

CONCLVSIO XXVIII.

36 LEGITIMATIO facta ad instantiam patris, & cum licentia Domini loci, in quo fit legitimatio, valet, secũdum communem opinionem Docto. Ita referunt

Alex.

Alex. de Imol. in consil. 11. numer. 11. in fin. in 7. volum. & Roland. à Valle, in d. con. 88. numer. 36.

CONCLVSIO XXIX.

37 LEGITIMATIO quando facta fuisset viuente patre, & eo volente, tùm in alieno territorio fieri potest. Verùm hæc sententia in eo casu procedit, quando Imperator illam fecisset extra territorium suum, sed inter subditos suos, secùs quando inter non subditos, & respectu bonorum, non sitorum in iurisdictione sua. Ias. in cons. 70. in 3. vol. cons. Et hanc communem Doct. sententiam esse aiunt Philip. Dec. in cons. 557. num. 14. & Roland. à Valle, in d. cons. 88. nu. 36. vers. vltimò non obstat. in 1. Tom. cons.

CONCLVSIO XXX.

38 LEGITIMATIO priùs facta non reuocatur per natiuitatem filiorum, licèt effectus legitimationis limitetur & restringatur, Quia cum ipso legitimato concurrunt filij ex legitimo matrimonio posteà nati. Et hanc DD. communem sententiam esse scribunt Philip. Dec. in cons. 308. num. 13. & Roland. à Valle, in cons. 89. num. 12. in 1. Tom. & Socin. Iun. in cons. 142. nume. 30. in 1. part. cons. Nouissimè Iohan. Card. Alb. in suis lucubra. in Barto. in l. patre furioso, ff. de his qui sunt sui vel al. iur.

CONCLVSIO XXXI.

39 LEGITIMATIO infantis vt fieri posit, multi Doct. voluerunt requiri speciale rescriptum, cùm Comes Palatinus non posit legitimare infantes, nisi in suo priuilegio adesset facultas specialis ipsos legitimandi. l. iubemus. C. de emancip. liber. arguendo de emancipatione ad legitimationem, quod argumentum secundum communem Doctor. sententiam receptum est. Ias. in cons. 184. in 2. vol. & in cons. 40. in 3. volu. con. Sed tamen multi alij Doct. contrariam sententiam tanquam cōmuniorem amplexi sunt. Dec. in con. 55. num. 5. & 6. Ias. in con. 156. nu. 2. in 4. vol. con. Socin. Iun. in con. 97. nu. 21. cum seq. in 2. part. Quam sententiam in vtramq; partem explicat Roland. à Valle, in cons. 61. in 1. Tom. con. Nouissimè meminit huius quæstionis Ascan. Clementi, in tract. de pat. potest. effe. 15. num. 8. nec non Quinc. Mād. in tract. de æta. min. c. 3. nu. 20.

CONCLVSIO XXXII.

40 LEGITIMATIO filij illegitimi ad petitionem patris etiam filia legitima naturali existente, præsertim si illa clausula, non obstante, adiecta fuerit, per Comitem Palatinum fieri potest. Ias. per multa fundamenta in cons. 68. in 3. Tom. & 110. in 4. vol. con. Quam ibi Ias. communem DD. sententiam esse dicit. De qua plura scribit Roland. à Valle, in d. cons. 61.

CONCLVSIO XXXIII.

41 LEX quando exprimeret aliquem casum ratione frequentioris vsus, non tamen per hoc intelligitur excludere alios casus minus frequentes, vt est gl. in ver. sponsam, communiter approbata. C. de raptu virg. in quiens: quod licèt in illa lege imponatur pœna viro, rapienti mulierem, tamē eadem pœna censetur imposita mulieri, si rapit virum, quia casus de viro fuit expressus ratione frequentioris vsus, glo. in verb. præsidentes. in Clement. 1. de rescript. glos. in verb. reus. in capit. 2. de confess. lib. 6. Alexand. de Imol. in cons. 65. num. 39. in 6. vol. con. Rolan. à Valle, in con. 72. nu. 49. in 1. Tom. con.

CONCLVSIO XXXIIII.

42 LIBELLI oblatio in diebus festis Iudici offerri potest, si hoc intelligatur de illis dieb. festis, qui sunt in fauorem hominū recepti. l. miles. §. 60. ff. ad le. Iul. de adult. Secùs verò quantùm attinet ad dies festos in honorem DEI constitutos. Bartol. in l. nec quicquam. §. de plano. vers. Et licèt Iudex. ff. de offic. procons. Estque hæc sententia communis referentibus Maranta in tracta. de ord. Iudicio. part. 6. in 3. memb. iud. de libell. oblat. num. 13. pag. 404. secundum impresionem Coloniens. Anno LXIX. & Quintiliano Mandosio in praxi commissionum, in formul. 13. in verb. Ferias. versic. Secundò quæro, licèt Bartol. alibi & alij contrariam sententiam amplexi fuerint, quos Maranta & Mandos. referunt.

CONCLVSIO XXXV.

43 LIBELLVS an in scriptis offerri debeat, nec ne, Doct. antiqui multis rationibus & argumentis disputarunt, vt liquet ex eorum annotationibus, in c. 1. & 2. ext. de libel. oblat. & gloss. Ioan. Andr. in Clemen. sæpè. in verbr. necessario. de verbo. signific. Sed com-

cōmmuni opinione receptum eſt, in ſcriptis dandum eſſe libellum. Auth. offeratur. & ibi cōmuniter DD. C. de litis conteſt. & in l. 1. ff. de eden. copiosè Marian. Socin. Senior, in d. c. 1. nu. 21. vbi ipſe 84. reſtrictiones eius doctrinę addidit. & in c. ſignificātib. nu. 69. ver. 14. principaliter quæro, vtrùm ſcriptura ſit neceſſaria ad validitatē libelli. ext. de libel. obl. Purpur. in l. edita. in primis addit. factis, Anno 1523. pag. lib. mei 19. & Hier. Cag. ibid. nu. 9. & 10. C. de edēd. Nouiſsimè Hartm. Hart. in ſuis pract. obſeruat. tit. de libell o. c. 1. pag. 195. Et copiosè Anton. de Tremolis, in additionibus ad practicam Vberti de Bonacurſo, titul. de impedimentis executionis. numer. 17. verſic. Secundò iudicium. & Nicol. Anton. Grauat. in ſuis annota. analyt. ad Octauia. Veſtr. Iſag. in Rom. aul. actio. & iud. mor. lib. 5. c. 1. verb. Quia in ſummarijs. XXXVI. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO XXXVII.

45 LITE non conteſtata proceſſus eſt nullus. c. 2. & c. quoniam frequenter. ext. vt lite non conteſtat. cuius omiſsio etiam vitiat proceſſum & iudicium, vt eſt caſus apertus in c. vnico. ext. de litis conteſt. vbi Papa pronunciauit, proceſſum irritum propter defectum litis non conteſtatæ, vbi gloſ. in verb. reſponſiones. & Doctor. ibi hoc latiùs explicant, capit. 2. & ibi gloſ. in verb. oportebit. de litis conteſt. lib. 6. l. fin. §. illud. & ibi Docto. C. de tempor. & repara. appell. Propptereà cùm proceſſus ex cauſa d. defectus litis non conteſtatæ reddatur nullus, etiam ſententia inde ſecuta nulla eſt. l. prolatam. & quæ ibi notantur. C. de ſentent. & interlocuto. Matth. de Afflict. in Decif. ſacri concil. Neapol. Decif. 283. nu. 3. Hanc ſententiam communiter approbatam referunt Socin. Senior, in conſil. 69. verſic. ſecundò redditur proceſſus nullus. numer. 2. in 1. volum. & in conſil. 47. num. 1. 2. & 3. in 4. volum. conſil. & Mynſing. in obſerua. Camer. obſer. 73. in tertia Centuria. Quæ tamen deciſio limitatur non procedere, vbi ex forma ſtatuti proceditur ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & vigore iudicij. Roland. à Valle, in conſ. 71. num. 35. in 1. Tom. con. Quemadmodum in cauſis ſummarijs fieri ſolet, iuxta notata in Clem. diſpēdioſam. de iud. & in Clem. ſępè. de verb. ſignif. Hippo. de Marſ. in ſiogul. ſuis, ſiog. 120. Marant. in tract. de ord. iud. in 6. par. de litis conteſt. 10. memb. iud. num. 1. in fin. Mynſing. in obſer. Cam. obſer. 1. in 1. Centuria, vbi & in obſerua. 38. eiuſdem Centuriæ, ipſe alios caſus, in quibus non requireretur litis conteſtatio, recenſuit.

CONCLVSIO XXXVIII.

46 LITIS conteſtatio non inducitur per exceptionem peremptoriam oppoſitā. Bal. in l. vni. nu. 3. in fin. C. de lit. conteſt. vbi ipſe hanc quęſtiooem in vtramq; partem diſputat, referens hæc verba: Hodie eſt expreſſum quod per obiectū exceptionis peremptoriæ nō indueatur litis cōteſt. c. 2. de litis cōteſt. lib. 6. Et licèt Bal. à nonnullis in contrarium allegetur, in l. rem non nouam. nu. 3. C. de iudic. hoc tamē non aſſerit, cùm ille expreſſè addiderit, Innoc. contrariam ſententiam in c. prout. in princ. ext. de dol. & cōtu. velle, & ꝓptereà ipſe remittit ad ea, quæ in d. l. 1. C. de litis conteſt. tradiderat. Et dicit Paul. de Caſt. ibid. nu. 6. gloſ. in verb. cum Iudex, ibi, vt ſi exceptionē opponat pacti, voluiſſe, per oppoſitiones exceptionū peremptoriarum induci litis conteſta. Sed in contrarium hodie deciſum d. c. 2. eiq; deciſioni ſtandū eſſe. Et hanc ſententiā plurib. argumentis comprobat Pet. Philip. Corn. in con. 332. in 1. lib. cō. vbi ipſe inter cæteras rationes dicit, litem non cōteſtari, cùm ceſſauerit animus litem conteſtandi, & ſine animo vtriuſque partis non reſultare litis conteſtationem. Proptereà ſi defecerit animus litem cōteſtandi ex parte reorū, deduci poteſt per aſſertionē eius, de cuius animo agitur. Et huius Philip. Cornei ſententiam remiſsiuè quoq; refert Rober. Marant. in tract. de ordi. iudicio. in 6. part. 10. memb. iudicij, de litis cōteſtat. nu. 5. ver. an aūt per oppoſitionem. Licèt gloſſa & Bart. in d. l. vni. nu. 12. C. de litis conteſtatione, cum multis alijs hanc diſtinctionem tradiderint, per exceptionem peremptoriam ſtatim poſt narrationē factā ab autore benè induci litis cōteſtationē. Secùs verò ſi ex interuallo proponeretur exceptio peremptoria, quia tunc nō inducitur litis conteſtatio. Ange. de Peruſ. in d. l. vni. nu. 3. C. de litis cōteſt. Nō obſtante eo, quod Domini de Rota contrarium reſponderint, dicentes: Si pars rea reſpōdēdo libello negaret narrata prout narrantur, & dicat petita fieri non debere, ſi non addat & dicat, animo litem cōteſtandi, fuiſſe dubitatū, vtrùm per huiuſmodi reſpōſionē fuerit lis conteſtata, & breuiter ſine argumentis fuiſſe determinatū & cōcluſum, quod ſic, in deciſ. 2. aliàs 12. tit. de litis cōteſt. in deci. nouis. Quorum ſententiam propter authoritatē inquit Ioā. de Im. ſeruari in practica, ſed cōmunē ſententiā eſſe in cōtrariū.

inc.vnic.nume.13.versic.non obstat.ext.de litis contest. Et ait Petr. Philip. Corn. in d. consil. 333. numer. 7. versic. nam licèt. Bartoli authoritatem non esse postponendam authoritati Dominorum de Rota, saltem in terris imperij, & pro Bartolo esse communem opinionem. Et Bartoli & aliorum sententiam nouißimè quoque sequitur Bernard. VVurmbser. in lib. 1. pract. foren. titul. de litis contest. capit. 4. Litis autem contestatio, an per exceptionem peremptoriam inducatur, Iuris Canonici interpretes ita distinguunt: Si reus directè respondeat libello, puta cum ab aliquo petuntur 10. ex causa mutui, si dicat se non teneri, & petita fieri nõ debere, ideo quia fuerit sibi pactum factum de non petendo, Eo casu facta est litis contestatio, non quidem propter obiectionem exceptionis, sed propter responsionem & negationem. Et in hoc casu intelliguntur iura & Doctor. volentes per exceptionem peremptoriam fieri litis contestationem. Si verò similiter excipiat de præscriptione, pacto de non petendo, vel de alia peremptoria, & tunc non esse factam litis contestationem. Et in hoc casu intelligendum esse d. c. 1. de litis contest. in 6. Doctor. in d. c. prout. in c. venerabilis. extr. de exceptio. Nouißimè Cling, in dict. cap. 1. de litis contest. in 6. de qua materia ibi fusiùs Doctor. & Maria. Socin. in tractat. de litis contest. disserunt, quam hic vberiùs explicare non est necesse.

CONCLVSIO XXXIX.

47 LITERAE beneficiales subreptitię sunt ipso iure nullæ. Innoc. in c. ad audientiam. 2. num. 2. Ioan. de Imol. nu. 3. Abb. nu. 5. & 8. & Ioan. de Anan. nume. 6. ext. de rescrip. Estq; communis opinio, referente Felino ibid. nu. 21. in verb. literæ beneficiales. Meminit quoque Bernard. Diaz in reg. suis, reg. 445. Ampliationes & limitationes illius conclusionis videre poteris apud Felin. in d. cap. ad audientiam.

XL. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO XLI.

49 LOCATIO si est permissa vsq; ad certum tempus, vel vsq; ad certam generationem, si fiat pro maiori tempore, vitiatur in totum, & non valet vsq; ad tempus permissum. Bartol. in Auth. qui rem. C. de sacros. Eccles. & Angel. de Perus. in §. emphyteusin. in Auth. de non alien. aut permut. reb. Eccles. Et hanc communem Docto. sententiam esse dicunt Barthol. Socin. in l. 1. §. sed etsi mihi, ff. de verb. oblig. & Roland. à Valle, in consil. 84. num. 29. in 1. Tom. cons.

CONCLVSIO XLII.

50 LOCATIO ad longum tempus facta per prælatum & capitulum ex iusta causa & cum debita solennitate, secundum communem sententiam admittitur, licèt aliàs non admitteretur. c. nulli. ext. de reb. Eccles. alien. vel nõ. c. 1. de reb. Eccles. alien. vel non. lib. 6. Ita traditur in Clemen. 1. de reb. Eccles. non alien. Hanc communem opinionem post Ruin. in cons. 157. in 1. vol. dicit Roland. à Valle, in cons. 96. num. 20. in 1. Tom. cons.

CONCLVSIO XLIII.

51 LOCVS semper in omnib. instrumentis, sicut & tempus poni debet. Ita refert Alberi. in l. lecta. nu. 11. versic. secundo. addens ita communiter probari per Doct. ff. si cert. petat. Idem Alberic. in l. libellorum. nu. 2. 3. & 4. ff. de accusat. Bart. in d. l. lect. nu. 34. Ias. nu. 3. in fin. Bart. in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de no. oper. nunciat. Ange. de Vbald. in cons. 220. num. 1. ibi, nec locum continet. Hanc quoq; veram & communem opinionem esse scribit Nicol. Boëri. in suis Decis. Decis. 33. nu. 27. in fin. eamq; adeò generalem esse, vt etiam non valeret consuetudo, quod instrumentũ fiat sine insertione loci, ex sententia Cornei & aliorum, voluit Roland. à Valle, in con. 38. nu. 8. in 1. Tom. cons.

CONCLVSIO XLIIII.

52 LVCRVM dotis quod maritus facit ex forma statuti ob mortem vxoris, dicitur ex causa lucratiua, quia quamuis titulus dotis onerosus dicatur, cùm pro oneribus matrimonij dos detur: lucrum tamen tale inspecta causa proxima dicitur ex causa lucratiua, & aduentitiũ potiùs quàm profectitium. Dec. l. in eo. nu. 5. & 6. ff. de reg. iur. & in l. 1. num. 17. C. de secund. nup. & in con. 260. Et hanc sententiam Bald. Nouell. in tracta. de dote. in 6. par. priuileg. 37. num. 4. in 6. volu. tract. Docto. communiorem appellat. Licèt Dec. in cons. 67. contrariam sententiam cõsulendò secutus fuerit. Sed ibi eum contra communem consuluisse meminit Cagnol. in d. l. in eo. numer. 5.

M.

CONCLVSIO XLV.

1 MANDATVM de ſpoliando præceſsiſſe præſumitur, ſi quis poſt factam à familia deiectionem commodum ſcienter cõſequitur, per doctrinam Innocentij in c. cum ad ſedem. poſt nume. 6. extr. de reſtit. ſpoliato. Bartol. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. num. 19. verſ. 14. Alexan. de Imol. num. 24. cum ſeq. & Iaſ. num. 14. ff. de nou. oper. nunc. Alex. de Imol. in conſil. 69. num. 5. lib. 2. con. Ruin. in con. 21. nu. 1. lib. 4. con. Eſtq; hæc ſententia communis, vti referunt per plures authoritates DD. Iac. Menoch. in tract. de recup. poſſ. in 1. remedio. ex interdicto Vnde vi. nu. 56. & Balth. Quin. in additio. ad conſ. Paul. de Caſt. con. 29. in verb. Doctorum. num. 25. in 3. part. conſ.

CONCLVSIO XLVI.

2 MAIORIBVS etiam per fraudem vel dolum, vel perperàm ſine iudicio factis diuiſionibus, ſolet ſubueniri. Quia in bonæ fidei iudicijs, quòd inæqualiter factum eſſe conſtiterit, in melius reformabitur. l. 3. C. communia vtriuſq; iud. & ibi gloſ. in verb. vel perperàm intelligit illud verbum, cùm vltra dimidiam ſit alter deceptus ad inſtar venditionis. leg. 2. C. de reſcind. vendit. & licèt in d. l. maiorib. Bald. nu. 3. dicat: Quòd ſi partes diuidant ad breuia & ſortis imbecillitate emergit intolerabilis deceptio, quod debet in melius reformari: tamen alij Doct. ibidem intelligunt illius ſententiam, ſi læſus ſit vltra dimidiam iuſtæ æſtimationis. Paul. de Caſt. nume. 2. Sichard. nu. 4. dicens, Vocatur autem enormis læſio, quando quis decipitur vltra dimidium iuſti precij. & idem in l. 4. nu. 3. quòd diuiſio inter maiores facta ſemper ſit valida, nec poſsit retractari propter vim tacitæ tranſactionis. C. communi diuid. Hieron. Schurff, in conſil. 28. numer. 7. verſic. ſecunda autem reſponſio. in prima Centuria, & in conſil. 66. num. 4. verſi. Præterea in ſecunda Centuria conſ. Marian. Socin. Iunior, in conſil. 146. nume. 45. verſic. læſio autem ſupra dimidiam. in 2. & in conſil. 8. numer. 2. verſic. Item ſecundò ratione maximæ ſeu enormis læſionis. in 4. volumin. conſil. & in contractu diuiſionis conſuluerunt Philip. Corne. in conſil. 240. in princip. in 4. volum. conſil. & Ludouic. de Gozadin, in conſil. 44. numer. 16. quia propter læſionem excedentem dimidiam iuſtæ æſtimationis, poteſt officium Iudicis pro retractatione & reparatione impetrari propter magnum exceſſum, aliàs ſecùs, Hieronym. Cagnol. in dict. leg. 2. numer. 59. & 60. pagin. lib. mei 121. C. de reſcin. vend. in 2. Tom. oper. Quamuis non ignorem inter recentiores, ac etiam inter veteres de hac re fuiſſe contentiones & diſſenſiones, quas iam non proſequor: tamen reperio, ſi interueniſſet aliqualis læſio, diuiſio non reſcinderetur, ſi partes eſſent maiores 25. annis. Adde, etiamſi diuiſio non eſſet facta, ex longo tamen tempore præſumi diuiſionem, per gloſ. ab omnibus approbatã, in l. penultima. in verb. ſi maior. C. communi diuid. niſi fuerit nimia inæqualitas. Alexand. de Imol. in conſil. 92. in lib. 2. & in conſil. 25. in lib. 5. conſil. propterea ſemper requiritur magna diſportio, & inæqualitas, vt Doctor. loquuntur. Franciſc. Balb. in tractat. de præſcript. in 3. part. princip. in 10. quæſtio. numer. 39. cum ſequentibus. Licèt alij cõtrariam ſententiam amplexi fuerint, quos referunt Carol. Ruin. in conſil. 117. in fine, in 3. volum. conſil. & nouiſsimè Anton. Gabriel. in ſuis commun. concluſ. titul. de præſumpt. concluſ. 1. numer. 30. verſic. contrarium Salycetus. Et ſupradictam doctrinam valde notabiliter limitat Ruin. in conſil. 162. numer. 14. in eodem 3. volum. conſi. diuiſionem inter fratres probari, ſi per decennium inter præſentes bona ſeparatim poſſederint, ſecùs verò quãdo alter eorum omnia poſſediſſet. Ioachim. Mynſing. in obſeruat. Iud. Imperia. Centuria quarta, obſerua. 18. in fin. Item præſumptionem diuiſionis locum habere inter illos, qui poſſunt liberè ad diuiſionem peruenire, non autem quoad minores vel ſimiles, quorum diuiſio valere non poteſt abſq; ſolẽnitate introducta de iure communi vel ex forma ſtatuti, idem Ruin. in con. 29. nu. 3. verſ. non obſtat. in 4. vol. conſ.

CONCLVSIO XLVII.

3 MANDATVM ſpeciale requiritur ad petendum reſtitutionem in integrum. leg. illud. §. ſi talis. ff. de minor. cap. coram. extrà de reſtitutione in integrum. Et hoc quando petitur principaliter, vt quando petitur contra contractum vel contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam,

ſecùs

secus si incidenter. Bartol. in d. l. illud. §. si talis. numer. tertio. Panormit. in dict. capit. coram. & in capit. suscitata. vbi numer. 5. affirmat hanc esse Doctor. communem opinionem. Cassiodorus in Decis. 1. de procuratorib. & Didac. in libro 1. variarum resolutionum. capit. 6. Ad postulandum in integrum restitutionē, an sit necessarium mandatum. Quæ tamen sententia intelligitur in mandato sufficere, si dictum fuerit: Constituo talem procuratorem ad petendum restitutionem in integrum, contra quamcunque personam: licèt in eo non diceretur in tali causa & contra talem. Et hanc sententiam communiter receptam testantur Didac. in d. c. 6. & Roland. à Valle, in consil. 26. num. 19. in 2. Tom. consil.

CONCLVSIO XLVIII.

4 MARITVS & vxor si confiterentur se recepisse pretium rei dotalis venditæ, ad quemlibet peruenisse pretium pro dimidia, dubitari posset, Sed communis Doctor. sententia est, quòd tota dos aut totum pretium peruenerit ad manus mariti. Doctor. in Authent. si qua mulier. C. ad SC. Velleia. Angel. Aretin. in §. item si. num. 20. Institut. de excep. Matth. de Afflict. in Decis. sacri concil. Neapolit. Decis. 209. Fabian. de Monte, in tract. de empt. & vend. in 3. quæst. princ. nume. 64. in 5. vol. tract. latè Bald. Nouellus in tract. de dote. in 7. part. incip. Priuilegia dotium constante matrimonio, in 12. limita. num. 15. versi. & per prædicta habes. in 6. vol. tractat. & Nicol. Boërius in suis Decis. quæst. 33. in 1. part. Quam communem sententiam Doctor. esse per multa argumenta, & authoritates Docto. insignes recentiores interpretes Iuris Aym. Crauet. in consil. 91. in 1. part. & Roland. à Valle, in consil. 64. in 1. Tom. consil. consulendo scribunt.

CONCLVSIO XLIX.

5 MARITVS constante matrimonio non tenetur dare fideiussores, quòd soluto matrimonio velit reddere dotem. Bartol. in l. si constante. numer. 3. versic. in contrarium. ff. solut. matrimon. quia quemadmodum non recipiuntur fideiussores pro dote conseruanda, toto titul. C. ne fideiussor. vel mandato dot. dentur. vbi ipse Imper. optimam rationem addit, si enim credendam mulier seipsuamque dotem marito existimauit, quare fideiussor vel alius intercessor exigitur, vt causa perfidiæ in connubio eorum generetur, ita quoque est in dote restituenda, cuius decisiones pulchras adfert contra Dyn. qui contrarium asseruerat, rationes Bartolus, in dict. l. si constante, post numer. 3. numer. 4. & 5. Et hanc Bartoli sententiam Doctor. communi voto approbarunt, licèt multi alij diuersum censuerint. Paul. de Castr. in dict. l. si constante. §. quotiens. numer. 7. in fin. Iohan. Schneid. in §. in omnibus. post numer. 11. Institut. de fideiussor. Si autem maritus vergat ad inopiam, tunc fideiussores non solùm recipi possunt. Bartol. in dict. §. quotiens. numer. 8. versic. Hoc autem quod dixi. sed etiam vxor licitè dotem repetit etiam constante matrimonio. capit. per vestras. & ibi Abb. & alij Doctor. extr. de donatio. int. vir. & vxor. Reliquos verò casus, in quibus posset accipi fideiussor, pro dote conseruanda, refert Myn sing. post alios, in d. §. in omnibus, nume. 3.

CONCLVSIO L.

6 MARITVS, qui cessauit per decennium petere alimenta seu interesse dotis non solutæ, an præsumatur eam remisisse socero. Et respondet Baldus iuri petendi alimenta seu vsuras ob non solutionem dotis decursas spatio decennij præscribi, in consil. 474. incip. Post biennium. Ita communiter Doctor. citant, in meo libro est 464. in 3. volum. cons. Alexand. de Imol. in consil. 74. viso titulo. numer. 8. versic. Secundò principaliter dici potest, in lib. 5. con. Et licèt huic sententiæ multi refragentur: tamen Baldi sententiam in puncto iuris veriorem esse, eiusque auctoritatem in actu practico maximam esse, meminit Alciat. in tractat. de præsumptio. in prima regul. principa. præsumptio. 32. numer. 7. versic. ex suprà dictis infertur. Sed contraria sententia verior & magis communis est, Ludouic. Roman. in con. 517. in casu propositæ consultationis. num. 14. versi. Secundo tamen, quòd prædictæ conclusioni refragatur, consilium D. Bald. Doctor. in l. quæ dotis. ff. soluto matrimon. Thom. Grammat. in decisio. regij Neapolitani concilij, decis. 70. incip. In causa magnificę beatricis. Infinitas auctoritates adducit Horat. Mandos. attestans de communi opinione in suis additionibus ad consilia Roma. in dict. consil. 517. in lit. t. verb. consilium. Cuius conclusionis quoque meminit

nunit Molinæus, pluribus adductis authoritatibus in suis additio. ad cons. Alexand. de Imol. in cons. 63. in verb. specialem lit. d. lib. 4. & idem in suis iisdem additionib. in dict. con. 74. in verb. nostra, in lit. c. expresse Baldi & Alciati & aliorum opinionem reprobat, indicans Corne. non rectè ab Alcia. adductum fuisse in d. præsumpt. 32. & idem Carol. Molinæ. in suis annotationibus ad consilium Decij, consil. 572. in verbo, contrarium. liter. a. Cæterùm de hac conclusione copiosè scribunt Angel. Areti. in §. fuerat. nume. 7. versicul. vnum tamen tene menti. & Ias. nume. 20. vers. quando autem. cum num. seqq. Inst. de action.

L I. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO LII.

8 MASCVLINVM non concipere fœmininum, passim ab interpretib. scribitur. Et hanc sententiam magis communem cõclusionem Alexand. de Imol. in consil. 204. numer. 9. ver. & similiter. in 2. lib. consil. Et Philip. Deci. communem opinionem Doctor. esse in l. 2. numer. 106. ff. de regul. iur. inquiunt. Quam doctrinam latiùs explicant in vtramque partem, An ex proprietate vel extensione procedat, infinitis Docto. authoritatibus adductis, Andr. Tiraq. in tract. de vtroque retractu. §. primo. gloss. 9. numer. 180. 181. cum sequentibus, & 208. & Carolus Molinæus in suis Commentarijs, in consuetud. Paris. §. duodecimo. & idem remissiuè in dict. consil. Alexand. 204. in verb. non concipit. in d. l. 2. in verb. contractib. liter. b. Francis. Bursat. in con. 1. nu. 36.

CONCLVSIO LIII.

9 MATER tutrix debet renunciare secundis nuptijs, Senatusconsulto Velleiano, & omni iuris & legum auxilio, aliàs tutela ipso iure additur nulla, iuxta Authent. & quæ ibi notantur communiter per Doctor. matri & auiæ. C. quando mulier tutelæ officio fungi potest. Barto. in versic. quæro quid si mater non renunciauerit. numer. 11. & 12. Salycet. numer. 13. & 14. Speculat. in titul. de tutore. §. nunc dicendum. numer. 5. versic. hodie verò præfertur mater. Paul. de Castr. in consil. 324. in princ. in 2. part. cons. secundum nouam impressionem. Angel. in §. actionum. numer. 41. versic. decimo nono. Instit. de act. Anton. Capycius in Decis. concil. Neapol. Decis. 50. numer. 5. 6. & 7. Ex his & alijs quę copiosiùs prosequitur Roland. à Valle, in cons. 76. num. 5. 6. 7. & 8. in 1. Tom. consi. hanc communem Doctor. sententiam esse liquet.

CONCLVSIO LIIII.

10 MATER, quæ filio pupillo tutorem petere debet, habet integrum annum ad petendum eum. Odofre. in l. 2. §. si mater. ff. ad S C. Tertylli. Alberi. ibid. in §. confestim. Bald. in l. precibus. nume. 22. vers. item, dixi confestim. C. de impub. & alijs subst. Paul. de Castr. in cons. 148. incip. Postpositis authoritatib. num. 1. & 2. in 1. part. con. Estque hæc communis Doct. sententia, Ange. Aretin. in §. sed quemadmodum. nu. 3. vers. sed primam partem. Institut. de S C. Tertyl. & Baltha. Quinct. in additio. ad cons. Paul. de Cast. cons. 33. in verb. excusaret. num. 11. in 3. part. Quam conclusionem copiosiùs declarant Ludo. Roman. in suis singul. singul. 233. inci. Tu habes. & ibi apostillatores, Paul. de Castr. Alex. de Imol. & Ias. in l. minoribus. C. de his quibus vt indignis. & remissiuè Ioan. Bertachi. in suo aureo Repertorio, in verb. Mater non petens tutorem filio pupillo: Nec non Iacob. Philip. Port. in suis conclusio. conclu. 4. lib. 5. atq; Anton. Gabriel. in suis cõmu. opinionibus lib. 6. titu. de tute. conclus. 1. num. 51. & Ascani. Clement. in tracta. de patri. potesta. cap. 4. num. 41.

CONCLVSIO LV.

11 MATRES liberorum transeuntes ad secunda vota, coguntur omnia illa quæ à liberis suis habent, eiusdem ordinis filijs reseruare: quod quidē etiam in patrib. receptum est. Etsi autem non habeamus de hac decisione expressum aliquem textum, qui in specie hoc decidat circa liberos: tamen habemus gloss. notatu dignam, in l. fœmina. §. illud etiam. in verb. possessione delata, quæ extendit legem à muliere ad virum. C. de secund. nupt. Deinde l. generaliter. C. eod. hoc satis innuere videtur, dum dicit, eisdem casibus maritum quoque debere communibus liberis seruare. Ita Doctor. communiter in d. l. fœminæ. §. illud. Bartol. numer. 2. Salycet. numer. 3. versi. quærit. gloss. an quod hic dicitur in muliere habeat locū in viro. Sichard. vers. sed hîc oritur dubitatio. Marian. Socin. sent. in consil. 34. nume. 3. vbi ipse in vtramq; partē valdè eruditè hanc materiam explicat in 1. Tom. con. Et Bened. Capra, in consil. 46. numer. 5. Et hanc communem

munem opinionem Doctor. esse referunt Guid. Papa in suis decisionib. Gratianop. q. 228. Dec. in consil. 87. num. 3. & in cons. 230. nu. 1. & ibi Carol. Molinaeus in verb. marito. Roland. à Valle, in cons. 95. numero nono. in 1. Tom. con. & Sichard. in d. §. illud, numero secundo, in fin.

CONCLVSIO LVI.

12 MATRIMONIVM de praesenti non contrahitur per haec verba, Volo te in vxorē accipere, sed dicitur contractum de futuro. Doct. in c. ex literis. ext. de sponsal. vbi Anton. de Butr. nu. 9. satis latè de hac quaestione disputat, & Panorm. nu. 5. Estque communis sententia, referente Augustino Ber. in suis quaestionibus familiaribus, quaestio. 6. num. 3. Quid autem de ea clausula sit sentiendum, si quispiam promittat non accipere aliquam in vxorē nisi illam, tractat Turzanus in suis communib. opinionibus, conclusi. 113. in primo tom. opinio. communi. videantur DD. maximè D. Ias. num. 4. Dec. num. 7. & ibi Moli. in verb. potentia. & Alciat. in verb. nisi. num. 16. in l. actione administratae curae, C. de transactionibus. Similiter quid de illa clausula, Volo te habere in vxorem, censendum sit, explicat Conrad. Mauser. in tit. de nuptijs. pag. 19. ver. Ponite vos aliud exemplum. Item, volo contrahere tecùm matrimonium, sâtis eruditè prosequitur Didac. Couarruu. in epitom. in 4. lib. decretal. cap. 4. secundae partis. Qualiter consensus exprimatur §. primo num. 4. vers. sed quid dices. pag. 217. videatur quoq; Iohan. Brunel. in suo tractat. De sponsal. in conclus. 13. in 16. vol. tractat.

CONCLVSIO LVII.

13 MATRIMONIVM in dubio praesumitur contractum tempore furoris, quando non apparet, vtrùm contraxerit matrimonium tempore furoris vel dilucidi interualli, & sic in dubio matrimoniū praesumitur nullum, quia alleganti matrimonium contractum in illo interuallo sanae mentis incumbit onus probandi, secundum glos. approbatam in c. fin. in verb. Compotem. extr. de successio. ab intest. Cardi. in Cle. 1. num. 4. de homicid. volunt. vel cas. Dec. in l. furiosum. nu. 18. vers. Secundò limitatur. C. qui testam. fac. pos. Estque sententia communis, vti refert Ias. plurib. adductis authoritat. in l. patre furioso. post nu. 5. vers. In contrarium. ff. de his qui sunt sui, quòd actus praesumatur in furioso habente dilucida interualla factus tēpore furoris, nisi per aliā partem, cui incumbit onus probādi, probetur factus in dilucidis interuallis, dummodò talis furor fuerit cōtinuatus per aliquod spatium, secùs si momentaneus vel breuis temporis sit. Bart. in l. in fin. ff. de bono. poss. furi. Ias. num. 3. Dec. nu. 15. in d. l. furiosum.

CONCLVSIO. LVIII.

14 MATRIMONIVM per verba de praesenti contractum praefertur matrimonio postea contracto, etiam secuta copula, vnde si quis duas per verba de praesenti desponsauerit, primam desponsatam habebit in vxorē, etiamsi priùs secundam cognouit carnaliter, nec valet contraria consuetudo, cùm solus consensus legitimus inter legitimas personas sine copula carnali interueniens sufficiat ad substātiā siue essentiā matrimonij c. fi. ext. de spons. duor. Dec. in l. nuptia. nu. 2. ff. de reg. iu. Quae cōclusio adeò procedit, vt licèt Papa circa matrimonium non dūcopula carnali consummatum habeat magnā vim & potentiā. c. ex publico. & quae ibi notantur à DD. ex. de conuersa. coniugato. tamen non sine magna causa possit dispensare, vt per secundum matrimonium consummatum tollatur primum non consummatum. Panor. in d. c. fi. nu. 5. & voluit ibi Alexandrinus Episcop. aliàs Ioh. Anto. de S. Georgio, praepositus S. Ambrosij, ad fin. post lōgam & prolixam disputationē ita communiter Doct. concludere: Refert quoq; Hier. Schurff. in con. 57. nu. 2. in 1. cent. Quia in secundo matrimonio de facto contracto nihil aliud quàm sola copula subest, quae tātae potestatis non est, vt matrimonium prius vel solo consensu constitutum possit euertere. c. pen. vbi expresse dicit Pontifex: Nō licet alteri ad alia vota transire, quòd si fecerit, secundum matrimonium de facto contractum, etsi sit carnalis copula subsecuta, separari debet in primū in sua firmitate manere. ext. de sponsalib. c. 1. c. 3. c. 4. ext. de sponsa. duor. cùm perfectionē suā ex mutuo & solo contrahentium consensu recipiat. c. sufficiat. 37. q. 2. c. cū locii. ext. de sponsa. d. l. nuptias. Et hanc materiā copiosè consulendo explicuit facultas Iuridica inclytae vniuersitatis Lipsensis in con. 53. in 2. tom. consiliorum diuersarum Academiarum & Doct. Germaniae, anno 1568. Francoford. impress. Cur autem in alijs actibus diuersum con-

constituatur, vt illi potiores sint, qui priorem possessionem consecuti sunt, eleganter tradunt gloss. in d.c. fin. in verb. cognouisset. extr. de spons. duo. & ibi Anton. de Butr. num. 10. & 11.

CONCLVSIO LIX.

15 MEDICI, æstimatores, vel alij periti, si in aliquo loco reperirētur, plures adhiberi debent, si vnus tantùm sit in loco, vnus sufficeret. Ita probatur, in §. quod autem. in Authent. de non alienan. vel permutand. reb. Eccle. colla. 2. & ibi hoc annotat Angel. de Perus. numer. 26. Bartol. in l. 1. versic. sed quæro. numer. 4. ff. de ventr. inspic. & idem in leg. 2. C. de ponderato. lib. 11. vnde iudex semper debet mittere medicos peritiores ad videndum & referendum cum iuramento, an cicatrix sit remansura vel non, an vulnus fuerit lethale, an verò membrum sit debilitatum, & si plures haberi possent chirurgi vel medici, quòd tum non sufficeret vnus. Bartol. in 1. constit. omnem. numer. 8. & 9. ff. Ang. Are. in tract. de malefi. in §. cicatrix. numer. 4. & Alexand. de Imol. in consil. 148. numer. 6. in lib. 2. con. Et hanc communem opinionem Doct. esse inquit Philip. Dec. in repetit. l. iuris ignorantiam. num. 21. versic. & communis est opinio. C. qui admitti ad bonor. possess. poss.

CONCLVSIO LX.

16 MERCATORES nostri temporis, an ad similitudinem argentariorum, rationum suarum codices, etiam ad fundandam intentionem actoris exhibere teneantur, magna est dubitatio inter Doctor. sed communis Doct. opinio est, eos teneri. Bartol. in l. 1. num. 5. Angel. de Perus. numer. 1. Salycet. nu. 9. Alex. de Imo. nu. 10. Bart. Soci. nu. 14. C. de eden. Bartol. in l. quædam. nu. 2. Alberic. in l. 1. §. editiones. nu. 5. ff. de eden. Pano. in c. 1. nu. 8. extr. de probat. horum præcipuū & principale fundamentū consistit super consuetudine scribendi rationes per mercatores, à qua omnis dispositio regulatur, & secundū eā iudicatur, & actus qui celebratur factus intelligitur. Nā cū mercatores nostri tēporis libros rationū faciāt, & teneāt, pp̄ter consuetudinem sic faciendi, cōtrahentes secum mandare illis censentur, quod ita faciant, vt fieri consuetum est, sicque rationes scribant. Ea propter concurrente huiusmodi tacito mandato & interesse ac vtilitate contrahentium, cogi debent edere quemadmodum olim argentarij. l. si quis ex argētarijs. §. pertinere. ff. de edend. Licèt multi alij Doctor. reclamauerint per rationes & fundamenta non contemnenda, quæ referunt Ias. in d. l. 1. numer. 15. Dec. numer. 18. & idem Dec. in d. c. 1. numer. 27. & nouissimè Cagno. num. 78. verùm communis, Socino d. num. 9. Dec. d. num. 18. & d. numer. 27. attestantibus est in contrarium, à qua communi tanquam æqua & rationabili, vt in lucem veniat veritas. l. 2. l. iustum. l. nō est nouum. C. de eden. recedi non debet, quæ æquitas maximè inter mercatores & in curia ipsorum obseruanda est. Ioan. Mariæ Riminald. in d. l. 1. & Cagno. d. num. 88. in fin.

CONCLVSIO LXI.

17 MERETRIX de meretricio quæstu testari potest. Bald. in l. 1. num. 4. vers. & ideò de tali quæstu. C. de condict. ob turp. caus. Idque notandum esse inquit Sichard. ibidē contra multas Imperiales ciuitates, quæ bona meretricum inuadunt tanquam vacua. Panorm. in c. quia plerique. num. 14. ext. de immunit. Ecclesia. Ias. plures authoritates Doctor. allegans in l. 4. §. sed quod meretrici. in prin. ff. de condict. ob turp. caus. & idē Ias. in consi. 37. in 3. vol. con. Crauet. in con. 203. numer. 25. Et hæc sententia communiter approbatur. Ita refert post alios Bermundus Chouerronius in tractat. de public. concubin. in verb. contra prædictos. numer. 9. pagin. 236. Et coniunctus potest relinquere meretrici sibi coniunctæ omnia bona sua. Et si est in gradu proximiore defuncto, ab intestato succedit, & omnes vlteriores gradus excludit. Ang. de Peru. in authen. quib. mod. natural. effici. legit. §. sed & aliud. nu. 5. & 6. nouissimè Cephal. in consil. 224. nu. 64. in 2. part. con. Et meretrix matrimonio copulata potest hęres institui à fratre excluso altero fratre. Pet. Iohan. Anchora. in suis familiarib. iuris quæstionib. q. 60. nu. 11.

CONCLVSIO LXII.

18 MERETRICI non solùm donari vel legatū conferri potest. l. 4. §. sed quod meretrici. ff. de condict. ob turp. caus. vbi inquit IC. Vlp. Sed quod meretrici datur, repeti nō potest, vt Labeo & Marcellus scribunt, sed noua ratione, non ea quòd vtriusque turpitúdo

pitudo versatur, sed solius dātis. Illam enim turpiter facere, quòd sit meretrix, non turpiter accipere, cùm sit meretrix. Et ibi annotarunt Odoff. in vers. sed & si do meretrici. Bart. in versicu. quæro quid. Bald. in §. quoties. ibid. Saly. in d. §. sed quod meretrici, in princip. Et Rapha. Fulgos. in princ. l. affectionis, & ibi Bart. & alij Docto. ff. de donatio. vbi inquit idem IC. Vlp. Affectionis gratia neque honestæ neque inhonestæ donationes sunt prohibitæ. Honestæ erga benemerentes amicos vel necessarios, Inhonestæ circa meretrices. Quia cùm te propter turpem causam contra disciplinam temporū meorum domum aduersatiæ dedisse profitearis: frustra eam tibi restitui desideras, cū in pari causa possessoris conditio melior habeatur. l. 2. C. de condic. ob turp. caus. Verùm etiam pignus tradi. Alberi. in d. l. 4. nu. 2. Et si illud traditum fuerit, eo casu non tantū illud retinere poterit, sed etiam agi poterit contra donatorem, vt pignus redimat. Et ideò sicut dominium rei traditæ acquiritur donatario per traditionem, sic etiam meretriciis in pignore videtur esse acquisitum. Vnde scribit Cyn. in l. 2. nūmer. 5. C. de condic. ob turpem caus. Quòd si scholaris promiserit meretrici aliquam summam pecuniæ propter libidinem cum ea habitam, & illa citauerit eum coram Rectore, certè efficaciter petere poterit, quod scholaris ei promiserit. Et dicit Salycet. in d. §. sed quod meretrici. num. 4. in fin. hanc sententiam communiter à Doct. approbari, licèt gloss. ibidem in verb. Sed noua ratione. & glos. in d. l. affectionis. in verb. meretrices, in prin. contrariam sententiam sequatur, quam gl. veriorem videri inquit Paul. de Castr. in l. 1. nu. 13. Pro qua plures authoritates ibi adducit Ias. nu. 5. ff. de condi. ob turp. caus. Et Accursij sententiam quoque veriorem esse inquit Oldendorp. in class. 6. act. 7. de condict. ob turp. vel iniust. caus. ver. an scortum agere possit: tamen Cyni sententiam & alij Doct. communiter sequūtur. Bart. & Albe. in d. l. 4. & idem Bar. in d. l. affectionis. Alex. de Im. in d. l. cir. fi. & ita communiter concludere Bartolum, & Alexandrū scribit Bermundus Chouerro. in tract. de publicis cōcubi. in ver. cōtra prædictos. nu. 6. pa. 135. Et inter cætera addit Pau. de Ca. in d. l. 1. nu. 8. donationem vel promissionē vel donationē pignoris factā meretrici valere de iure, nec fiscum ab ea auferre posse, licèt secùs sit in alijs mulieri. non meretricibus publicis. Pano. in c. quia plerique. nu. 14. ext. de immu. Eccles. & nouissimè Mar. Ant. Natt. in consi. 506. in 3. Tom. consi.

CONCLVSIO LXIII.

19 MERI & mixti imperij causæ delegari non possunt. l. solet, in prin. ff. de offic. procons. l. nemo potest. ff. de reg. iur. quia propter magnitudinem causarum & dignitatē personarum, quib. committuntur, censetur electa industria personæ, non potest actus per aliū explicari. Ias. in l. 1. numer. 28. ff. de offic. eius cui mandat. est iurisdictio: sed de iure Canonico delegari possunt causæ meri vel mixti imperij. gloss. & ibi Panorm. numer. 1. in c. quòd sedem. ext. de offic. iudic. ordin. gloss. & Panorm. in c. in archiepiscopatu. numer. 2. extr. de raptor. incend. & viola. ecclesiæ. Et Cardin. Zabar. in cap. 1. in Clemen. de offic. & potest. ind. deleg. Ias. in d. l. 1. numer 29. vbi ipse plures authoritates allegat. Et hanc communem opinionem Doctor esse scribit consulendo Alexand. de Imol. in consil. 106. numer. 21. in 2. lib. consil.

CONCLVSIO LXIIII.

20 MILITIA vbi per patrem filio empta vēdi potest, licèt ad hæredes nō transmittatur, imputatur filio in legitimam. Ita eleganter declarat Bald. in l. omnimodò. §. imputari. numer. 3. inquiens, secundò est reperire militiam seu officium quod potest vendi, non tamen ad hæredes transmitti, & de tali militia seu beneficio de precio patris acquisito dicendum est, quòd imputetur in legitimā, exempli gratia: In Repub. sunt aliqui reditus, qui à principe impetrantur ad vitam, ita vt etiam ad vitam impetrantis possint vendi, sicut reperiūtur aliqua feuda huiusmodi lege concessa, quia tunc huiusmodi beneficia sunt quid patrimoniale, & sunt in commercio, & ab ascēdente procedunt. Meritò igitur cōferuntur, & legitimè imputantur. Ita intelligitur tex. in d. §. imputari. in verb. vt vendatur. plura exēpla refert ibidem Bal. ex Bart. in l. 1. §. nec Castrense. ff. de collat. bonor. eodem modo & alij Doct. hoc volūt in d. §. imputari. Licèt Nicol. de Vbal. in tract. de success. contrariam sententiam defenderit: Hanc tamen sententiam veriorem scribunt Ripa in l. in quartam. numer. 163 vers. sed an officium scriptoriæ apostolicæ. ff. ad l. Falcid. Ioan. Crot. in l. frater à fratre, vers. de. tertio quæritur. nu. 39. ff. de condict. indebit. & communem opinionem

nione me esse Roland.in consi.12.nu.10.in 2. Tom.consil.

CONCLVSIO LXV.

21 MINOR annis 25. maior tamen 18. potest esse arbiter.l.quidam cōsulebant. & ibi glo.in verb. quidam.ff. de re iudic. quia maiores 18.possunt esse arbitri,si volunt, secùs si nolunt,& si inuiti non possunt compelli ad assumendum arbitrium.Alex.de Imo. in d.l.quidam consulebant.num.3. Hanc conclusionem communiter interpretes iuris Ciuilis approbarūt, referente post alios M.Anton.Blanc.in tract.de compromis. in 2.quæst. De his qui possunt esse arbitri. num.22.in verb. minor annis 25. Iuris verò Canonici interpretes voluerunt communi voto minorem 25.annis non posse esse arbitrum. Et eius sententiam non habere effectum. gloss. in c. cùm vigesimum. in verb. eandem ætatem,& ibi DD.extr.de offic.delegat.Blanc.d.num.22. Quint. Mandos.in tractat.de ætat.min.cap.5.numer.89.versi. Octauus.

CONCLVSIO LXVI.

22 MINOR si enormiter læsus esset, an posset petere absolutionem à iuramento, petiturus in integrum restitutionem,multi DD. voluerunt eum petere non posse, per text. Auth.sacramenta, ibi inuiolabiliter custodiantur.C.si aduers.vendit.& quędam alia, vt latè consulendo tradit cum multis adductis authoritatib.Alex.de Imol.in cons.222. lib.2.cons.sed communis & ęquior sententia est referente Hierony.Cagno.in l.2. nu. 109.C.de rescind.vend.ad oppositum,quòd data enormi læsione non habet locum dispositio.d.Authen.sacramenta puberum. & quòd minor possit petere absolutionem à iuramento, petiturus in integrum restitutionem, quia propter læsionem iuramentum dolo censetur extortum.l. si quis cum aliter.cum ibi nota.per Doct. ff.de verb.obliga.ergo non debet esse obligatorium.c.2. de pact.in 6.c.cùm contingat.extr.de iureiur.Panorm.in c.cùm causa.numer.19.ver, item iuramentum est de iure diuino.ext.de empt.& vend.Felin.in c.si diligenti.nume. 15. vers. secundum corollarium.ext.de for. compet.Dec.in cons.31.numer.2.& in con. 551.numer.2.&3.Gozadin.in consi.97.numer.14. Et hanc communem opinionem quoque esse dicit idem Dec.in c.in præsentia.numet.36. vers. vltimo secundum Aretin.cum multis adductis authoritatib. extr. de probat.

CONCLVSIO LXVII.

23 MINOR ligatur statuto vrbis & similib. disponentibus compromitti debere inter consanguineos, Et est communis opinio referente Quint.Mandos.in tract. de ætat. minor.quæst.8.in princ.

CONCLVSIO LXVIII.

24 MINOR iurans non priuatur beneficio restitutionis in integrum,quando de eo nō fuerit certioratus,cū in illa ætate dicatur infirmi consilij, & multis captionib. suppositus,non debet de facili beneficio sibi concesso priuari,cùm illius per se non fuerit capax,sed ignorans, nam iuri ignorato non dicitur quis renunciare.l.mater decedēs.ff. de inoff. testam. & per alias rationes, quas recenset Dyn.in consi.5.cuius sententiam refert Cyn.in l.2.numer.6.vers. sextò quæritur in minore.C.de rescind.vend.& inter alia argumenta eo quoque Dyn. & Cyn. vtuntur. Sicut mulier renuncians SC.Velleiano sibi nō præiudicat, nisi de eo fuerit certior facta.l.fin.C.ad SC. Velleia. ita etiam minor si renunciauerit beneficio restitutionis sine præcedente admonitione aut certioratione,nō dicitur sibi præiudicare,quia de eo quòd ignorauerit non videtur cogitatum,vt Dyn.in d.con.5. & Cyn. in d. l.2. latiùs cum plurib. allegatis rationib. tradiderunt. Et hanc communem opinionem Doctor.appellat Anton.de Butr.in c.penul. extr.de contrah.emp.& vend. quæ quidem tempore illius, Iasone referente, communis fuit,sed iam amplius non est,in l. sciendum.nume.33.ff.de verb.obligat.alij Doct. propterea voluerunt,non requiri certiorationem.Bartol.in Auth.sacramenta puberum.numer. 16. & 17.& ibi addit, in verb. consului contrarium.lite.F.allegans plures concordantes authoritates.C.si aduer. ven. Pano.in.c.cum causa.nu. 12.ext.de emp. & ven.Fel.in c.ex rescripto.nu.16.ext.de iureiur.alias authoritates pro sententia Bartol. recenset Alex.de Imol.in d.l.sciendum.versicul.iuxta hoc quærit Bartol.numer.34.cū seq.vbi ipse nume.35.& 36.inquit, communem practicam obseruare sententiam Bartoli,

toli, quam & ipse propter authoritatem iuramenti ita obseruaret, licèt Dyni in puncto iuris sententia sustineri posit. & in con. 42. nu. 9. & 10. in fin. dicit ipse hanc magis communem opinionem esse, quam approbat communis stylus & obseruantia in lib. 1. Et haoc sententiam Bartoli, noo requiri certiorationem Alex. in con. 127. in fin. in 2. lib. veriorem appellat, quam consulendo & legendo sequi solitus fuerit. idem dicit Ale. in cons. 80. nume. 15. in fin. in lib. 5. consi. Et ita consulendo & iudicando teneodum esse voluit Ias. in d. l. sciendum. num. 34. Bald. autem in d. l. 2. in 9. quæst. nu. 12. distioguendum putat, aut minor iurauit, non interueniente authoritate curatoris, tunc Bartoli sententiam retinendam, quia scientia curatoris reputatur scientia adulti. l. pupillus. ff. de acquir. hæred. Aut minor iurauit non interueniente authoritate curatoris, in eo casu sententiam Dyni approbandam esse. Sed istam distinctionem communiter non admitti, refert Ias. in d. l. sciendum, d. num. 34. verùm Marian. Socin. Iun. in d. conf. 48. nu. 38. scribit, non facilè decerni posse quæ sit communior in hac doctrina sententia, cùm Docto. variè loquantur, quorum diuersas sententias etiam Arelatanus iodicat in annotationib. & additio. suis ad tractat. Alciati, de præsumpt. in 1. regul. ptin. præsum. 42. propterea ipse Socin. in sæpè allega. consil. addit, quando in iuramento esset expressũ, quòd non velit venire contra iuramentum ratiooe ætatis minoris, illud sufficere, secũdum Barto. & alios, vt non requireretur certioratio, sed quando simpliciter minor iurasset non exprimendo ratione minoris ætatis, voluit Dyni sententiam veram & magis communem esse, quia eo casu nihil dictum fuit, per quod aliquo modo appareret cogitatum de beneficio minoris ætatis, & ita voluisse Bartol. in d. Auth. sacramenta puberum. prout illum declarat And. Barb. in con sil. 53. numer. 30. versi. & si quispiam obstinatiùs vellet insistere. in 2. volum. consi. Cæterùm Bartoli seotentia communiori voto approbatur, prout eum Doctor. communiter in d. l. sciendum. intellexerunt, Pául. de Cast. in consil. 8. versic. sed breuiter his non obstantib. in 2. par. consi. Alexa. de Imol. in consil. 27. numer. 4. in 1. volum. consil. Auffrer. in addit. ad decisio. Tholosa. quæst. 37. quia cùm iuramentum faciat eum maiorẽ non creditur ignorare tale beneficium sibi competere, vel verè sibi non competit, nam habetur pro maiori quoad discretionem & intellectum. Socin. Iun. in d. leg. sciendum. num. 39. Licèt Caro. Molin. huiusmodi sententias falsas, nec apud Gallos in vsu receptas esse crediderit, in suis marginalib. addi. ad consil. Alex. in verb. certioratione. liter. b. in d. consi. 27. & in d. consi. 42. in verb. iuramentum. liter. c. & remissiuè in d. consil. 80. in verb. iuramentum. lite. a. in 5. volum. consil. de qua decisione videantur ea quæ cumulata sunt per Iacob. Philip. Port. in lib. 4. suarum conclus. conclus. 33. Verùm Bartoli sententiam practicam seruare multi asserunt, quos nouissimè refert Quintil. Mandos. in addit. ad allegatio. Lapi, allegat. 24. in verb. iurans. lit. c.

CONCLVSIO LXIX.

25 MINIMA solent considerari & attendi in his, quæ de iure communi competunt: secùs verò in extraordinarijs, aut in ijs quæ de iure speciali contra ius commune conceduntur, vt in materia restitutionis in integrum. Bar. in l. si proprietarijs. ff. de dam. infect. Pano. in c. de appe. nu. 3. vbi Dec. nu. 7. inquit, ita communiter DD. decidere: licèt ipse ibidem nu. 8. voluerit, pro minimo dãno etiam dari restitutionem. extr. de appel. tamen Dec. in c. quoniam. num. 2. extr. de testib. & in l. cùm quid. in 1. & 2. lectu. num. 1. ff. si cert. petat. communem opinionem approbat per l. scio. ff. de resti. in integ. Quã decisionem latiùs explicarunt And. Tiraq. in l. si vnquam, in verb. omnia vel partem aliquam. nu. 15. C. de reuo. donat. Hippo. Rimi nal. in l. vt vim. nu. 306. versi. Tertiò comprobatur. ff. de iustitia & iur. & copiosiùs in l. 1. §. si quis apud eum. num. 36. cum. seq. ff. quod quisque iur. Meminit & huius conclusionis Syluest. Aldob. in suis addit. ad lectu. Decij nu. 8. in verb. detur restitutio. in d. c. de appellationibus.

CONCLVSIO LXX.

26 MINORES citari non possunt, si sint infantes. l. 4. ff. de in ius vocan. l. 1. ibi: Ita tamen vt pro ijs, qoi fari non posint, vel absint, ipsi tutores iudicium suscipiant. ff. de de admi. & pericul. tutot. Ioann. Andre. in additionib. ad Specul. titul. de reo. in verb. authoritate. liter. Z. Baldus in capitul. vni. de milit. Vasál. qui cont. est. nume. 20. vers.

verf.de cita.infant.In quib. & alijs locis voluerunt Doct.tutores infantium,si quos habeant, citandos esse, si verò non habeant, opera danda est, vt eis tutor constituatur, ad cuius prouisionem consanguineos & amicos vocandos esse. Quam quæstionem pluribus Docto.adductis authoritatibus latè prosequitur D.Tiraqu.in tract.de vtroq; retract.§.1.gloss.13.nume.16.cum seqq. pag. 125.& in summa inquit Quintil.Mandos.in praxi commissio.in 4.formu.in verb.Ad legitimè comparendum: veriorem & communiorem opinionē esse,quod si pupillus habeat tutorem,illum citari oportere, alioquin citentur consanguinei vel affines,amici & vicini,Et hi,qui verisimiliter pupilli defensionem omittere non creduntur.l.hæc autem.ff.quib.ex caus.in pos.eat.Specu.in tit. de prim.decret.§.restat.numer.10.vers.Sed pone.Lap.in alleg.115.& ibidem idem Mandos.in verb.non ad causam.Panor. in cons. 43.Ex omnib.num.2.in 2.part.consi.Plures authoritates tum à Tiraq.d.loco,tum à Mandosio tam in praxi commissio.d. form. 4.d. verb.ad legitimè comparendum, quàm in dictis allegatio.Lapi.115.adducuntur. Et in praxi ipse bonam cautelam ad omne dubiū tollendum esse tradit,vt citetur pupillus ad legitimè comparendum, vt latiùs ibi cognosces.

CONCLVSIO LXXI.

27 MINORES,mulieres contrahētes ac renunciantes beneficijs & iuribus illis competentibus, debent expressè reddi certiores, quæ sint illa beneficia, quæ illis competere possint, & quid in specie disponant, Exempli gratia, quid beneficium restitutionis in integrum, quid Velleianum, Condictio nes indebiti vel sine causa, aut similium, Nicol.Arelata.in additio.post alios ab ipso allegatos,ad tractat.Alciat.de præsumptio.in prima reg. princip. præsump.42. quam anteà allegaui in verb.Minor iurans.. Quint. Mandos.in suis additio. ad allegatio. Lapi, allegat.24.in verb.Certificatus,lit.b.

CONCLVSIO LXXII.

28 MINOREM oportet non simpliciter narrare & probare se minorem & læsum esse,sed hoc quoque addi debet dolo aduersarij vel sua facilitate se esse læsum.l.verùm.§. sciendum,cum seq.ff.de minori.l.fin.C.de in integ.restitut.minor. Estque communis hæc DD.sententia,vt pluribus adductis allegatis referunt Curt.Iun.in con.6.nu.20.versi. Præmissis tamen non obstantibus. Quint. Mand.in tractat.de ætat.minor.quæst.4.nu 3.post Alciat. Nicol. Arelata.in additio.ad tractat.eiusdem Alciat.de præsumpti.in 1. reg.prin.præsump.42.Mynsing.in obseruatio.Came.Centu.4.obser.16.

CONCLVSIO LXXIII.

29 MINOR 25.annis, si fuerit delictū cōfessus sine curatore etiā corā iudice, talis cōfessio nō præiudicat,& nulla est. l.clarū.C.de aucto. præst. vbi expressè inquit Iust. Imp. Clarū posteritati faciētes sancimus omnimodo debere & agentib.& pulsatis in criminalibus causis minorib.25.annis adesse tutores vel curatores, in quibus causis adultos & pupillos leges accusare concedunt, cū cautiùs & meliùs fit,cum suasione perfectissima & responsa facere minores, litemque inferre,ne ex sua imperitia vel iuuenili calore aliquid vel dicant vel taceant, quòd si fuisset prolatum vel non expressum,prodesse eis poterat, & à deteriore calculo nos eripere. Angel.Aret.in tract.maleficior.in verb.cōparuerunt dicti inquisiti.& confitentur.in §.Nec non sis benè cautus tu index,quando habes minorem.Et ibi apostil.Aug. Arimi. Tho.Gram.in suis consi.cons.16.numer.7. & 8.Estque hæc Doct.communis sententia referente Hieron.Grato.in consil.52.num. 9.lib.2.cons.2.licèt tradiderit.Clar. post alios ex Papiensi,eam doctrinam iudices hoc tempore non seruare,in sua practic. Crimi. quæst.50.in prin.& 55.versi. vlteriùs potest reus contra propriam confessionem. Putat tamen Clar.talem defensionem ad effectū minuendi pœnam minori prodesse.in dict. quæst.50.versicul. fortè posset, remittendo se ad quæst.60.circ.prin.

CONCLVSIO LXXIIII.

30 MOLENDINVM si quis habuerit in aliqua villa,& nonnulli homines, illius vel alterius villę iam longissimo tempore iuerint ad molendum in eo molendino,non tamē in futurum eos ad molendum compellere potest,cùm in his, quæ sunt facultatis,non cadat præscriptio. Hæc autem sententia nō procedit quando interuenisset prohibitio, & volentes ire ad alia molendina fuissent pro-

prohibiti,& prohibitioni acquieuissent per longißimum tempus sufficiens ad præscriptionem perficiendam, quia tunc benè acquiritur ius prohibenti, vt poßit in futurũ cogere eos ad molendum. Panorm. in c. significante. num. 1. extr. de appellat. Et hanc scribentium communem opinionem esse asserunt Balb. in tractat. de præscript. in 4. part. 5. prin. in 5. quæst. versic. Hanc conclusionem limita nisi interuenisset prohibitio. num. 3. Iacob. de S. Georg. in tract. feuda. in verb. & cum Molendinis. numer. 5. versi. Et hanc conclusionem limitabis procedere, & Roland. à Valle, in consi. 22. numer. 34. in 2. Tom. Nouißimè Ioh. Schnei. in §. flumina. cum duobus seqq. in fin. Inst. de rer. di. & in §. summa autem diuisio. nu. 57. cum seqq. vers. ex prædictis potest responderi. Inst. de interdict. Henning. Gȍd. in cons. 39. in ordine. num. 47.

CONCLVSIO LXXV.

31 MONACHATIO liberat à patria potestate filium, Accurs. in l. si ex causa. §. Pomponius ait. in verb. cùm statum mutat. ff. de mino. 25. annis. Ange. Aret. in §. filiusfamiliâs. num. 5. Aldobrandi. num. 26. Mynsing. num. 27. Inst. quib. mod. ius pat. potest solui. Ias. in l. patre furioso. nume. 47. ff. de his qui sui vel alien. iur. Estq́ue hæc sententia communis referente Ioan. Schneid. in d. §. filiusfamiliâs. num. 9. vers. communis tamẽ conclusio Docto.

CONCLVSIO LXXVI.

32 MONACHVS si interficeretur, & posteà interueniret transactio, vt daretur certa pecuniæ summa ratione factæ occisionis, illa abbati ac monasterio, non autem eius patri, si quempiam haberet, relinqueretur, ita voluerunt multi Doct. referente Decio in c. in præsentia. nu. 57. ext. de probat. quorum sententiam communem esse Alcia. arbitratur in l. 4. §. Cato. ff. de verb. obliga. licèt ab ea discedat Boërius asseuerans contrariam esse communiorem. Decis. 121. numer. 8. & 9. cuius sententiam Petr. à Placa in epitom. de delictor. lib. 1. cap. 6. numer. 18. approbare videtur.

CONCLVSIO LXXVII.

33 MORAE purgatio non admittitur vbi iuramentum interuenerit, per tex. singularem, in l. si quis maior. vbi Bartol. numer. 11. versi. & ex hoc nota. Alexan. 7. Ias. 26. Curt. 44. Parpalias, num. 78. Cagnol. 110. & 111. hoc annotarunt. C. de transact. quia vbicunque executio à lege fit, eo casu purgatio moræ non admittitur. l. si is cui. ff. de lega. 2. Alex. de Imo. in consi. 158. numer. 5. vers. præterea vbicunque in contractu appositum est iuramentum, nunquam est locus purgationi moræ. in 2. lib. & idem Alex. in consil. 105. nu. 9. vers. præterea omnis defensio partis. in 3. lib. Ita communiter Doct. affirmare inquit Alex. in consi. 76. numer. 15. vers. item attento. lib. 5. con. Ias. in l. si conuenerit. nu. 11. ff. de iurisd. om. iud. Et hanc communem Doct. sententiam esse referunt Dec. in con. 452. num. 12. in fin. & Ioan. Francis. Ripa, in l. fin. 32. q. num. 112. C. de reuocan. dona. licèt multi Doct. illam cõclusionem de æquitate Canonica limitari posse voluerint, quos recensent Alex. de Im. in d. l. si quis maior. numer. 7. cir. fin. Ias. nu. 26. circ. fin. Dec. in d. con. 452. numer. 5. Anto. de Petrucia, in l. 1. num. 112. §. vigesimus effectus est in repet. vol. 2. sed optimè respondent Dec. ibi. num. 13. & Carol. Molin. in additi. suis marginalib. ad con. Alex. in d. cousi. 158. in verb. iuramentum. liter. c. quamuis aliter respõdeat Ias. in con. 10. nume. 2. vers. circ. secundum dubium: tamen conclusiuè, distinguẽdo inter Ius Ciuile & Canonicum quoad forum Ciuile, non recedit ipse quoque à præcedentium Doct. sententia, in 1. volum consil.

CONCLVSIO LXXVIII.

34 MORS etsi omnia soluat. §. illud. & ibi gl. in verb. morte. in auth. de non eligendo secũdo nubent. §. deinceps. in auth. de nup. l. 4. ff. locati. tamen si quis fecisset testamẽtum & mortuus esset, & bona eius fuissent ab alio possessa, si resuscitetur, ea recuperat. gloss. in l. 4. ff. de legib. Quia sicut is, qui restituitur à pœna mortis per Principem, omnia bona recuperat, ita longè fortiùs vitæ restitutus à Principe cœlesti. auth. Gazaros. C. de hæreti. Estq́ue communis Docto. opinio referente Zaso in d. l. 4. post nume. 5. ff. de legib. Quam quæstionem latiùs declarat Bart. Brixiens. in suis quæst. dominicalib. quæst. 54. & licèt verò & naturaliter delata fuerit hæreditas ijs, quib. debebatur, & eis fuerit ius quæsitum irreuocabiliter,

quia secundum naturam de priuatione ad habitum non datur regressus, tamen iste resuscitatus bona sua iure potest recuperare, Iohan. Hier. Alb. Card. in suis lucubratio. in Bart. in l. sed si mors. numer. 9. ff. de donatione inter. vir. & vxor.

LXXIX. LXXX. infrà in 2. parte.

CONCLVSIO LXXXI.

37 MVLIERE in matrimonio decedente sine liberis, si proximiores hæredes, secundum statutum vrbis Rostochiensis, habere debeant dimidiam dotis acceptæ, alia verò dimidia dotis lucro mariti cedat, an illa de ista dimidia quæ ad hæredes peruenire debebat, testari possit. Docto. multi sunt in ea sententia, mulierem non posse de dote testari, quando est ad alium applicata vigore statuti vel contractus. l. cùm maritus. §. fin. ff. de pact. dota. Bald. in l. pro hæreditarijs. nu. 8. C. de hæredit. act. latè Cagnol. in l. fin. numer. 99. & 100. C. de pact. licèt alij contrariam sententiam amplexi fuerint, quorum argumenta cumulat Ias. in consil. 127. inci. Redemptoris nostri. in 1. volum. consil. sed priorem sententiam communiter approbatam esse inquiunt Roland. à Valle, in q. super statuto. de lucro dotis. quæst. 82. Cacheran. in deci. Senat. Pedemon. Decis. 20. nu. 7. in fin. non obstante eo, quòd mulieri libera disponendi facultas de reb. suis tollatur, cùm ea possit ad libitum testari, etiam virum in alijs bonis suis instituendo, vt Cagnol. dict. numer. 100. versicul. quando autem refert.

CONCLVSIO LXXXII.

38 MVLIER, quando maritus vergit ad inopiam, non potest secundum communem Docto. sententiam agere contra tertios possessores, nisi prius præcesserit discussio in bonis viri, ita inquit Bartol. in l. si constante. versi. secundò quæro vtrùm, num. 72. ff. soluto matrimonio. Et hanc sententiam magis veram & communem esse testatur Anton. Negusantius, in tractat. de pignorib. & hypothe. in 8. part. princi. 1, memb. num. 32. versic. nonò fallit regula. Et hanc opinionē communem Ias. appellat in d. l. si cōstante. numer. 207. versi. quid tenendum. vbi ipse sententiam contrariam defendit, pro qua etiam consuluerat Ludouic. Roman. referē te Alex. de Imola ibid. numer. 22. versi. item circa ea, sequendo tamen Bartoli conclusionem. De hac quæstione in vtramq; partē disputat Rolan. à Valle, in con. 9. cuius argumenta quilibet per se videre poterit.

CONCLVSIO LXXXIII.

39 MVLIER, secundum iuris Canonici dispositionem, in causa criminali testis esse non potest, c. mulierem. 33. q. 5. c. forus. §. testes autem considerantur. extr. de verbo. sig. sed ea sententia de iure Ciuili non procedit, quæ magis communis est, vt inquit Alex. de Imol. in consil. 11. numer. 6. allegans bonum textum in l. ex eo. ff. de testib. & ibi Carol. Moli. in verb. Ciuili. in lib. 1. con. & in consi. 24. numer. 11. in lib. 2. consi. Angel. Aret. & ibi August. Ariminensis in verb. cōparuerunt dicti inquisiti coram d. iudice, num. 14. in tract. de malefic. Et hanc cōmunem opinionem esse inquit Tho. Gram. in con. 12. nu. 17. & eam seruari in praxi, refert Feli. ex sententia Ioan. Andr. in c. 3. ext. de testib. latè Nicolaus Arelatanus in suis additionibus, in præsump. 46. in 1. reg. princ. in Andre. Alcia. tract. de præsump. vbi ipse latè, quod mulier tanquam testis, quando veritas aliter haberi non posset, admitteretur, prosequitur. De cuius doctrinæ veritate egregiè consulendo scribunt Alex. de Imol. in consi. 64. in 1. lib. consil. Bartho. Socin. in cons. 54. num. 9. in 3. volu. con. & Roland. à Valle, in consi. 24. nu. 13. 14. & 63. cum seqq. in 1. Tomo con.

CONCLVSIO LXXXIIII.

40 MVLIER si vellet ipsis propinquis, quorum consensus, statuto disponente, desideraretur in testamento mulieris, bona sua relinquere, illi non possent ad propriam vtilitatem consensum accommodare. Gloss. & Bartol. num. 6. in l. 1 ff. de author. tutor. Barto. in l. frater à fratre. num. 50. cum seqq. ff. de condict. indeb. Et hanc Doct. communem opinionem esse inquiunt Philip. Dec. in consi. 612. num. 6. vbi ipse plures authoritates adducit. & Ioan. Dilect. in tract. de arte testan. titul. 1. de his qui non habent fact. testamenti. caute. 2. nume. 4.

CONCLVSIO LXXXV.

41 MVLIER quæ stipulata est dotem sibi restitui, alio promittēte, viro vergente ad inopiam,

piam,voluit Paul.de Caſt.Quòd ipſa mulier non poſsit agere Hypothecaria, cùm nō comprehendat cauſam inopiæ,in conſil.6. 3.part. nouiter impreſſæ. Cui refragatur Cyn.in l.vbi adhuc.in 2.&7.quæſt.num.6. & 11. C. de iure dot.Bartol.in l. Si conſtante.nume,33.ff.ſolut.matrim.ita diſtinguit, Quod aut ſunt obligati tanquam duo rei debendi, & tunc inopia vnius alteri nocet. Authen.Hoc ita. C.de duob.reis. Sed ſi nō ſunt tanquam duo rei debendi,tunc inopia alterius non debet alteri obeſſe.Bald. & Angel. in d.l.ſi conſtante.verſi.Cyn. arguit ad hoc.volunt quòd poſsit agere contra maritum vergentem ad inopiam.Roman.ibid. dicit,Bartoli opinionem veram eſſe. Idem Paul. de Caſtr.in d.l.ſi conſtante.numer.8. ait,quòd poſsit agere contra maritum vergentem ad inopiam, & in defectum ſolutionis contra promittentem.Et hæc opinio eſt contra communem,referente Alexan. de Imol.in d.l. ſi conſtante.numer.3.verſicu. Paul. de Caſtr. hic dicit. vbi ipſe Alexand. ſententiam Baldi & ſequacium amplectitur,& addit Vltramontanos tenuiſſe, contra vtrumque non poſſe agere ea ratione, quia diuitiæ vnius ſupplere debent pro inopia alterius.Et dicit idem Alexand.d.num. 3.quòd Rapha.Cuman. afferat opinionem Baldi æquiorem. Ripa ibidem hanc materiam latiſsimè eſt proſecutus,à numer. 52. vſque ad numer.55. Et tandem numer.94. & 95.concludit contra Paulum. Idem Roman.in conſil. 392. numer. 2. Quam ſententiam quoque ſe ſequi inquit Balthaſar Quinctius Aquilenſ.in ſuis additionib. ad conſil.Paul. de Caſtr. d. conſi.6.ea ratione, quia in cauſa dotis agitur de bono & æquo. Bald.Nouell.in tracta.de dote, in 8.parte in 37.Priuil.in 6.volum.tractat.Dec.in conſi. 45.numer.4. Sed Ripa in d.l.ſi conſtante. numer. 95.in fine,teſtatur Pauli de Caſtro ſententiam communem eſſe adiecta limitatione,vt ea doctrina non procedat,quando mulier fuiſſet ſtipulata à fideiuſſore, in omnem caſum dotis reſtituendæ & ſoluendæ, & prædictus Balthaſar Quinct. Aquil. annectit aliam limitationē,ſupraſcriptā ſc. concluſionem non procedere in ſtatutis, quando ſtatutum dicit, quòd dos reſtituatur,cùm talis reſtitutio propter inopiam dicitur impropriè reſtitutio.in d. additionib. numer.25. ad 6.conſil.Paul. de Caſtr. De qua concluſione repetentes varia ſcripſerunt,ad quorum ſcripta me remitto,ne multitudine ac varietate rerum legentium animi onerentur.§.his igitur. Inſtit.de iuſt. & iur.

CONCLVSIO LXXXVI.

42 MVLIERES inuadentes alterius poſſeſſionem,tenentur conſtitutione.leg.ſi quis in tantam.C.vnde vi. glo.ibidem in verb. Earundem rerum.in princip. verb. Quæro ergo de fœmina.Philip.Dec. poſt alios in l. 2.numer.89.verſicul. Et idem in ſtatuto. ff.de regul.iur.Ripa,in cap.ſæpè.nume.90. extr.de reſtitut.ſpolia. Eſtque communis Doctor. ſententia, vt plurib. adductis authoritatibus & additis rationibus refert Iacob.Menoch.in commentarijs recuperandę poſſeſsionis,in 9.remedio. d.l. ſi quis in tantam.numer.9.cum ſeqq.verſicul.Quæro primò.

CONCLVSIO LXXXVII.

43 MVLIER pro augmento dotis habet tacitam hypothecam, non autem priuilegium prælationis. gloſſ.in §.aliud quoque. in verb. orietur.in Authent. de æqualitar. dot. collation.7.Panormita. in c.ex literis. ext. de pignor.Iohan.Platea. Iaſ.numer.41. & alij in §.fuerat.Inſtit.de action.Eſtq; hæc communis ſententia, vt pluribus adductis authoritatibus probat Didac.Couarru. variarum reſolutio.cap.7. numer.1.Meminit quoque Balth. Quinct. in ſuis additioni.ad conſil. Paul. de Caſtr. in conſil.37. in verb. non autem.numer.39.in 3. part.con.

CONCLVSIO LXXXVIII.

44 MVLIER petens aliquem in virum, ſi non probet plenè matrimonium, vir abſolui debet, quia agitur quaſi de ſtatu hominis, cùm per hoc ſeruitus in ipſo conſtituatur.gloſſ.eſt in c.mulieri. in verb. abſoluto. quam Docto.ibidem communiter ſequuntur.extr. de iureiurand. Alexan.de Imol.in conſil.143. Quoniam abundè. numer.4.in 2.volum.con. Vbi propter hoc infert,quòd in tali cauſa ſunt neceſſariæ probationes, quæ in cauſis criminalibus requiruntur, cùm cauſæ ipſæ matrimoniales eis æquiparentur. Bald. in c. ad noſtram.numer.1. extr. de probationib. Paul.de Caſtr. in l.3. numer.11.& idem Alexand. de Imol.nu 16.

vxorem, numer. 2. Sichar. num. 4. C. de negot. gest. Guid. Pap. in suis decisio. Gratianopolita. quæst. 439. Steph. Aufrer. in suis additionib. ad decisiones Capellæ Tholosę, quæst. 86. Estque communis Docto. sententia, referentibus Hieron. Grato in consi. 57. numer. 7. vers. circa secundum dubium. lib. 1. respons. & Horat. Mandosio in suis additionib. ad consil. Roma. in con. 517. in verb. non vult. liter. g. Secùs verò si diuertat vxor culpa mariti, quòd posit contingere propter immodicam sæuitiam mariti. l. literas. extr. de restitut. spolia. tunc tenetur maritus eam alere, & ægrotam curare suis sumptibus, perinde ac si domi sit & exhibeat ei operam. Sufficit enim eo casu non stare per vxorem, quo minùs operetur viro. l. Labeo. scribit, si mihi bibliothecam. ff. de contrah. empt. Doct. in d. l. quod in vxorem, & in l. si cùm dotem. §. si autē in sæuissimo. ff. solut. matrim. & in l. si donaturus. §. fin. ff. de cōd. cau. dat. De qua cōclusione, & eiusdē coniunctis scribit multa notatu digna Gui. Pap. in consi. 127. de hoc anno domini, in 2. part. consil. & in d. decision. Gratianopoli. quæstion. 439.

CONCLVSIO XCI.

47 MVLIER potest esse testis in testamento ad pias causas, per multas authoritates, quas adducit Dec. in l. fœminæ. numer. 27. vers. Similiter quod dictum est. ff. de regul. Iur. Vigli. in §. testes. numer. 4. Instit. de testamentis. Estque communis opinio, vt satis constat ex authoritatib. per Dec. allegatis, & fatetur idipsum Clarus in lib. 3. sententia. §. testamentum. in 6. quæstion. itemque Thobi. Non. in d. §. testes. num. 3. licèt ipse contrariam sententiam defendat, per pulchras rationes.

N.

CONCLVSIO XCII.

1 NEPOS etsi in successione aui cum patruo concurrere soleat. §. cùm filius. Institut. de hæredit. quæ ab intestat. defer. ea tamen sententia tum dicitur procedere, quando succedit titulo hæreditario, & sic dispositione legali, secùs quando titulo fideicommissario, & sic ex dispositione hominis. Ita voluit Bald. in l. cùm ita. §. in fideicommisso. in fin. versicul. quæro an filius fratris. cuius sententiam alij approbarunt, Rapha. Cuma. ibid. in fin. ff. de lega. 2. Angel. Aretin. in d. §. cùm filius. nu. 2. versicul. deinde ista regula, quòd nepos succedat in locum patris sui, habet locum quando succeditur titulo hæreditario, non autem quando titulo fideicommissario. Ratio secundum Bald. est, quia succedendo iure hæreditario, consideratur iuris dispositio, quę habet vt filius succedat in locum patris, in succedendo verò titulo fideicommissario consideratur affectio, quam natura debet habere magis ad filios vti proximiores, quàm ad filios filiorum. Alexan. de Imol. in consil. 204. numer. 6. lib. 2. & in consil. 129. numer. 3. versicul. istis sic præsuppositis. in lib. 5. consil. & Benedict. Capra, in consil. 5. numer. 4. 5. & 6. Hanc doctrinam Dec. dicit esse communem opinionem Doctor. in consil. 1. numer. 7. versic. ex quib. omnibus patet. & in consil. 480. nume. 10. & ita ipse inquit Romæ in Rota eo consulente iudicatum esse. in l. si auiæ. numer. 6. in fin. C. de success. edicto. Plures authoritates Doctor. allegat Roland. à Valle, in consil. 68. nume. 11. cum seq. in 1. Tom. consil.

Hac sententia non obstante, alij Docto. contra Bald. Cuman. & Decium opinionem magis communem esse referunt, approbantes gloss. communiori calculo approbatam, in d. l. cùm ita. §. in fideicommisso. volentem in relicto facto familiæ, & in quo admittuntur, prout quisque est proximior, nepotem ex fratre præmortuo admitti simul cum patruo. Authen. cessante. C. de legit. hæred. cùm testator videatur in dubio voluisse illos de familia vocari eo modo, & eo ordine quo fuissent successuri ab intestato de iure communi, per nota. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & posthum. quia verba testatoris & contrahentium, à iure communi, à statuto & consuetudine recipiunt interpretationem, Bart. & Doct. in l. hæredes. §. cùm ita. ff. ad Trebell. cum multis alijs authoritatibus & argumentis hincinde in vtramq; partem adductis, quæ latiùs deducuntur per Aymon. Crauett. in cons. 67. nu. 4. & 5. in 1. part. & prædictum Roland. à Valle, in d. con. 68. nu. 31. cum seq. num. 46. hanc sententiam communiorem esse ex Doct. ibi relatis attestantes. Quid autem respondendum sit ad illam distinctionem in prin. adductam de successione le-

gali ad dispositionem hominis, respondent Tiraquellus dicto loco, & Rolandus à Valle, in dicto consilio 68. numero 52. versicul. non obstat Nec Baldi, Cumani & Decij sententiam ante illos Sebast. Sapia, in leg. si auiæ. Cod. de succes. edicto. & latè Tiraquellus in tractatude iure primigenio. quæstione quadragesima. numero 191. & 192. probarunt. Et Carolus Molinæus in suis additionibus marginal. Decij sententiam improbat in dicto consilio primo, in quibus locis Tiraquellus & Carolus Molinæus allegatis Decij consilijs probant illum sibi contrarium fuisse. & idem Carolus Molinæus in suis additionibus ad consilia Alexandrini in dicto consilio centesimoquarto. in verbo, prout. & in dicto consilio centesimovigesimonono. in verb. præmortuo, huius doctrinę prædictæ etiam meminit. Nouissimè meminit huius conclusionis Bursat. in consi. 67. num. 9.

CONCLVSIO XCIII.

1 NOBILIS si expulerit suos subditos, eorumque filios alimentis priuauerit, non dubium est, illum ipsorum dominium non retinere, Quia Imperatoris rescripto cauetur, vt si patronus libertum suum non aluerit, ius patroni perdere, leg. Diuus. 5. ff. de iure patronatus. & in alio loco inquit Iurisconsultus Modestinus, Si patronus non aluerit libertum, lex Aelia Sentia adimit eius libertatis causa imposita, tam ei quàm ipsi, ad quem ea res pertinet, item hæreditatem ipsi & liberis eius, nisi hæres institutus sit, & bonorum possessionem præterquam secundum tabulas. leg. si patronus. trigesimatertia. ff. de bonis libertorum. Etidem Iurisconsultus Modestinus ait in lege secunda. ff. Qui sine manumissione ad libertatem perueniunt. seruo quem pro derelicto. Dominus ob grauem infirmitatem habuit, ex edicto Diui Claudij competere libertatem. Et Paulus IC. refert in hunc modum, in l. fin. ff. pro derelicto. Sempronius Thetidi status quæstionem facere tentabat, quasi de serua sua nata sit: quia iam testato conuentus à Procula nutrice Thetidis in soluendis alimentis, respondit non se habere, vnde alimenta eiusdem exsoluat, sed debere eam patri suo restituere Lucio Titio, idq; ea illa in testatio nem redegisset, vt posteà nullam quæstionem pateretur ab eodem Sempronio, Lucius Titius Seiæ Proculæ solutis alimentis puellam vindicta manumisit, quæro an possit rescindi libertas Thetidis? Paulus respondit, Quoniam Dominus ancillæ, ex qua Thetis nata est, Thetidem pro derelicto habuisse videtur, potuisse eam à Lucio Titio ad libertatem perduci. Et Iauolenus Iurisconsultus tradit in leg. Quod seruus. 36. Eum qui pro derelicto rem habet, omnino à se reijcere, nec posse eius operibus vti, quem eo iure ad se pertinere noluit. ff. de stipulation. seruor. Et clariùs hæc causa examinatur ab Imperatore, in Constitution. & scribitur in leg. Nemini. 20. C. de Episcop. audient. Nemini licere volumus, siue ab ingenuis genitoribus puer paruulus procreatus, siue à libertina progenie, siue seruili conditione maculatus, expositus sit, eũ puerũ in suum dominium vindicare, siue nomine dominij, siue adscriptitiæ, siue colonariæ conditionis. Sed neque his, qui eos nutriendos sustulerint, licentiam concedimus penitùs cum quadam distinctione eos tollere. Sed nullo discrimine habito, hi qui ab huiusmodi hominibus educati, vel nutriti, vel aucti sunt, liberi & ingenui appareant, & sibi acquirant: & in posteritatem suam, vel extraneos hæredes omnia quæ habuerint, quo modo voluerint, transmittant: hæc obseruantibus non solùm Præsidibus prouinciarum, sed etiam viris religiosissimis Episcopis. Et in Lege prima. §. sed scimus. Cod. de Latin. libert. tollend. hæc verba habentur: Sed scimus hoc etiam esse in Latinitate antiqua ex edicto Diui Claudij introductum, quod si quis seruum suum ægritudine periclitantem à sua domo publicè eiecerit, neque ipse eum procurãs, neq; alij eum commendans cum erat ei libera facultas, si non ipse ad eius curam sufficeret, in Xenonem eum mittere, vel quo poterat modo eum adiuuare: huiusmodi seruus in libertate Latina morabatur, & quem ille morientem anteà dereliquit, eius bona iterum cùm moreretur accipiebat. Talis itaque seruus libertate necessaria Domino etiam nolente re ipsa donatus, fiat ilicò ciuis Romanus 1

mus, nec aditus in Iura patronatus quodam Domino reseruetur. Quem enim à sua domo suaque familia publicè repulit, neque ipse eum procurans, neq; alij commēdans, neque eum in venerabilem Xenonem mittens, neque consueta ei præbens salaria: maneat ab eo eiusque substantia penitùs segregatus, tam in omni tempore vitæ liberti, quàm cùm moriatur, nec nō postquàm iam in fata sua concesserit. & l.3. C. de Infanti. expos. liber. & seru. ita disponitur: Sancimus nemini licere, siue ab ingenuis genitoribus puer paruulus procreatus, siue à libertina progenie, siue seruili conditione maculatus, expositus sit: eum puerum in suum dominium vindicare, siue nomine dominij, siue adscriptitiæ, siue colonariæ conditionis. Sed neque his qui eos nutriendos sustulerunt, licentiam concedimus penitùs eum quadam distinctione ita eos tollere, & educationem eorum procurare, siue masculi sint, siue fœminæ, vt eos vel loco seruorum, aut loco libertorum, vel colonorum, aut adscriptitiorum habeant: sed nullo discrimine habito, hi qui ab huiusmodi hominibus educati sunt, liberi & ingenui appareant, & sibi acquirant, & in posteritatem suam vel in extraneos hæredes omnia quæ habuerint, quomodo voluerint transmittant: nulla macula seruitutis, vel adscriptitiæ vel colonariæ conditionis imbuti, nec quasi patronatus Iura in rebus eorum, his qui eos susceperint, prętendere concedimus, sed in omnem terram, quæ Romanæ ditioni supposita est, hoc obtinere. Neque enim oportet eos qui ab initio infantes abiecerunt, & mortis fortè spem circa eos habuerunt, incertos constitutos si qui eos susceperint, hos iterum ad se reuocare conari, & seruili necessitate subiugare. Neque hi qui eos pietatis ratione suadente sustulerunt, ferendi sunt, denuò suam mutantes sententiam, & in seruitutem eos retrahentes, licèt ab initio huiusmodi cogitationem habentes, ad hoc prosiluerint: ne videantur quasi mercimonio cōtracto ita pietatis officium gerere. Et Imperat. in Authent. de nupt. §. si verò decretum. versic. Et multò potiùs. Colla. 4. dicit, & multò potiùs hæc valeant, si contigerit dudum seruum aut ancillam seu languentes dereliquisse, sed etiam contempsisse eos, aut etiam amisisse super dominio aduersus eos voluntatem. Illi namq; vt pote iam constituti liberi, & secundum pro derelicto titulum sui, & non aliorum existentes, non in posterum inquietabuntur ab ijs, qui possidere eos olim odio habuerunt.

Hinc notabiliter praxin illarum L L. & Constitutionum tradidit Specula. Quòd si quis infantem vel languidum exposuit, seu exponenti consensit, vel ratum habuit, vel alimenta negauit, eum petere debere se liberum fore, à nexibus patriæ vel dominicæ potestatis pronunciari, & se patremfamiliâs si erat, liber & in potestate patris, vel liberum si erat seruus, vel ingenuum si erat liber tus, sententialiter declarari. Et addit, si vis, & eum petere debere nihilominùs ex officio Iudicis ad arbitrium illius puniri. in titul. de Infantib. & langui. expo. lib. 4. partic. 4. Et hæc doctrina communi voto à DD. est recepta, si Domini temporales, nobiles vel alij suos homines proprios duriùs & asperiùs tractarent, vt eorum dominio priuentur. Bald. in l. 2. ff. de his qui sui vel alie. iur. Alberic. in l. bene à Zenone. C. de Quadr. præscript. c. ad Apostolicę. §. sed licèt. & ibi Dominic. de S. Geminian. in ij. notab. de sent. & re iud. in 6. Guid. Papa in Decis. Gratianop. quæst. 62. plures authoritates adducit Zas. in suis Paratit. tit. de his qui sunt sui vel alien. iur. vbi ipse gloriatur, seruitutē veram ratione rusticorū in Germania nunq̄ fuisse. Boër. in decis. Burdegal. sena. quęst. 55. nu. 4. & 6 & quæst. 304. nu. 5. cum seqq. Mynsing. Instit. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. sed & maior asperitas. in verb. Bonis conditionib. nu. 5. Iacob. Menoch. in tract. recuper. possess. in 10. remedio. ex l. si Coloni. nu. 86. & in tract. de arbit. iud. q. lib. 2. Centu. 2. Cas. 139. quid ob sæuitiam in iure concedatur, & quæ magna sæuitia dicatur. Raphaël Seilerus in suis Remissionibus in Cod. Authentic. ad hoc. Cod. de Latin. libertate. Verùm ea sententia intelligitur cùm eo temperamento, si præcesserit præmonitio magistratus siue Superioris. Socinus Iunior post alios in eleganti consilio pro Duce VVirtebergensi, quod est centesimum trigesimū quartum, numero quinquagesimo primo. versicu. sed vlteriùs. in tertio Tomo consiliorum. Estque hęc conclusio Doctorum receptissima, vt pluribus authoritatibus probat Roland. à Valle, in consilio decimooctauo, numero vigesimonono, in tertio libro consiliorum. Idque intelligendum esse multi voluerunt, de trina admonitione vel denunciatione. Iason in Authen. qui rem. post nu. 5. ver. limita tamē & intellige

 præ-

præcedente trina monitione, allegans c. 1. cum gloss. de milite vasallo, qui contumax est, cum pluribus alijs. C. de sacrosan. Eccles. Crauetta, in consil. 6. numer. 108. versi. Quartum flagitium accusato imponitur. Quia non simpliciter & indistinctè quis feudo priuari debet, sed prius præcedere debet trina monitio superioris, quòd subditos benè tractet cum comminatione, quòd aliàs feudo priuabitur. Curt. Iun. in consil. 174. circ. fin. Iohan. Hieron. Card. Alba. in lucubrationibus in Bartol. in l. iuris gentium. §. quinimò. num. 9. ff. de pactis. Quodquidem ita intelligunt nonnulli, monitionem requiri vbi delinquitur omittendo, secùs committendo, allegantes doctrinam Innocentij in capit. extirpandæ. De præbend. vbi voluit, quòd quando pœna imponitur pro facto negatiuo, id est, pro aliqua omissione & negligentia, requiritur monitio vel interpellatio. c. ex parte. de clericis non resident. Sed vbi imponitur pro facto affirmatiuo, videlicet quando malè tractantur subditi, tunc cõmittitur eo ipso, quòd illud factum explicatur absque eo, quòd procedat aliqua monitio vel interpellatio. l. 1. c. de secund. nupt. Mar. Anton. Natt. in consil. 74. nume. 12. Roland. à Valle, in d. consil. 18, numer. 16. & 17. sed quid si fuerit feudum emptitium, & non feudum verum & proprium? Crauetta voluit illam doctrinam eo in casu non procedere, per pulchras rationes, in d. consil. 6. numer. 109. quem sequitur Alban. in dict. §. quinimò. nu. 9. Contrarium voluit Roland. à Valle, in d. consil. 18. numer. 18. 19. 20. & 21.

Sed quid de bonis dicendum? Respondet Doctor. eum qui expellit personam, non debere habere bona eius. Bald. in d. l. 1. §. sed scimus, in princ. versi. Et nota quod qui expellit personam nõ debet habere bona eius. Iohan. de Anan. in c. 1. num. 13. ext. de infantib. expos. & lang. vbi quoq; est bonus tex. ad præcedentem quæstionem de expositione; Quæ omnia vtinam à Nobilibus multorum Ducatuum Germaniæ diligenter considerarentur, minorem oppressionem hominum pauperum habituri essemus.

CONCLVSIO XCIIII.

3 NOTARIVS non præsumitur esse rogatus in dubio, nisi aliter de rogatu appareret. Vnde Innocent. & alij post eum, in cap. 1. ext. de fid. instr. dicunt, vtile esse, quòd notarius in instrumento attestetur, se fuisse rogatum, aliàs autem si hoc non faceret, & decederet, vel aliter constare non posset de rogatu, instrumentũ nullius esset momenti. Et hanc communem sententiam esse consulendo scribit Alexand. in consil. 153. num. 9. in 2. lib. consil. Refert quoque Roland. à Valle, in cons. 38. num. 4. in 1. Tom. con. Sed veritatem in contrarium esse refert Molinæ. eo ipso quòd Notarius scribit & subscribit, eum præsumi rogatum. Molin. in verb. contratium. in d. consil. 153. in suis marginalib. addit. Ita consulendo tradit ipse Alex. in consil. 48. num. 3. cum seq. in 5. volu. cons. Ias. in l. sciendum. nume. 40. ff. de verb. obligat. Et hanc communem esse cum alijs adductis authoritatibus, inquit Molin. in allega. con. 153. in d. verbo, Contrarium.

CONCLVSIO XCV.

4 EX NOTARII stipulatione acquiritur actio vtilis ipso iure sine cessione. Alex. de Imol. in l. stipulatio ista, habere licere. §. si stipuler. nume. 11. ff. de verb. oblig. vbi ipse inquit post alios, hoc communiter ita obseruari. & Ias. ibidem. numer. 15. dicit, hanc communem Doct. opinionem esse. quemadmodum ante eum idem Alexand. dixerat in cons. 185. numer. 7. & in consil. 31. numer. 13. in 6. volu. cons. Ita quoque dicit Barthol. Socin. in cons. 125. numer. 1. in 1. volu. consil. sequitur Dec. in consil. 407. num. 14. in 3. part. consil. Roland. à Valle, in cons. 19. nu. 17. in 1. Tom. consil. Pulchrè Carol. Molin. in addit. suis ad consil. Alexand. in dict. consil. 31. in verb. vtilis. Licèt Alciat. voluerit sententiam hanc communem esse, non acquiri actionem vtilem sine cessione, nisi ratificatio interuenerit, eaq; secuta fuerit. in c. cùm contingat. nu. 111. ext. de iureiur. tamen prior sententia verior est, & magis cõmunis, vt liquet ex authoritatibus, tum per Aymon. Crauet. in consi. 252. in 2. part. tum per Roland. à Valle, in d. consil. 19. num. 22. adductis. Bursat. in cons. 118. numer. 4.

CONCLVSIO XCVI.

5 NOTARIVS Principis, quem vulgò Secretarium dicimus, dicitur habere dignitatem, propterea si ipse infamis fuerit, eo officio fungi non potest. l. vnica. & ibi Barto. & Salycet. C. de mand. Princ. l. laudabile. C. de aduoca. diuers. iudic. & ibi Aretin. Bartol. in l. eadem. §. hac lege. ff. ad l. Iul. repetun. latè Tiraq. in tract. de nobilita. c. 30. numer.

numer. 8. Et hanc opinionem communem esse meminit Didac. in cap. 19. numer. 5. ver. prima conclusio pract. quæst. Tom. 1.

CONCLVSIO XCVII.

6 In NOTORIIS requiri citationem secundum veram & communem opinionem Doctor. certum est. Ita inquit glos. in verb. obseruandus. in c. ad nostram. 3. extr. de iureiur. & ibi Panorm. numer. 4. illam materiam latius prosequitur. Docto. in capit. tua. ext. de cohabit. Cleric. & Hostien. in c. cum sit Roman. extr. de appellat. Et hanc sententiam in puncto iuris veriorem esse inquit Alexan. de Imol. in l. à Diuo Pio. in §. in venditione. numer. 31. ff. de re iudica.

CONCLVSIO XCVIII.

7 NOVATIO per interuentum nouæ personæ hodie non fit ipso iure, nec ope exceptionis. l. fin. C. de nouatio. Estque magis communis opinio, vt refert Socin. Senior, in consil. 89. post numer. 2. versic. Præterea & secundo posito, in 3. volum. consil. tractat idem eandem materiam plene in consil. 21. numer. 3. cum sequentibus, in 1. volumin. consil. Nouissimè attestatur de communi Iohann. Hieronym. Cardinal. Alba. in suis lucubrationibus ad Bartol. in d. l. fin. plures allegans Doctor. authoritates, licèt Bartol. voluerit, hodie ope exceptionis fieri nouationem interuentu scilicet nouæ personæ, in l. penul. ff. de prætor. stipul. eius tamen sententia est contra communem. Ita referunt Alexand. de Imol. in consil. 72. numer. 1. in fin. in 2. lib. con. & Ludo. de Gozadin. in consil. 38. numer. 1. versic. Secundò licèt Angel. Aret. in § præterea. numer. 3. & 4. Inst. Quib. mod. toll. obli. Et hanc vbique Alexand. de Imol. defendit in cons. 13. num. 6. versic. Tertiò respondeo. lib. 2. cons. & ibi Carol. Molin. in verb. verius, dicit hanc communem sententiam esse, licèt ipse alibi in suis additionibus ad lecturas Decij in l. singularia. in verb. ope. lit. r. ff. si cert. peta. dixerit, communem in contrarium esse, quòd omni casu, quo iure ff. fiebat nouatio ipso iure, fiat hodie ope exceptionis. Idem Alex. in l. qui vsumfructum. ff. de verb. oblig. Alc. in d. l. singularia. in verb. Nam si tibi. nu. 22. ver. Prima, quia hodie interuentu nouæ personæ. VVesenbe. in suis paratit. tit. de nouatio. lit. r. Hoc tamē adiecto, quod vbi ex manifestis coniecturis apparet, de animo nouandi, satisfactum dicitur dict. l. fin. C. de nouat. eamque communem post Alex. prædictus Molin. in dict. consil. 72. in verb. communis, esse testatur. quamuis Alexand. de Imol. in l. 4. §. si ex conuentione. numer. 8. ff. de re iudica. putauerit, in cōtrarium communem esse. Et hanc prędictam sententiam communiter approbari scribit ibidem Zas. numer. 6. etsi ipse contrariam sententiam defendat, d. numer. 6. versic. Ego consueui oppositum tenere contra Doct. Hiero. Cagnol. in d. l. singularia. num. 102. vers. Tu dicas. VVesenbe. in d. §. præterea, & Schneid. ibid. numer. 13. Instit. Quib. mod. toll. oblig. Octa. Cach. in decisionib. sacri Senatus Pedemonta. decis. 142. numer. 11. Iacob. Menoch. in cons. 5. num. 11. & cons. 95. num. 3. & 36. de qua conclusione copiosè scripserunt Doct. in d. l. singularia. Alber. Brun. in tract. de augmento, in conclusio. 3. principali. in 17. volum. tract. & in l. ita stipulatus, vbi nouissimè Socin. Iunior. ff. de verb. oblig. Secùs verò per delegationem, quia per eam semper inducitur nouatio, non modò iure veteri. leg. 2. C. de nouatio. sed etiam nouo. Bartol. & alij in d. l. singularia. Dec. in cons. 421. nu. 16. & 17. VVesenbec. in d. §. præterea. & in suis paratit. d. tit. de nouatio. num. 6. in fin. vers. hodie autem.

CONCLVSIO XCIX.

8 NVLLVS se ad non testandum vel non reuocandum legatum astringere potest. l. si quis, in princ. & ibi Docto. ff. de legat. 3. cùm libertatem de supremis iudicijs cōstringere quis non possit. l. cum duob. §. idem respondit. aliàs l. si fratres. 53. ff. pro socio. cumque ambulatoria sit testatoris voluntas vsque ad extremum vitæ exitum. l. cum hic status. §. ait. ff. de donat. int. vir. & vxo. l. 4. in fin. ff. de adim. vel transf. l. Paul. de Castr. in consil. 28. numer. 3. & 4. in 3. part. consi. Socin. Iun. in d. l. si quis, in princ. numer. 2. Hinc inquit Iacob. de Aren. si in principio testamenti sunt apposita verba protestatoria, Exempli gratia, Secundum testamentum esse simulatum, tunc secundum testamentū non valet, & statur primo. Sed Richar. Molum. per Arenam adductus ita distinguit, Quando nulla verba derogatoria sunt in primo testamento, per secundum solēne primum rumpitur, l. 1. & 2. ff. de iniusto, rupt. §. posteriori. Institutionib. Quibus modis infirmentur testamenta. Sed quando verba derogatoria sunt in primo, tunc non rumpitur per secun-

secundum.l. qui in aliena. §. fin. ff. de acq. hæred.l.si mihi & tibi.§. fin.ff.de l.1.nisi expresse mentio facta sit de verbis derogatorijs. Eo enim casu pœnitere licebit. l.1.C.de sacrosanct. Eccles. Bartol.verò numer.4.& Alb.de Rosat.numer.2.7.& 8.ita distinguebant, quòd verba aut sunt derogatoria solennitatis aut voluntatis aut actus testandi: primo casu non potest mutare solennitatem iuris publici.l. Diui Seuerus & Antoninus. §.dicet. ff. de iur. codicill. Secundo casu valet, si expresse de primo fiat mētio.d.l.si mihi & tibi.§. fi. Tertio casu nō valet, quia non potest se facere intestabilem. l. stipulatio hoc modo. ff. de verb.oblig. Quare testator non potest disponere etiam cum iuramento, ne ei liceat reuocare testamentum. Dyn. in c.quod semel.de reg.iur.in 6.Estq; communis opinio scribentium, referentibus Petro de Ancho. in consil.403.incip. Viso diligenter.nume.2.versic.sed his non obstantibus: Iohanne Dilect.in tract.de arte testandi.titul. 10.de mutatio.testament. cautela 2.num.1. & Balth.Quinct. Aquil.in additio. suis ad cons. Paul. de Castr.cons.28.in verb. nec potuit.nume.26. Quam conclusionem copiosè explicarunt Socin. Iunior, in d.l.si quis, in princ.num.68.post Bartol.num.14. & Iul. Clar.in lib.3.sentent.§. testamentum quæst.94.

CONCLVSIO C.

9 NVLLITAS si non est expressa aut de ea nihil est dictum, & tunc accessoriè & incidenter venit ad causam appellationis, aut de nullitate facta est expressa mentio, & tunc æquè principaliter & cumulatiuè venit. Battol.in l.si expressim.numer.3.& 4.ff. de appellat. Alexand.de Imol.appellat eam sententiam veriorem & magis communem in cons.2.numer.14. versi. Et certè hæc pars. in 3.lib.consi.Dec.in c.dilecto.63.numer.7. in fin.extr. de appell.& Quintil. Mandos.in praxi commiss.in 17.for.in verb.nullitatis & nullitatū. vbi ipse plures addit authoritates.

FINIS QVINTAE CENTVRIAE.

COMMVNIVM CONCLVSIONVM LAVRENTII KIRCHOVII

CENTVRIA SEXTA.

CONCLVSIO I.

10 NVLLITAS incidenter, puta per modum exceptionis, proposita, regulariter, si fuerit in promptu, executionem impedire consueuit. Multas authoritates ad hanc sententiam allegat Sebastian. Vantius, in tracta.de nullita. sentent. in Rubric. quod & quibus modis nullitas in iudicio proponi, & super ea libellus & sententia concipi & formari posit. numer.32. Et hanc doctrinam communem Doctor. sententiam esse asserit Alexand.de Imola in consil.33. numer.9. in lib.1.& facit mentionem ipse huius decisionis in consil.85. nume.8.in secundo libro. Et quòd ea limitetur tradiderunt idem Alexand. in consil.83.numer.8. & 9.in 5. lib. consil.& post eum Carol. Molinæ. in dict. con.33. in verbo, Executionem.

CONCLVSIO II.

11 NVNTIO referenti se citasse non creditur, secundum sententiam communiter approbatam, nisi constaret de commissione sibi data ad citandum. Bartol. in extrauag.ad reprimendum.in verb. per nuncium. num. 6.allegans l.fin.C.de exhiben.& transmitt. reis. vbi hoc expressè dicit. & ibi optima additio in verb. præcedente. & Ioan.de Platea, in l.2. numer.2. ibi, de cuius præconis commissione constare debet.C.de decur.lib.10.

Dec.

Dec.in capit.quoniam contra.num.22. ext. de probat. Et hanc communem esse cum multis adductis Doctor.authoritatib.inquit Roland. à Valle, in cons. 90. numer. 32. in 1. Tom.consil. Bursat.in cons.72. numer.21.

O.

CONCLVSIO III.

1 OBLATIO realis facta in marsupio, non valeret, nisi pecuniæ prius extracta fuisset è marsupio, & numerata coram testib. & posteà reposita in ipso marsupio. Ita videtur velle gloss. in verb. contestetur.in §. illud. in Authent. vt exactione instante dotis. collatio. 7. quemadmodum Bartol.illam declarat in l.cùm seruus.num. 3. vbi ipse quærit, an sufficeret, offerre marsupium in iudicio. ff. de cond. & demonstra. & in l. prætor ait. §. si quis paratus. num. 1. vbi ipse inquit: Si quis paratus fuerit satisdare, eum debere ducere secum fideiussores idoneos: & omnes leges quæ dicuntur de solutione, intelligi debere, vt soluens eat cum Denarijs, eosque in manu habeat. ff. de noui oper. nunci. Hoc quoque alij Docto. probarunt, Ioan. Petr. de Ferrar. in sua praxi in for. libell. quo agitur ad pœnam ex compromisso, in verb. legitimè. Petr. de Anchora. in consil. 331. num. 1. Ludouic. Roma. in consil. 163. in fin. Alexand. de Imol. in l. si mora. nu. 8. ff. solut. matrim. & idem Alexan. in l. si seruus. vbi ipse omninò voluit, quòd pecunia in sacculo obsignata, antè ostensa & coram testib. numerata sit. ff. de vulga. & pup. substit. & in l. qui Romę. ff. de verb. obliga. Quia vbi oblatio est necessaria, tunc debet offerri, nec sufficeret offerri verbo, sed debet offerri reb. ipsis. Alexand. de Imol. in consil. 105. numer. 41. in 3. volum. & in consil. 130. nume. 11. & ibi Carol. Molin. in verb. offerre. plures authoritates Doctor. adducit in 4. vol. cons. Ias. in l. Titiæ textores. ff. de legat. 1. & in cõs. 172. in 2. vol. con. Hippol. de Mars. in suis singul. singu. 479. Anton. Negusantius, in tract. de pigno. & hypothec. in 3. par. 3. membri. 5. part. princ. Ripa in l. si insulam. nume. 68. ff. de verb. obliga. Anton. Capycius in decisione Neapol. decis. 19. num. 2. Roland. à Valle, in con. 53. nu. 34. cum seq. in 1. Tom. con. In quibus locis recentiores testantur, hanc sententiam communiter approbari, de qua notissimè eleganter scribit in vtramq; partem Andr. Tiraq. in tract. de vtroq; retract. §. 4. glos. 6. nu. 19. cum seq. cuius dicta transcribere non operæprecium esse duco. Et totam materiam consulendo tradidit Bartholo. à Chassan. in consil. 41. cuius cons. meminit etiam Hier. Cagnol. in l. quod te. nu. 58. ff. si cert. pet. similiter quæ de iudiciali vel extraiudiciali oblatione queri possint, tractantur à Negusan. in d. tract. de pignor. & hypoth. in d. 3. par. & in 2 part. 3. memb. 5. par. prin. & Ripa in d. l. si insulam. nume. 65. cum seq. Et quid quando creditor, cui verbo facta est oblatio, declarasset, nolle se recipere, an eo casu realis oblatio requireretur. Nicol. Boër. in suis Decis. quæst. 124. num. 29. in 1. part. Item an sola verbalis oblatio sufficiat ad pœnę euitationem, meminit Barthol. Socin. in cons. 108. vbi ipse communem esse dicit, verbalem oblationem sufficere ad pœnę euitationem, allegans Cyn. Bald. Alber. de Rosa. & Salycet. in l. acceptam. C. de vsur. in 4. volu. con.

CONCLVSIO IIII.

2 OBLIGATVS præcisè cum iuramento in pecunia numerata nō potest offerre de bonis suis mobilibus vel immobilibus, stante iuramento, quod secundum communem Doct. opinionem obligat præcisè in pecunia numerata. Ias. in cons. 9. nume. 9. vers. & in primis. & num. 10. versic. Nam secundum veram & communem sententiam. in 1. vol. consil. Matth. de Afflict. in suis Decis. sacri concilij Neapolitani, Decis. 163. & Dec. 381. Roland. à Valle, in cons. 53. nu. 47. in 1. Tom. consil.

V. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO VI.

4 OBLIGATIONIBVS factis licèt succedat obligatio ad interesse, l. stipulationes non diuiduntur. versic. Celsus, tamen si super ipsa obligatione interponitur iuramentum, obligat præcisè iuramentum promittentem ad factum per glossam communiter approbatam in verbo, necesse habeas. ff. de condict. causa data. Et hanc sententiam communiter approbatam esse, attestantur Alexand. de Imol. in consil. 36. numer. 25. & in consil. 91. num. 5. in 2. volum. con. & Ias. in con. 60. nume. 10. in vol. 1. & in cons. 41. nu. 3. in 3. vol. consil. & Roland. à Valle, in con. 6. nu. 32. in 1. vol. con. Quamuis nonnulli contrariam

trariam sententiam secuti fuerint, vt liquet ex scriptis Andr. Tiraq. in tract. de vtroque retract. §. tertio. glos. 3. numer. 6.

CONCLVSIO VII.

5 OCCIDERE possum impunè etiam alium me nō offendentem, si aliquis potens, cui resistere non possum, me interficere velit, nisi ego illum interficiam. Bald. in cap. 1. §. iniuria. numer. 19. versic. sed pone quidam potens mihi mandauit, quòd occidam Titium, aliàs interficiat me, nunquid excuser, cùm aliàs vitam meam seruare non possum. de pace iuram. firm. & in l. 1. versic. vndecimò quæritur. numer. 24. C. vnde vi. Et hanc communem Doctor. sententiam esse scribit Dec. in l. vt vim. pluribus adductis authoritatib. numer. 9. ff. de iust. & iure. Licèt autem ipse voluerit contrariam sententiam defendi posse per text. in l. scientiam. §. qui cùm aliter, ibi. Illum enim solum, qui vim infert, ferire conceditur. ff. ad l. Aquil. ergò quis alium occidere non potest, tamen posteà ipse addit, adiecta declaratione vlteriori, à communi sententia non recedendum esse. Quam tamen Carol. Molin. tanquam refragantem iuri Ciuili. l. si te bonis. C. de iure deliber. & iuri Diuino in suis addit. ad l. vt vim. in verb. Contrarium. litera d. non admittit.

CONCLVSIO VIII.

6 OCCISVS seu interfectus si vnicum vulnus haberet, & plures fuissent in rixa, vel mortuus haberet minora vel pauciora vulnera, quàm fuerint numero homines contra eum in rixa, ita vt nesciretur, ex quo vulnere esset mortuus, vel quis ipsorum rixantium intulerit vulnus, tunc propter incertitudinem nullus ipsorum rixantium pœna mortis puniri potest, per text. l. absentem. ff. de pœn. & multa alia fundamenta, quæ cumulat Hippol. de Mars. in suis singul. singul. 217. incip. Ter vel quater iam retracto tempore. Et hanc communem & receptam sententiam esse scribit consulendo Hippol. de Mars. in consil. 24. numer. 9. versic. ex quib. omnibus satis patet communē opinionem gloss. & Doctor. esse, in 1. volum. consil. Hieron. Schurff. in consil. 38. numer. 7. & post numer. 9. versic. Et prædicta omnia confirmantur in prima Centuria. Petr. Foller. in suam pract. crimina. in 4. parte principali in Rub. Pœnis debitis feriantur. in versic. Formato tandem processu. numer. 26. Laurent. Sylu. in consil. 50. in fin. in 1. lib. consil.

CONCLVSIO IX.

7 OFFENSVS non potest cogi ad faciendam pacem de offensa sibi illata, licèt admoneri & persuaderi posit. §. quia verò, ibi, ant cogere transactiones aut pacta quædam cum suis aduersarijs exponere, in Authent. vt litigantes iurent in exord. litis. collat. 9. & ibi Angel. de Perus. l. ex stipulatione. in fin. C. de sentent. & interloc. omni. iudi. Bald. in l. 1. §. quies. numer. 2. versicul. Nunquid erga inimicos. ff. de offic. præf. vrb. Alexand. de Imol. in l. 1. in §. & post operis noui nunciationem. numer. 7. ff. de noui operis nuncia. Estq; communis opinio referente Hippol. de Marsil. in cons. 98. numer. 4. lib. 2. cons. & nouissimè Iul. Clar. in pract. crimina. quæst. 58. in fin. versic. pro complemento. Quæ tamen doctrina plures recipit limitationes, de quib. faciunt mentionem Felin. in rub. ext. de treuga & pace. Ias. in l. quidam existimauerunt. post nume. 3. ff. si cert. peta. & Mars. in d. consil. 98. & D. Zas. in d. l. 1. d. §. & post operis. numer. 8. inter quas vna ex maximis est, quòd antequam delicta sint commissa, Iudex posit partes cogere ad pacem, Barto. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offi. præsid. sed post crimen commissum Iudex non posit partes ad concordiam compellere, nisi priùs delicto punito. Felin. multos allegans in d. rubr. numer. 3. Zas. in d. §. & post operis. d. numer. 8. versic. sed quid in criminalibus. Quomodo autem in isto casu compositio reuocari debeat, tradit Paris. de Put. in tract. de Syndicatu. in verb. composito. numer. 7. pagin. lib. mei 368. in 2. lib. tractatuum.

X. infrà in Secunda parte.

P.

CONCLVSIO XI.

3 PACTIO quælibet sponsionis appellatione comprehenditur prout communis est sententia. quomodo hoc intelligatur, & habeat locum ratione l. sponsio. ff. de verb. signific. ibi eleganter Andræ. Alciat. declarat.

CON-

CONCLVSIO XII.

4 PACTO & promißioni de retrouendendo, & actioni inde ortæ, per 30. annorum cursum præscribitur, etiamsi adiecta esset illa clausula, vt venditori rem venditã quandocunq; redimere liceret, secundum communem Doctor. sententiam, vt multis rationibus, argumentis & authoritatibus nouissimi recentiores Scribentes probarunt. Nicola. Boër. in suis decis. quæst. 182. Socin. Iunior, in consil. 145. num. 34. cum seq. Petr. Rebuff. in l. vnica. in 1. notab. nume. 52. cum seq. C. de sentent. quæ pro eo quod interest proferuntur. Vniuersitas Francofordi. ad Oderam, in con. 32. nu. 79. in Tom. 1. consil. Germanorum, & copiosè cum adductis omnib. contrarijs argumentis & datis responsionib. Roland. à Valle, in cons. 21. in 2. Tom. adeo vt multi DD. affirmauerint, hoc etiam procedere, si dictum fuisset in perpetuum, vt per Doctor. allegatos eleganter scribitur. Licèt Camera Imperialis & multi alij DD. sententiam contrariã amplectantur. Mynsing. in obseru. Camer. obserua. 16. in prima Centuria, cuius decisionis mentionẽ quoq; facit Hartm. Hartm. in lib. 2. pract. forens. in verb. pactum. de retrouendendo. sed prior sententia & melioribus argumentis & magis textib. probatur, vt latè per Roland. à Valle, in d. cõ. 21. deductum est. Quam Perlamen. Parisiense, Senatus Burdegal. & alia Perlamenta iudicando approbarunt, referentib. Boërio, Rebuffo & Roland. in d. locis. Meminit nouissimè Ludo. Schrad. in consi. 34. nume. 139. in 1. Tom. consil. Francof. Anno 1568. impressorum.

CONCLVSIO XIII.

5 PACTVM de retrouendendo quandocunq; placuerit vẽditori, etiamsi secundum communem sententiam præscribatur spacio 30. annorũ, hoc tamen intelligitur, si iuramentum non interuenerit, quamuis multi DD. voluerint præscribi 30. annis non obstante iuramento. Balb. in tract. de præscrip. in 4. par. 5. princ. in 3. quæst. in prin. cùm recipiat conditionem & naturam actus super quo interponitur. l. fin. C. de non num. pecun. Et ita etiam declarant Nicol. Boër. in suis Decis. quæst. 182. numer. 7. Petr. Rebuff. in l. vnica. in 1. notab. vers. posset etiam prima opinio teneri. num. 55. C. de senten. quæ pro eo quod interest. & Marian. Socin. Iun. in consi. 145. num. 62. in 1. part. consi. Sed magis communis opinio est in contrarium, referente Roland. à Valle, per pulchras rationes, in consi. 25. num. 10. vsque ad fin. con. in 1. Tom. Nouissimè Ioan. Card. Alb. in suis lucubration. ad Bartol. in l. si fundum. nu. 1. C. de pact. int. empto. & vendit. sententiæ.

CONCLVSIO XIIII.

6 PACTVM de retrouendendo & paruitas pretij arguunt contractũ simulatum, & verè fuisse contractum pignoris aliter initum in fraudem vsurarum, dato quòd non constaret emptorem esse solitum fœnerari. gl. in c. conquestus. in verb. de feudo. ext. de vsur. per nostram. ext. de emptione. & c. illo vos. extr. de pignor. & ibi DD. Estq; hæc communis DD. sententia, prout referunt Alex. de Imol. in con. 54. in prin. lib. 6. cons. Crauet. multos citans in con. 156. post nu. 40. vers. ex quib. apparet, istam opinionem esse magis cõmunem, secundum eam solitum erat iudicare magnificum consilium Cismontanum Taurini ordinariè residens. Nouissimè Ioan. Hier. Card. Alba. in suis lucubrationib. in Bart. in l. emptione. C. plus valere quod agitur. licèt alij voluerint ista duo pretij paruitatem & pactũ de retrouendendo non sufficere, sed etiam tertium requiri, quòd quis sit solitus fœnerari. Alex. de Imol. in con. 109. num. 17. & in con. 119. nu. 5. lib. 4. cõ. Dec. in cõ. 167. nu. 3. attestans post Alex. sibi contrarium, hanc sententiam magis cõmunẽ esse. Gozad. in l. 2. nu. 153. ver. tene contrarium. C. de pact. int. empt. & vendi. Sed priorem cõmuniori voto approbatam defendet Thom. Ferra. in suis cautelis, cautel. 17. & mirificè DD. variant in assertione huius conclusionis, quæ sit magis communis opinio, vti nouissimè refert plurimis adductis auctoritatibus in vtramq; partem Marc. Ant. Natt. in suis additio. ad cons. Alex. in d. cõ. 54. lib. 6. priorem quoq; sequuntur Paul. Paris. multos allegans in cons. 54. nu. 62. & cons. 55. nu. 29. in 1. part. con. Boër. in suis decis. q. 102. & decisiones Senat. Pedemonta. decisio. 42. nu. 1. dixi de hac conclusione etiam in verb. cõtractus præsumitur vsurarius.

CONCLVSIO XV.

7 PAPA potest merè laico cõmittere ea causas spirituales & Ecclesiasticas, nec non criminales Clericorum. glo. in c. præter. §. verum. verb. Ducibus. dist. 32. c. 1. in verb. præcipimus. distin. 94. c. illud. & ibi Ioan. Anto. de S. Georg. nu. 2. ver. & est argumẽtum. 10. quæst. 3. & in c. nullus. 11. quæst. 1. quam sen-

L ten-

tentiam communiter approbari refert Augu. Bero. in suis quaestio. familia. quaestio. 7. vbi ipse similes quaestiones recenset.

CONCLVSIO XVI.

8 PAPA in secundo consanguinitatis gradu collateralium dispensare potest. Estque haec sententia communis, vti refert Pet. Paul. Paris. in cons. 56. num. 3. versic. quib. in locis. in 4. part. cons. & Quintil. Mandos. in praxi signaturę gratię, in verb. dispensationes matrimoniales. versi. vt dubitarent aliqui. pag. 48. & dixi ego in cons. 17. num. 32. in 4. Tom. consil. à diuersis Academijs & Iureconsultis editorum, & anno 72. Franco, impressorum.

CONCLVSIO XVII.

9 PARS, quae non appellauit à sententia Iudicis iniqua, nihilominùs agere potest in syndicatu contra iudicem. Bart. post glo. in l. 1. num. 9. ff. quod quisq; iur. in l. item si res. nu. 3. vers. ista ego iuduxi. ff. de alien. iudic. mu. cau. fact. & in quaest. 9. incip. Iudex per imperitiam iudicauit. Dec. in c. saepè. nu. 10. vers. Extra glo. quaeritur. ext. de appellat. vbi ipse hanc sententiam à DD. communiter approbatam esse meminit. Quod ante illum & Barthol. Soci. in con. 24. nu. 8. ver. Secundò principaliter probatur, in 1. vol. con. asseruit. Quam decisionem latiùs prosequuntur Dec. in d. l. 1. num. 25. vers. in eadem glos. Ias. num. 15. vers. Item nota ex eo, & Hippol. Riminald. nu. 279. nec nō Aegid. Boss. in tract. crimin. mat. tit. de offic. corrupt. num. 22.

CONCLVSIO XVIII.

10 PATER ex receptis statutis si teneretur soluere condemnationem pro filio, etiam vsq; ad legitimam, & si filius pro delicto inquisitus, secundum formam statutorū bannitus, & propter contumaciam condemnatus fuerit, voluit Bart. executionem sententiae fieri posse contra patrem, maximè si statutum simpliciter disponeret, quòd pater in causis maleficiorum teneretur soluere condemnationem factā de filio. in l. cùm filiusfamiliàs. nu. 3. ff. de verb. obliga. Licèt Ioan. de Imol. ibidem contrariam sententiam defendat. Quia tale statutū iniquum est, proptereà debet restringi & reduci ad limites iuris communis, ne pater indebitè damnum patiatur, argumento l. 2. cum ibi notatis. C. de noxalib. c. cùm dilectus. ext. de consuet. Sed Bart. sententia communiter est approbata, referentib. ibi Alex. de Imol. num. 6. & Barthol. Socin. num. 10. vers. secundò quantum Bartol. cuius Bartoli sententiam Bald. in l. 1. & Salycet. in l. si filiusfamiliàs. C. ne filius pro patre, quoque sequuntur.

CONCLVSIO XIX.

11 PATER potest filio etiam inuito iniuriam ei factam remittere, secundum communiorem opinionem, vti refert per multas authoritates Docto. Ascan. Clementi. in tractat. de patr. potest. effect. 8. num. 1. Sed in remissione iniuriae pater fisco praeiudicare non potest, cùm hoc fit in Reipub. praeiudicium, cumq; ea ratione delicta maneant impunita. c. vt famae. ext. de senten. excommu. Ita Ascan. in d. loco. nu. 17. latè tradit. Clar. in sua practi. crimin. quaest. 58. vers. sed punctus est. Baptist. à Villalo, in suis collect. commu. opinio. in verb. transactio. nume. 121. Paris de Put. in tract. de syndica. §. dicit constitutio regni, quod bannitus. nume. 15. & 16. in 2. volum. tracta. pag. 384. secundum impressionem Lugdunens. anno 49. Sichard. in l. transigere. nu. 10. C. de transact. quia quemadmodum ex publico crimine duplex offensa oritur, priuata & reipub. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publica. sic etiam in crimine priuato, vbi agitur criminaliter ad poenam vel corporalem vel pecuniariam applicandam fisco, illa non potest remitti in praeiudicium fisci vel tertij.

CONCLVSIO XX.

12 PATER, sicut alij administratores, non solùm debebat rationē administrationis reddere, verùm etiam conficere inuentarium, cùm illud concernat eos, qui rationem reddere tenentur, per ea quae copiosè scribunt Soci. Sen. in con. 2. nu. 7. ver. Pater & mater de bonis liberorū tenentur reddere administrationis rationem. & in con. 34. nu. 15. in 6. princ. q. in 1. vol. con. Aug. Bero. in suis quęstion. familia. quęst. 15. nu. 5. quęst. 22. con. 33. nu. 5. con. 35. nu. 3. & con. 86. numer. 10. in 2. vol. con. Sed contraria sententia de iure verior est, per text. expressos, in l. cum oportet. §. nō aūt hypothecam. & ibi Bald. in princ. l. fin. §. hoc procul dubio obseruando. C. de bonis quae liber. l. si quis prioris matrimonij. & ibi glos. in verb. ius hypothecae. C. de secund. nupt. & Bar. in l. vsufructu, nu. 3 C. de vsufruct.

vsufruct. Bero. plenè in d. quæstio. & consil. Roland. à Valle, in con. 49. Leuin. de Embd. in consil. in fin. in 2. Tom. consil. Francoford. impressorum, pag. 137. primæ & secund. impressionis. Mynsing. in suis obser. obser. 93. in secunda Centuria. Nouissimè plenè Ascan. Clem. in tract. de patr. potest. effectu 12. nu. 8. cum seqq. & ita communiter DD. decidere solent. Sichard. in l. hac edictali. §. his illud. num. 8. vers. tamen DD. C. de secund. nupt. licèt secus sit in illis bonis, in quib. paternò habet plenam administrationem vel vsumfructũ. Socin. in d. consil. 2. & in d. consil. 34. Nicol. Boër. in suis decisio. quæst. 61. vel dolosè bona filiorum administrasset. Bart. in d. l. vsufruct. nu. 3. & ibi Sich. num. 9. vel filij emancipati curam gereret. Bald. in l. orphanotrophos. num. 7. C. de Episcop. & Cler. de quibus quæstionib. copiosiùs scribunt Ascan. & reliqui DD. allegati, nec non alij quos ipsi adduxerunt. Idem Ascan. in effect. 14. & Tiraq. in l. si vnquam in præfat. num. 29. C. de reuocand. donatio.

CONCLVSIO XXI.

13 PATER quispiam si habuerit duodecim liberos, excusatur à muneribus personalibus patrimonialibus ac collectis. Bart. in l. semper. §. legem. ff. de iure immu. Et licèt glo. & DD. variè loquantur, glo. in verb. munerum. & Ioan. de Platea in l. si quis decurio. 2. & in l. albo. C. de decur. glo. in l. 1. in verb. ab oneribus. C. de ijs qui numero liber. vel paupertate excusa. meruerunt. lib. 10. Angel. in §. 1. nu. 4. Ioan. de Platea, in ver. item patet hoc. Instit. de excusa. tuto. Communis tamen opinio & sententia DD. est, duodecim sufficere. Ita Ioan. de Anan. in con. 105. quod est vltimum con. num. 1. & 3. & in addit. ibid. Ludo. Bolognin. nu. 6. vers. attamen communis opinio DD. est. & Rolao. à Valle, in consil. 66. nu. 35. in 1. Tom. & in consi. 52. nu. 3. cum seqq. in 2. Tom. consil. consulendo tradiderunt. Quam tamen doctrinam non probat Aldobrandin. in d. §. 1. nu. 50. ver. vnde mihi videtur ita concludendum. num. 51. & 52. & Guido Papa in suis Decis. quæst. 401. inquit, duodecim liberos excusare à subsidijs Delphinatus, quamuis consuetudo eo in loco contrarium hisce temporib. nec habito respectu ad numerum liberorum, obseruaueuit. Præterea causa præstans immunitatem debet superesse tempore oneris impositi, vt preclarè inquit Alber. Brun. in tract. de augmen. in cõclus. 21. prin. nu. 5. in 17. volu. tract.

CONCLVSIO XXII.

14 PATER vni filiorum etiam feudum nõ-uum, quod ex propria prouisione acceperat, prælegare non potest. Licèt circa hanc doctrinam Doctor. varij sint, tamen magis communis opinio est, quòd non possit vni tantùm relinqui. Doctor. in c. 1. de success. feudi. Marian. Socin. Iun. in con. 62. nu. 35. in 1. part. & in consi. 160. nu. 44. in 2. pat. con. Quamuis ipse nihil firmare voluerit, dicit tamen hanc communem opinionem esse. & Ioan. Cephal. in con. 152. num. 15. in lib. 2. con. Etsi non ignorem aliter alios inter feudum antiquum & nouum distinguere: Item in feudo nouo, an id gratis fuerit cõcessum, an non gratis, vt primo casu non possit pater vni ex filijs donare, in secundo possit: Alios indistinctè, id posse patrem, modò alijs legitimam relinquat: Alios, id patrem inter viuos posse, in testamento non posse: Alios, vtrùm feudum sit hæreditarium, an non. Quorum authoritates recenset Tiraq. in tract. de vtroque retract. §. 7. glos. 7. numer. 35. ipse tamen videtur in illam sententiam inclinare, quòd in feudo antiquo pater id non possit, in nouo autem possit. in eodem tractat. §. 32. glos. 1. nume. 2. & 3. de qua quæstione in vtramque partem quoque disputat Curt. in tract. feud. in 4. part. ex quibus cau. feud. amitta. numer. 130. cum seq. Sed prima sententia defenditur per notat. Bartoli in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. lib. Alexand. de Imol. in consil. 6. numer. 15. & ibi Carol. Molin. in verbo, legare. in lib. 3. & Alexand. de Imol. in consil. 106. numer. 8. in 4. lib. con. Petr. Philip. Corne. in con. 199. numer. 53. in 2. volum. con. Lauren. Syluan. in consi. 15. num. 46. vers. sed huiusmodi opinio in consulendo est periculosa, quia magis cõmunis opinio videtur in contrarium, quòd etiam in feudo nouo non admittatur dispositio ad electionem vasalli inuestiti in præiudicium cæterorum filiorum.

CONCLVSIO XXIII.

15 PATER si emerit libros filio Doctorato, & ei tradiderit, illi non conferuntur, sed efficiuntur proprij tanquam Castrense peculium. l. 1. in 2. responso. C. de Castrensi pecul. lib. 12. Bartol. in l. 1. §. nec Castrense. num. 2. ff. de collat. bonor. vel si emisset libros & donasset filio, qui in vita patris compleuit studium, & insignia Doctoratus ad-

eptus fuit ante mortem patris, tunc talis donatio valuit, & irreuocabiliter fuit confirmata, quàm primum filius Doctor factus fuerit. Quam opinionem magis communem esse inquit Alexand. de Imol. in consil. 142. versic. quo autem ad libros. numer. 25. in secundo volum. cons. Ita quoque & alij Doctor. asserunt Ias. in l. filiæ licèt. C. de collat. Dec. in l. si donatione. numer. 42. versic. tertia conclusio Bartoli est. C. eod. Roland. à Valle, in con. 12. num. 16. cum seq. in 1. Tom. Petr. de Ferrar. in sua Praxi in forma libelli pro hæredit. vel re singulari diuiden. in verb. communiter & pro indiuiso. versic. deinde pro latiori. numer. 6. noster Chilian. Kønnings, in suo processu, capit. 133. de expens. circ. person. & Vitalis Nemansensis in tract. de collat. in quæst. quinta. incip. Quæro de libris emptis per patrem.

XXIIII. XXV. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO XXVI.

18 PATRONVS potest filium suum proprium, si idoneus fuerit, præsentare. Gloss. in verb. filij. in capit. quia Clerici. ext. de iurepatron. Et hanc glos. communiter Doct. sequi inquit ibid. Panorm. numer. 5. quam communem sententiam esse refert Rolan. à Valle, ex alijs Doctor. in consil. 47. numer. 49. in 1. Tom. consil. Quæ tamen sententia tum non admitteretur, si mediante precio præsentatio facta fuisset, quia talis præsentatio est simoniaca. Ita notabiliter declarat Panorm. in d. c. quia Clerici. d. numer. 5. in glos. in verb. comparant. Dec. in cons. 541. numer. 12. & Roland. à Valle, in d. consil. 47. numer. 62. cum seq.

XXVII. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO XXVIII.

20 PECVNIAE debitor, si intra tempus dilationis ad soluendum, mutaretur pecunia, vel reprobaretur, liberabitur soluendo antiquam monetam. Ita scribit Bartol. in l. quod te. numer. 6. ff. si cert. peta. cuius sententiam communem esse tradit ibid. numer. 14. Barthol. Socin. sed contrariam sententiam veram esse, quod scilicet teneretur soluere nouam pecuniam inquit Ias. nume. 16. allegans Bartol. in l. Paulus respondet. ff. de solut. Aliam vel tertiam opinionem refert Ioan. de Imola, in l. in ratione legis. in §. diligenter. numer. 4. versicu. vltimò inducitur iste text. quod si reperiretur pecunia antiqua, ex illa solutio fieri debebat, & si non reperiretur, tunc in noua pecunia solutio fieri debet, addens ita communiter seruari, quam & communem appellat Alexand. de Imol. in d. l. quod te. numer. 7. alij quartam ponunt, quòd debeamus considerare, an pecunia sit reprobata ante moram vel post moram debitoris, si ante moram, liberabitur solutione antiquæ pecuniæ, si post moram, de pecunia noua solutio facienda est. Et hanc communem opinionem ibid. Dec. numer. 8. esse inquit, & ex ea posse dari concordiam ad alias opiniones suprà relatas scribit Vasquius Menchaeensis in lib. 1. controuer. illustr. cap. 2. numer. 7. sed de hac quæstione & simi lib. multa pulchra recensentur à Barto. & Ioan. de Imola, & alijs in l. Paulus. ff. de solut. Nicola. de Milis in suo Repertorio, in verb. pecunia. Panorm. in capit. olim causam. numer. 3. & 4. ext. de censib. Petro Philip. Corneo in consil. 181. in 2. volum. consil. Alberto Bruno in tracta. augmenti & diminut. moneta. in 11. volu. tractat. cuius Bruni tractatui adiectum est consilium collegij Papien. in materia augmenti monetarum Hieron. Cagnol. in l. cùm quid. nu. 91. cum seq. & d. l. quod te. num. 63. ff. si cert. peta. & Didaco Couarru. in tractat. qui inscribitur, veterum collatio numismatum. c. 7. §. vnicus. incip. superest modo ex Bart. in 2. Tom. Et quomodo valor monetæ inspiciendus sit à tempore contractus seu obligationis, & non à tempore solutionis, & quid in eo casu in iudicio Imperiali Cameræ iudicatum sit, item precio simpliciter conuento, quæ moneta intelligatur, tradit noster Mynsing. in obserua. Camer. in quarta Centuria, obserua. 1. & 15. quorum dicta transscribere nolui.

CONCLVSIO XXIX.

21 PEREMPTORIVM licèt requiratur, secundum communem Doctor. opinionem, Alexand. de Imol. in l. si finita. §. Iulianus. numer. 13. ff. de dam. infecto. in primo decreto, tamen hoc fallit quando Iudex mãdat partibus, vt litem contestentur antequam discedant, & reus spreto mandato iudicis decesit, quia Iudex absque alia citatione potest procedere ad primum decretum, cùm talis monitio vim habeat peremptorij. Egregiè consulendo scribit Roland. à Valle, in cons. 41. numer. 29. in 1. Tom. con.

CON-

CONCLVSIO XXX.

22 PETENS plus debito, incidit in pœnam amiſsionis iurium ſuorum. l. vnica. C. de pluspet. vel in pœnam, de qua agitur in §. ſi quis agens. Inſt. de act. Et hanc deciſionem communiter approbatam eſſe ſatis apparet ex annotationibus Doctor. in d. l. vnic. d. §. ſi quis agens. & c. vni. ext. de plus petit. Eam tamen ita intelligendum Doctor. communiter tradiderunt, vt actor non dicatur incidiſſe in pœnam amiſsionis iurium, ſi duo copulatiuè nõ interueniſſent, quorũ primũ eſt, quòd cautionem ſeu obligationem à debitore plus debito exegerit: ſecundum, quòd plus debito doloſè exegerit. Bartol. & alij in d. l. vnica. Gloſ. & Doct. in dict. c. vnico. Bartol. in l. ſi ſeruus. §. boue. num. 3. in fin. ff. de cond. furt. Bartho. Soci. in tract. fallent. Fallent. 44. pulchrè Aym. Crauett. in conſ. 325. numer. 1. verſic. tertiò principaliter dubitatur, in 2. part. conſ. & Roland. à Valle, in con. 71. num. 37. in 1. Tom. conſil. Meminit huius concluſionis Burſat. in conſil. 75. num. 12.

CONCLVSIO XXXI.

23 PETITORIVM reus in poſſeſſorio agere volens, poſt litem etiam conteſtatam, ſuſpendere poteſt. Ita poſt alios refert Ioan. Franc. de Ripa, in l. naturaliter. §. nihil commune, verſic. quintò quando reus intentat poſſeſſorium. numer. 161. ff. de acquirenda poſſeſſ. exiſtimans hanc ſententiam communiter approbatam eſſe, quamuis Alexan. de Imol. eo loci, numer. 85. controuerſetur, & receptiorem eſſe dicat Legiſtarũ opinionem, quæ in contrarium ſe habet, cui Iaſon illi bi, nume. 137. ſe ſubſcribit, fatetur tamen priorem in beneficialibus, poſteriorem verò in alijs cauſis locum obtinere. Meminit Nicol. Anton. Graua. in ſuis analyti. annotatio. ad Octauiani Veſtrij Iſagogen in Romanæ aulæ actionem & iudiciorum mores, lib. 4. capit. vltim. in verbo, Quo caſu. ſed de hac concluſione latè diſputarunt Doctor. quorum ſententias ſigillatim referre longè foret. Didac. Couar. lib. 1. varia. reſolutio. capit. 16. qualiter fiſco à iudice fauendum ſit. Claud. Marmer. in dict. §. nihil commune. numer. 168. verſicul. Quartò notabilis concluſio eſt. Anton. Rube. ibidem numer. 309. Coraſius & alij in 5. volum. repetitionum.

CONCLVSIO XXXII.

24 PETITORIVM actor differre ſiue ſuſpendere non poteſt, & poſſeſſorium retinendæ proponere. Authentic. qui ſemel. C. Quomodo & quando Iud. clem. vnica. de cauſa poſſeſs. & proprie. per locum à ſpeciali, quem notat ibi gloſſ. in verb. Spoliatus. & ſequuntur Cardinal. Imo. & alij, referentib. Franciſc. de Ripa, in leg. naturaliter. §. nihil commune. verſic. Tertia concluſio. numer. 154. ff. de acquir. poſſeſs. & Nicola. Anton. Grau. in ſuis analyticis annotatio. ad Octauia. Veſtrij Iſagogen in Romanæ aulæ actionem & iudiciorum mores, lib. 4. capit. vlti. in verb. Quo caſu.

CONCLVSIO XXXIII.

25 PETITIO hæreditatis non datur contra titulo poſsidentem, l. regulariter. l. nec vllam. ff. de petit. hæred. etiamſi titulus fuiſſet poſt mortem defuncti acquiſitus. Salycet. in l. fin. numer. 25. C. de edict. Diui Hadri. tollend. Et hanc communem opinionem eſſe dicunt Angel. Aretin. in §. ſed iſtæ quidem. numer. 13. Inſtit. de act. & Alexand. de Imol. in conſil. 73. numer. 5. in 5. lib. conſ. quam tamen concluſionem, quòd petitio hæreditatis non detur, quando titulus quæſitus eſſet poſt mortem, non admittunt, Bal. in d. l. fin. Alexand. de Imol. in con. 90. num. 10. verſic. & in propoſito noſtro facit ad hoc quod notat Bald. vbi ſimiliter dicit, quòd licèt petitio hæreditatis non detur contra titulo poſsidentem, ſicut nec Publiciana: tamen fallit quando quis acquiſiuiſſet titulum & poſſeſsionem poſt mortem defuncti, quia tunc hæres defuncti poteſt agere de petitione hæreditatis, contra taliter poſsidentem cum titulo. Et licèt Salycet. in d. l. fin. conetur impugnare opinionem Baldi, tamen illa iura non concludenter probant opinionem Salycet. in 2. lib. con. latè Andr. Barbat. in con. 65. nu. 6. 7. & 8. vbi ipſe inquit: Licèt communis opinio Doct. ſit, quòd contra titulo poſsidentem, non detur petitio hæreditatis, tamen limitatur illa regula & communis opinio, quando titulus & poſſeſſio acquiſita fuerunt ante mortem teſtatoris, & in hoc eſt communis opinio, ſecùs eſt ſi poſt mortem defuncti acquiſita fuerunt, vt voluerunt Bald. & Petr. de Anchor. nec reperitur communis opinio dicens, Quòd petitio hæreditatis detur, quando titulus & poſſeſsio fuerunt acquiſita poſt mortem defuncti, & per conſequens non poteſt dici, quòd communis opinio ſit contra doctri-

nam Baldi, quamuis Salyc. dixerit contrarium. hæc Andr. Barbat. Sicul. in 2. vol. con. quorũ sententiam etiam approbat Roland. à Valle, in consil. 48. nu. 11. in 1. Tom. con.

CONCLVSIO XXXIIII.

26 POENAE omnes impositæ mulieri propter eius odium, quia nimis festinanter contrahit secundas nuptias, sunt sublatæ de iure Canonico, per dictũ Apostoli, Mulier mortuo viro nubat in Domino. Innocent. Heinrich. Boich. Panorm. & alij in cap. fin. extr. de secun. nupt. Bartol. in l. liberorum. numer. 2. ff. de ijs qui notan. infam. Paul. de Castr. in consil. 366. numer. 1. in 1. part. cons. secundam nouissimam impressionem. & Philip. Deci. in Rubr. C. de secund. nupt. numer. 8. Propterea mulieres transeuntes ad secundum matrimonium infra annum luctus, solùm sustinent pœnas introductas in fauorem liberorum primi matrimonij. Doctor. in dict. capit. fin. pulchrè. Bald. in consil. 161. numer. 2. in 1. volum. consil. Ioan. de Anan. in consil. 102. versic. non obstat. & Aym. Crauett. in consil. 36. in 1. part. consil. Et hanc communem Doctor. sententiam esse scribunt Philip. Dec. in consil. 87. num. 3. & Rola. à Valle, in con. 95. nu. 14. in 1. Tom. consil.

CONCLVSIO XXXV.

27 PONTIFICI Romano vel Principi non adhibetur fides, quando agitur de alterius præiudicio. Deci. post alios ab ipso allegatos in consil. 576. numer. 13. versi. non obstat. Estque communis opinio, vti adductis pluribus authoritatibus DD. firmat Quinc. Mandos. in suis additio. ad allegat. Lapi, allegat. 7. in verb. disceptat. lit. a.

CONCLVSIO XXXVI.

28 POSSESSIO ciuilis & naturalis per constitutum, secundum sententiam communiter approbatam transfertur in creditorem. l. quod meo. & ibi Bartol. nume. 3. & idem Bartol. in l. Celsus. vers. sed pono quod debitor. numer. 15. ff. de vsucap. & vsurpa. Et hanc magis communem sententiam Doct. esse inquiunt Ias. in l. possideri. in §. in certam partem. nu. 16. & idem in cons. 147. nũ. 2. ver. ego autem considero. in 2. vol. consil. Roland. à Valle, in con. 79. nu. 43. in 1. Tom. quam decisionem latiùs declarant Alexan. de Imol. in l. interdum. §. qui alienam. & d. l. quod meo. ff. de acquir. poss. Anton. Negusantius in tract. de pigno. & hypoth. in 1. memb. 6. part. princ. num. 35. in 9. vol. tract. vnde dicunt Docto. communiter in d. §. incertam, quod quando fit constitutum generale omnium bonorum præsentium & futurorũ, tale constitutum valet & operatur translationem possessionis, nõ solùm respectu bonorum præsentium, sed etiam futurorum, quando erunt acquisita. l. quamuis. ff. de precario. Vbi si cõstitui me possidere tuo nomine ancillam, illud constitutum extenditur quoq; ad partum posteà nasciturum, & sic ad futura. Alex. in l. stipulatio hoc modo. numer. 17. ff. de verb. obliga. Et hanc sententiam magis cõmunem opinionem DD. esse dicunt Matth. de Afflict. in decis. sacri concil. Neapol. Decis. 335. numer. 8. Anton. Negusant. in d. tract. de pigno. & hypoth. in 2. membro. 2. par. princip. numer. 3. versi. secundò amplia.

CONCLVSIO XXXVII.

29 POSSIDENS prior per constitutum præfertur secundo habenti actualem possessionem, ratio est, quia possessio est vera, licèt modus sit fictus. Barto. & alij in l. ab emptione. ff. de pact. Dec. in l. contractus. numer. 16. ff. de regul. iur. & Ias. in consil. 6. numer. 2. vers. primò propter constitutum. in 3. vol. con. Et hanc communem opinionem esse dicit Ioan. Cephalus, in con. 147. nume. 20. in lib. 2. con.

CONCLVSIO XXXVIII.

30 POSSESSORIVM remedium quando intentatur ad recuperandam possessionem, non potest opponi exceptio dominij. Bart. in l. si coloni. num. 2. C. de agricol. & censi. lib. 11. Iohan. de Imol. & alij in c. post electionem. ext. de cõcess. præbend. Et hanc veram & magis communem opinionem esse consulendo scribit Philip. Dec. in consil. 57. num. 6. Et Henning. Göden. in cons. 105. in ord. de interd. restitut. consil. 1. numer. 15. cumulat multa ad hanc decisionem.

CONCLVSIO XXXIX.

31 POSSESSORIA iudicia requirunt plenam probationem, nec in illis sufficeret semiplena pbatio, secundũ magis cõmunẽ opinionem, Alexand. de Imol. referente in con. 287. numer. 3. vers. & quamuis esse mus.

in 7.

in 7. volum. consi. quam & ipse in consi. 139. num. 14. versic. tamen adhuc in proposito, in 6. vol. con. quoque refert. Licet nonnulli alij contrariam sententiam, & malè, amplexi fuerint, quos recensetibid. in verb. plena. Carol. Molin. quia causa possessoria dicitur magni & considerabilis praeiudicij, propterea in ea non sufficeret summaria vel semiplena probatio, sed plena, quemadmodum & in alijs causis requiritur. Bartol. in extrauag. ad reprimendum. in verb. summarié. nume. 11. Ripa in l. 2. nu. 9. ff. quorum bonorum. Hanc & communem esse inquit Hieron. Cagnol. in l. in pari causa. numer. 3. versic. sed in contrarium. ff. de reg. iur.

CONCLVSIO XL.

32 POSSESSIO seu possessionis traditio non probatur per literas seu instrumenta emptionis, secundum sententiam communiterà Docto. receptam. Cyn. in l. Minus. 2. in fin. C. de acquir. & retinend. poss. inquit: Nunquid per instrumentum probetur possessio? Et respondet, non probari. l. Praedia. ff. eod. Posteà ipse ex sententia Iacobi de Arena distinguit, Aut instrumentum facit mentionem de re tradita, & res est in conspectu contrahentium, tunc probatur: aut facit mentionem de re quae erat absens, tunc non probat instrumentum possessionem traditam vel nactam. Bartol. ibid. nu. 4. quaerit, vtrùm possessio tradita possit probari per instrumentum, & respondet, textũ d. l. Minus. innuere probari, dum dicit, licèt instrumento non sit comprehensum, quòd tibi tradita sit possessio. Contrariam sententiam tanquam veriorem ipse sequitur, inquiens, Traditionis possessionis naturalis seu corporalis ita demum probatur per instrumentum, si instrumentum esset confectum in conspectu fundi, & ita intelligi posset ad l. praedia. Ex illis ergo verbis instrumenti, quae dicunt, Vendidit, tradidit, non probatur possessio tradita, nisi in cõspectu fundi esset prolata. Et idem Bartol. in d. l. Praedia. nume. 1. ait, Si instrumentum fieret in fundo, vel conspectu fundi, per instrumẽtum potest traditio probari, sed si non fieret in conspectu, tum per instrumentum nõ probatur traditio. & in fin. Per instrumentum, in quo continetur, aliquem tradidisse, non probatur traditio. Hanc sententiam communiter alij Doctor. probarunt. Specul. ante §. [illegible] tit. de emp. & vendit. §. sciendũ est igitur. nu. 32. ver. sed si quid in instrumẽto continetur. Albe. in d. l. Minus. nu. 3. ver. idẽ inducit inquiens, Si instrumentum facit mentionem de re tradita, in conspectu contrahentium, tunc probare, si autem res erit absens, tunc non probare instrumentũ possessionem. Et idem in l. cum res. nu. 1. C. de probat. dicit: Quando instrumenta producuntur ad docendum de dominio, ea non sufficere. c. inter dilectos. §. fin. ext. de fi. instru. licèt enim contineatur Titium mihi vendidisse, nõ sequitur quòd sim dominus, nisi doceam, tradentem fuisse dominum, & idem potest asseri de possessione quod nõ probetur per instrumenta. Godof. in summa tit. de clandest. despon. nu. 5. vers. non obtinet. & idem Alberic. in d. l. praedia. nu. 2. Bald. in l. iudicia. nu. 1. vers. Sed iuxta hoc quaero, nunquid per instrumentum probetur traditio? Respondeo, si instrumentum sit in re vel conspectu rei, probatur traditio, aliâs non probatur. C. de rei vendica. Idem in l. Non idcirco. C. de fid. Instrum. & in rubric. num. 20. in 19. quaest. C. de contrahen. empt. & ven. Aut res est mobilis, vel se mouens, quae potuit tunc tradi, & tunc instrumentum probat traditionem, secùs si fuerit res immobilis. & in d. l. minus. nu. 6. Nã licèt instrumentum dicat: Talis vendidit & tradidit, prout fit communiter, tamen haec verba traditionem non probant, nisi contractus fieret in re vel iuxta rem. Sis ergo cautus qui habes de possessionis traditione probare, vt ex alio te fundes, quàm ex ipso instrumento. Et in l. fin. num. 47. vers. 8. quaeritur. C. de edict. D. Adr. tollen. & in c. 1. nu. 11. in fin. Quid sit inuestitura. & in d. c. inter dilectos. numero 17. in verb. per instrumenta. & in Margarita, in verb. possessio locatoris. & in §. per traditionem. numer. 3. versiculo, Sed quaero, in instrumento continetur, talis vendidit, cessit, dedit, tradidit talem rem tali, nunquid per haec verba probetur facta traditio, & verbum tradidit, in instrumento scriptum non probat traditionem, nisi res, de qua fuisset facta mentio in conspectu contrahentium, esset vel sit habilis, vt possit tempore contractus tradi, vtpote quia erat res mobilis, sed si fuisset res immobilis, quae non fuisset in conspectu, tunc sine dubio non probaretur traditio. Salycet. in d. l. minus. in fin. Quod si in instrumẽto vẽditionis contineatur, quod talis vendidit tale praedium, & tradidit, quod ex eo traditio ipsa [illegible] probetur. Quod est

 verum,

verum, si instrumentum fit in re vel conspe. ctu rei, non aliàs, per text. l.1. §. si iusserim. ibi, Cùm ea in præsentia esset. ff. de acquir. vel omitten. possess. Ioan. Petr. de Ferrat. in practic. in forma libelli, in causa venditionis, in verb. vendidit & tradidit. nu. 4. Ioan. de Imol. in d. l. prædia. numer. 1. & in fin. versicul. & adde. Paul. de Cast. ibid. num. 6. dicẽs, Verba instrumenti prolata à notario non probant ea, quæ tunc tempore confecti instrumenti non poterant interuenire. Et ideò si notarius dicit, quod talis vendidit & tradidit talem fundum, si instrumentum fuit confectum in ciuitate, non probatur traditio fundi, quia notarius non potuit attestari de actu, qui tempore quo rogatus est, non interuenit, nec potuit interuenire, secùs si tũc potuit interuenire, quia instrumẽtum fuit confectum in ipso fundo. Bertachin. in suo Repertor. in verb. Clausula. ver. Vendidit, tradidit & concessit. in verb. instrumentum probat. versic. instrumentum venditionis. in verb. possessio transfertur. versic. possessio non transfertur per Clausulam, vendidit, tradidit. & in verbo, traditio. versic. traditio vera possessionis. Lanfranc. in c. Quoniam. cap. 7. Testium depositio constituitur. numer. 90. versi. Scias tamen, quod per illa verba, quæ quotidie ponuntur in instrumentis, scilicet, dedit, vendidit, tradidit, nulla probatur possessio, neq; possessionis translatio. Panor. in c. 2. nume. 10. vers. vbi plus probatur. extr. de consuet. & in c. suggestum. numer. 1. versi. secùs autem. extr. de iure patron. Alex. de Imo. in d. l. Prædia. numer. 2. versic. vt si instrumentum. & numer. 8. versi. vltimò nota. & in cõsil. 10. numer. 1. versi. Non enim possessio probatur per instrumentum venditionis. Et numer. 6. versic. Quia ex solo titulo emptionis factæ non probatur dominium. leg. cùm res. C. de probat. & maximè cùm non interuenerit traditio, Nam per instrumentum, in quo cõtinentur illa verba, dedit, vẽdidit, tradidit, non probatur traditio, & sine traditione non transfertur dominium, in lib. 4. con. Barthol. Socin. in con. 205. nume. 1. in 2. vol. consi. Dec. in con. 300. nume. 11. versi. Præterea per instrumentum, in quo etiam expresse dicitur de traditione facta, non probatur traditio. Vitalis in tractat. Clausu. clausul. constituit se precario nomine. num. 11. versi. secundum Imolam. Henning. Gǒden. in consil. 28. in ordin. nu. 1. allegans text. in l. hæc si res. ff. de rei vend. Sicut dicimus, quòd per abusiuam, id est, solam verbalem inuestituram, non transfertur possessio feudi noui, per text. in c. 1. ibi. Magis enim fuit possessionem dare quàm inuestituram. 16. quæ. 2. Henning. Gǒden. in consi. 36. in ordine. num. 8. Additur & alia doctrina à Crauett. in consi. 157. num. 13. vbi tradit: Propterea dominium probari oportere, quòd non sufficeret illud semiplenè probari, nec in eo locum esse posse delationi iuramẽti suppletiui. Ias. in l. Admonẽdi. num. 296. versic. Ex ista ratione Baldi inferunt. ff. de iureiur. & nouissimè Sichard. in l. iudicia. numer. 2. versi. Sic est per instrumentũ. C. de rei vend. & Bernhar. Vuurmbser. in libr. 1. practic. forens. Obserua. tit. de vendit. & empt. cap. 8. Traditionis verbum quid operetur.

CONCLVSIO XLI.

33 POSSESSIONE antiquiore probata, is qui recentiorem possessionẽ habet, præsumitur in mala fide esse. Sed hæc præsumptio malæ fidei tantùm ab antiquiore possessore, non autem ab alio, allegari potest. Bartol. in l. celsus. post. numer. 17. vers. dico etiam quod bona fides. ff. de vsucapio. Bart. in l. fin. num. 16. & ibi additio, in verb. Præsumptio malę fidei. Cod. vnde vi. Anton. de Butri. numer. 12. versi. Item in possidente. & Panorm. num. 15. versic. Examinemus. in c. si diligenti. extr. de præscript. Iohan. Pet. de Ferrar. in sua practic. in forma responsionis rei conuenti. in verb. præscriptionis. num. 16. versi. Sed contra prædicta videtur illa regula Alex. de Imo. in consil. 200. numer. 4. & 5. lib. 2. consi. Estque hæc communis Doctor. sententia. Balb. in d. l. Celsus. in 3. parte seu requisito principali, post numer. 10. ver. Videtur tamen communis opinio Bartoli. & Ludol. Schrad. in consil. 14. num. 83. in 1. tomo consiliorum diuersorum Docto. Frãcoford. anno 1568. impressorum. Quam tamen conclusionem limitat Bart. in d. l. fin. numer. 17. versi. Item ista allegatio malæ fidei, vt non procedat vltra cursum 30. annorum. Nam illis annis elapsis præsumitur bonæ fidei possessor, Vt ibidem latiùs explicat Bartol. & post eum Panorm. in d. c. ex diligenti. numer. 16. versi. Bartolus in l. fin. in fin. C. vnde vi. Nec non Balb. in d. l. Celsus. in 3. part. seu 3. principali requisito, post numer. 12. versi. Istam suam conclusionem. Roland. à Valle, in consil. 3. numer. 93. in 1. tom. con.

Licèt

Licèt nonulli alij contrariam sententiam secuti fuerint, quos refert Didac. Couarru. in c. possessor malæ fidei, in 2. parte relectionis. §. 8. post numer. 3. versi. verùm Imola in d. l. Celsus. ext. de regul. iur. in 1. Tomo. Sed addit ipse ibidem, versi. Et quia, Bartoli opinionem communem, eamque in praxi tuti orem esse. Quam conclusionem cum declaratione Crauetta quoque refert in tract. de antiquita. tempor. in 4. part. principa. §. Materia ista singularitatis testium sic explicata, numer. 20. & nouissimè Iacob. Menoch. in d. l. fin. num. 70. vers. declaratur secundò non procedere, in suis in omnes præcipuas recuperandæ possessionis, commentarijs.

CONCLVSIO XLII.

34 POSSESSOR malæ fidei tenetur de fructib. quos percepit & percipere potuit, ita de perceptis & percipiendis. Bar. in l. domum. C. de rei vind. quem Bald. ibi. num. 2. Sich. & alij sequuntur. Estq; communis opinio referentib. Alex. de Imo. in l. apud Iulianum. §. fructus. versic. & magis communis opinio. ff. de legat. 1. & Ioh. Hier. Card. Alb. in suis lucubrat. in Bar. in d. l. domum. Ang. Are. & alij, nec non nouissimè Schneid. copiosè in §. si quis à non domino. Inst. de rer. diuis. eam conclusionem latiùs explicarũt. Adde practic. Papien. in forma libel. in actione reali, in verb. Simul cum fructibus. Deci. & Cagnol. in l. generaliter. ff. de reg. iur. Iaf. in d. l. apud Iulianum. §. fructus. fol. libr. mei 63. Mathesila. & ibi apostillato. in sing. 159. Laur. Sylua. in con. 49. numer. 79. in 1. Tomo con. Didac. Couarr. in c. peccatum. in secundæ partis relectione. §. sexto. ver. Sic & eadem ratione, expresse reprobantem Mathesilanum, cùm Doct. de ea re variè locuti fuerint. de reg. iur. in 6. Iacob. Menoc. in commentarijs recuperandæ possessionis, in 1. remedio. num. 370. Remissiuè Tiraq. in tract. de vtroq; retractu. in verb. de retraict lignaier. §. 15. les fruictz. glo. 1. nu. 28. versic. quintò quæro. Huius tamen doctrinæ declaratione nonnullas annotatu dignas refert Lud. Roma. in suis singular. singul. 336. Malæ fidei possessor potest deducere ante restitutionem rei & fructuum omnes expẽsas factas in cultura. & sing. 337. Malæ fidei possessor tenetur ad fructus perceptos & quos pcipere potuit, q. est verũ, nisi loquamur de fructibus, quos potuisset percipere ex fundo propter meliorationem à se factã.

XLIII. infrà in secunda parte.

CONCLVSIO XLIIII.

36 PRAECEPTVM executiuum absque clausula si senseris te grauatum & subsistere non potest secundum communem traditionem Doct. Iaf. in l. nequicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. procons. Quintil. Mand. in tract. de monitorijs. q. 17. nu. 6. quã quæstionem latiùs declararunt post alios Ripa in l. de pupillo. §. meminisse. nu. 21. cum seq. Zaf. nu. 19. ver. Secunda conclusio. ff. de oper. noui nũc. Et Ioan. Bernardi Diaz remissiuè in regulis suis. ver. Præcepta executiua, regula 568.

CONCLVSIO XLV.

37 PRAELATIONIS priuilegium, quod competit mulieri agenti pro dote, vt alijs creditoribus præferatur in bonis mariti, cõpetit etiam filijs & alijs descendentibus ipsius mulieris, non autem alijs hæredibus. Procedit tamen hoc in filijs eiusdem matrimonij non diuersi. Ita asserit D. Bart. in l. assiduis. numer. 12. in fin. addens ita communiter Docto. decidere. C. qui potio. in pig. habean. Et hanc sententiam Doct. tanquam communiorem passim approbarunt, in l. etiam. ff. solut. matrim. Alex. de Im. in consi. 98. nu. 4. in lib. 7. con. Iaf. in §. fuerat. nu. 94. Inst. de act. Bald. Nouel. in tract. de dote. in 10. par. prin. nu. 26. vers. Quintò vt non habeat locum. & in 12. prin. in quæ. 3. nu. 9. vers. Tertiò quæro. in 6. vol. tract. Anton. Negusant. in tractat. de pignor. & hypothe. in 4. mom. 2. part. prin. nu. 95. ver. Sed difficultas est. in 9. vol. tract. Hippol. Riminald. Ferrar. Inst. Quib. alien. lice. vel non. nu. 350. versi. Procedit tamen.

CONCLVSIO XLVI.

38 IN PRAESCRIBENDIS iuribus negatiuis est necessaria condictio, quia tempus solum non est modus tollendæ obligationis, propterea nunquam currit præscriptio, nisi à tempore contradictionis. Gloss. & Doct. in l. qui luminibus. ff. de seruitut. vrban. prædior. & in l. 1. Cod. de seruit. & aqua. Francis. Balb. in tractat. de præscription. in 2. parte 5. par. prin. quæ concernit præscriptionẽ fiscale, in 7. q. nu. 4. ibi, vbi habetur, quod in præscribendis iurib. negatiuis. Et ita communiter à DD. concludi scribit Nico. Bell. in con. 1. nu. 15. vbi ipse ex sententia Aluaroti re-

ti refert, vasallum nunquam præscribere seruitia, quæ domino debet, nisi interpellatus negauerit ea præstare. Et Guido Pap. in q. 630. num. 13. voluit, eos qui negabant se teneri ad custodiam Castri, non præscribere nisi interpellati contradixerint. Huc quoq; referuntur, quæ solent tradi de eo, qui dicit se non teneri ad collectas virtute præscriptionis, siquidem volunt Doct. ad hoc vt potuerit præscribere, talem immunitatem collectarum, quòd fuerit aliquando requisitus soluere, & recusauit, vt consulendo scribit Alex. de Imola, in consil. 136. nume. 19. versi. item ad hoc vt dicti catanei. in 2. lib. consi. cuius argumenta & alia Balb. in d. q. 7. in 2. par. 5. par. prin. nume. 4. transcribit, & bono ordine refert.

CONCLVSIO XLVII.

39 PRAESCRIPTIO interrumpitur per citationem & litis contestationem, quam cōmunem opinionem dicit Roland. à Valle, in consil. 79. num. 30. in 1. Tom. consil. quo modo autem hoc intelligatur, passim DD. declarant, quia longi temporis litis contestatione interrumpitur, sed non sola citatione. l. moræ litis. Cod. de rei vindi. præscriptiones longissimi tēporis 30. vel 40. annorum, per solam in ius vocationem interpellantur, multo magis ergò per litis contestationem. l. sicut. §. quæ ergò. & l. cùm notissimi. C. de præscript. 30. annor. Bartol. Ias. & alij in l. ex hoc edicto. ff. de eo, per quem factum erit, quò minùs quis in iudicio sistat. Panormita. & Felin. in c. illud. extr. de præscript. Ioan. Petr. de Ferrar. in sua Practic. in form. respon. rei conuenti. in verb. præscriptionis. versic. restat nunc videre quib. modis præscriptio interrumpatur. num. 26. Ludo. de Gozad. in consl. 56. numer. 12. versic. quintò addo. Francisc. Balb. in tractat. de præscrip. in 2. par. 6. par. prin. in §. expedita. in §. quartò principaliter. in §. circa tertiam speciem præscriptionis. Oldendorp. in tractat. de vsucap. & præsctip. in §. quanquam autem vtilis. num. 21. cum seq. versic. per interruptionem. in 8. vol. tracta. & in tract. except. in except. vsucap. seu præsctip. Ioa. Crott. in consl. 71. num. 62. cum seq. & Bernhard. Vuurmbser. in practic. obser. lib. 1. tit. de præscript. cap. 9. incip. Præscriptio interrumpitur. & in cap. duobus seq. incip. præscriptionis interruptio & actionis perpetuatio. Item præscriptio interrumpitur quandoque per interpellationem extraiudicialem.

CONCLVSIO XLVIII.

PRAESCRIPTIO 10. vel 20. annorum
40 etsi solum per litis contestationē interrumpatur. l. moræ litis. C. de rei vend. cum simil. Hodiè tamē omnis præscriptio de æquitate Canonica interrumpitur per solam citationem, Quia cùm constituatur præscribēs in mala fide, succedit regula: Quòd nullus malæ fidei possessor vllo tempore præscribat. c. possessor malæ fidei. de regul. iur. in 6. c. vigilanti. c. fin. ext. eod. Ita notabiliter Docto. voluerunt, Bald. in l. 2. numer. 7. versic. vnde dico. C. de seruit. & aqua. Francisc. Gremen. in suis singula. sing. 102. incip. Tu scis quod præscriptio 10. annor. Ioan. Bertachin. in suo aoreo Repertor. in verb. citationis effectus. versic. citatio interrumpit præscriptionem. in fin. ibi. Item de iure Canonico. Andr. Tiraq. in tract. de vtroque retract. in verb. de retraict lignagier. §. 1. gloss. 10. versi. Quod autem. num. 86. in fin. pag. 193. Nam nulla præscriptio de iore Canonico, quod seruari etiam debet in foro Ciuili, (cùm agatur de peccato gloss. & alij Doct. in d. c. possessor. Panormit. in c. si diligenti. nom. 12. extr. de præscrip. & in d. c. fin. nu. 1. Bartol. in l. priuilegia. num. 2. C. de sacros. Eccles. Oldendorp. in Prolegom. Action. foren. num. 10. versi. si extant leges ciuiles. Et ita communiter DD. concludere inquit Paul. Paris. in consil. 27. num. 115. versic. Præterea considerandum est. & in consl. 112. num. 32. versi. & de iure Canonico. in 1. par. & in consi. 66. numer. 97. & 98. in 3. parte consil.) Currit cum mala fide, Quia præscribēs semper debet esse in bona fide, vt in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienæ. d. c. fin. Adeò vt præscriptio cum mala fide etiam longissimo tempore non currat. Goffred. in summa, tit. de præscript. numer. 6. versicul. in summa quæritur. Et in hāc sententiam de mala fide non semel, sed sæpiùs iudicatum esse in Camera Imperiali, meminit Mynsing. in suis obserua. obseruat. 6. Centur. 4. Et hanc crebriorem, opinionem Canonistarum & Legistarum esse inquit Augustinus Beroius in suis quæstionibus familiar. quæstion. 5. nu. 2. versi. Et hæc est crebrior opinio.

CON-

CONCLVSIO XLIX.

41 PRAESCRIPTIO non habet locũ in feudis nisi 30. annorum. Panorm. in c. ad audientiam. numer. 16. versicul. Sed quæro & reuoco in dubium. extr. de præscription. & ante illum Bald. in c. quidam obliganit. numer. 1. versicul. Nota quod præscriptione. Præpos. & Aluarot. eod. numer. 1. Math. de Afflict. num. 4. tit. si de feudo dato in vicem leg. commiss. repro. in vsibu. feudor. Paul. de Cast. in consi. 43. nume. 23. in 3. par. consil. Dec. in con. 144. incip. Maturè pro viribus. numer. 3. versicul. Sed his non obstantibus, addens hanc rationem, quia sicut prohibetur alienatio, ita & præscriptio. Francisc. Balb. in tractat. de præscriptio. in 4. parte 4 partis principal. 12. quæst. principal. quæst. 4. §. quartò quæro, numer. 12. versicul. Ex prædictis infertur in 8. volum. tractatu. quæ quoque præscriptio non currit contra non volentem agere, vt consulendo post alios scribit Paul. de Castr. in d. consil. 63. & ibi Balthas. Quinct. Aquil. in suis additionib. in verb. præscriptione. numer. 39. & Dec. in consil. 44. numer. 48. & nouissimè Iohan. Baptist. Vincenal. in 1. consil. nume. 30. 31. 87. & 194. inter consil. feudal. Lugd. Anno 1570. impressa, ex quibus satis apparet, eam sententiam communiter approbari.

CONCLVSIO L.

42 PRAESCRIPTIO nulla cùm scientia & mala fide de iure Canonico procedere potest. c. fin. extr. de præscription. c. possessor. extr. de regul. iur. in 6. Hæcque communior opinio est Canonistarum in dict. cap. fin. & vbique iuris Ciuilis interpretum. in leg. sequitur. §. si viam. ff. de vsucapionib. August. Bero. in suis quæstionib. familiar. quæstione 5. numero 2. Vt quoque dictum est in verbo, Præscriptio 10. & 20. annorum.

CONCLVSIO LI.

43 PRAESENTARE septemnis potest. Lap. in suis allegationib. allegat. 8. numer. 2. versicul. Potest tamen præsentare, & in allegat. 75. numer. 4. versicul. Hinc est quod septennis. Et dicit in vtraque allegatione, in priore, in verbo, præsentare. liter. h. & in altera, in verb. Septennis. liter. 1. nec non in tractat. de ætat. minor. cap. 4. numer. 17. Quinril. Mandof. hanc DD. communem opinionem esse.

CONCLVSIO LII.

44 PRAETERITIO materna reddit testamentum nullum, si non est inserta causa. Cyn. in auth. Ex causa. nume. 6. versicul. Aut prætereuntur, C. de lib. præter. Bald. ibid. numer. 4. & 5. Bald. in leg. filio præterito, num. 6. in fin. & 20. Et Paul. de Cast. numer 9. vbi in fi. versicul. Sed ista communiter tenetur, dicit eam sententiam communi calculo approbari. ff. de iniusto, rupto. Et hanc sententiam communem Doctor. esse inquiunt, Nico. Boer. in decis. suis, quæstion. 126 in princ. Balthas. Quinct. Aquil. in suis addit. ad consi. Paul. de Castr. consil. 18. in verb Præteritio materna. in 3. part. consil. Iul. Clar. in tractat. de testamentis. §. testamentum. quæsti. 47. Ascan. Clementi. in tractat. de patr. potest. cap. 4. numer. 23.

CONCLVSIO LIII.

45 PRINCEPS quando non aufert alicui directo ius competens, sed potiùs procedit remouendo obstaculum ab eo, cui tale ius potest competere, faciendo de incapace capacem, talis dispositio Principis etiam sine causa valet. l. quæris. ff. de natal. restitut. gl. in c. ab exordio. in verb. ada. 35. distin. per multas authoritates adductas per Albert. Brun. in consil. 1. numer. 56. versicul. Tertiò pro prædicta sententia, inter consil. feudalia, vbi dicit, hãc veram & indubitatam scribentium sententiam esse. Meminit nouissimè Ioh. Hieron. Card. Alb. in suis lucubra. ad Bart. in l. sed si mors. num. 7. ff. de donat. inter vir. & vxo.

CONCLVSIO LIIII.

46 PRINCEPS potest ea quæ sunt iuris Ciuilis cum clausula, Non obstante, indistinctè tollere. Estque magis communis opinio Doctor. referente Alexand. de Imol. in l. Gallus. §. & quid si tantum, numer. 27. per multas authoritates ab eo addu

adductas.ff.de lib. & postu. Nicol. Rucker, in consil.41.numer.2.in 3.quæst.in 4.tomo consiliorum diuersorum Doctor. Francoford.anno1572. impressorum.

CONCLVSIO LV.

47 PRINCEPS non solùm potest derogare priuilegijs iam factis, sed etiam in futurū fiendis, Imò etiamsi nihil esset dictum de futuris, sed tantū esset apposita clausula, nō obstāte aliqua cōstitutione vel statuto, nihil ominus statuta futura cōprehenderentur. Bar. in l. si mihi. §. in legatis. nu.4. post Dyn. ibi apostill. plures authoritates adducit. ff. de legat.1. Estque communis Docto. sententia Ias. ibid. num.14. versicu. extra gloss. Facultas iuris Academiæ Viteberg. in consi.1. numer.49. in 1. tom. consiliorum diuersorum Docto. Francoford. anno1568. impresso. Alex. de Imo. in d. §. in legatis. numer.8. ver. ex quibus. apparet magis communem esse opinionem Dyni & Bartoli, vbi ipse hanc doctrinam egregiè explicauit, addens & illam, quòd si lex vel statutum derogaret cōsuetudini, an quoque videatur derogasse consuetudini futuræ, Et ibi ab ea diuersæ re censentur sententiæ, prout etiam attingit illam quæstionem gloss. in Clemen. statutum. in verb. consuetudine. de electio. & gl. pen. in Clemen.2. de rebus Eccles. non alienand. Et supradictam doctrinam idem Ale. de Imol. in consi.193. nume.7. versic. Nunc attingo tertiam dubitationem, an immuni tas extendatur ad nouam operis impositionem superuenientem post concessionem immunitatis. in lib.2. consil. Nam si concessio indefinita facta esset per illa verba, Sine censu aliquo, seruitio, homagio, pensione vel mercede, vel alicuius rei datione, vel solutione, comprehendit non solùm præsentia, sed etiam futura. l. si seruitus. de seruit. vrb. prædio. & l. placet. ff. de lib. & posth. Et per multa alia exempla ab Alex. in dict. con. 193. relata.

CONCLVSIO LVI.

48 PRINCEPS licèt faciat aliquam conuētionem, vel aliquod pactum cum priuatis, & illud obseruare teneatur, adeò vt ex illo pacto obligetur: Doctor. in l. digna vox. C. de legib. & in c.1. de probatio. Quæ sententia communis opinio Legistarum & Canonistarum dicitur, de qua decisione quoque dicetur in sequenti, incip. Principem ex cōtractu cum subditis inito, naturaliter, non ciuiliter obligari. Tamen illa non procedit nec locum habet, quando superuenit aliqua causa legitima, ob quam promissa obseruari non possunt, cùm ex causa noua superueniente recedatur à qualibet dispositione, nec tunc dicatur fieri contra voluntatē: Quia si de tali status mutatione ille qui deposuit cogitasset, illud idem fecisset, vt per multa exempla egregiè deducit Rolā. à Valle, in consi.1. numer.158. cum seq. in 2. tom. consil. Per ea quæ scribunt Alexan. de Imol. numer.5. Ias. nume.8. & alij, in l. qnòd Seruius. dispositionem quamlibet, scilicet, intelligendam esse, Reb. sic se habentibus, vbi ipsi exempla in testatoris dispositione, vel in vltima voluntate, in cnntractibus, in priuilegijs, in iuramento, & etiam in statutis iuratis referunt. ff. de condict. causa data, caus. non secuta.

CONCLVSIO LVII.

49 PRINCEPS non potest tollere alicui, quæ ei de iure Diuino, naturali vel gentium acquisita sunt, secundum ea quæ tractantur à Doct. in c. quæ in ecclesiarum. ext. de constitut. & in l. fin. C. si contra ius vel vtilitat. publ. Et hanc communem sententiam esse scribit consulendo Albert. Brun. in consi. 1. nume.49. inter consi. feudalia. Quæ tamen sententia non procederet, quādo princeps ex voluntate sua fuisset causa acquisitionis, tum ille potest ipsum ius sola voluntate auferre, secundum Angel. in l. Lucius. ff. de euiction. volentem, quòd Imperator possit sine causa auferre rem acquisitam ex præscriptione seu vsucapione, cùm talis modus acquirendi inductus fuerit de iure Ciuili, vt Albert. Brunus ibid. nu.50. & 51. cum aliorum Doctor. vberiori allegatione prosequitur. Bursat. in consi.54. nu.8.

CONCLVSIO LVIII.

50 PRINCIPES, Duces, Marchiones & Comites in suis regionibus & terris, ea possunt præstare, quoad eorum subditos, quæ posset Imperator, Ita expressè consulendo scribit Paulus de Castro, in consilio 228. circ. fin. versicul. Reges ergò & Duces, Comites & Marchiones in eorum terris videntur esse Principes. Cuius sententiam sequitur Alex. de Imo. in consil.2. num.25. & 26. in 1. vo-

in 1.vol.& in conſ.1.num.29.30.&31.in 5. vol. Licèt Felin.in d.c. quæ in eccleſiarū. num.32. verſic. ſed hanc declarationem & omnes deciſiones, &c. extr. de conſtit. ſententiam contrariam ſequi videatur: tamen Paul.de Caſtr.opinio magis communiter recepta eſſe dicitur. Bart.Socin. in conſ.66.nu.12.verſic. tertiò,quia. in 3. vol. conſ.Iaſ.in conſ.101.num.2.in 4.vol. conſ. Curt.Iun.in conſ.61.nu.9.& Maria. Socin.Iun. in conſ.98. num.1.in 3. Tom. conſ.qui hanc ſententiam,num.20. verſ. nec prædictis. latiùs proſequitur, & nonnullas declarationes doctrinæ Pauli de Caſtr.ibid.addit,quas partim Felin. loco citato quoq; attigerat. Burſatus quoque huius concluſionis mentionem facit in conſ.16.num.55.

Conclvsio lix.

51 Principem ex contractu cum ſubditis inito,naturaliter, non autem ciuiliter obligari, communiter Doct. voluerunt. Ioan.de Imol.in ca.1.verſ. Nota, quòd ex cōtractu principis cum ſubdito princeps obligetur ſaltem naturaliter , Ciuiliter enim obligari non videtur. nu.2. extr. de probat. Adeò etiam vt ſucceſſor eius teneatur ad ipſius obſeruantiam. Cyn.in l. digna vox. verſ. vltimò ſciendū. C.de legib. Panormit.in d.c.1.num.1.latè Felin.ibid. num.3.verſ.modò aduerte. Panorm.in c. 1.num.7.ext.de conſtit. Et hanc communem opinionem Doct.eſſe inquit Dec.in d.c.1.ext.de probat.num.1.verſic.ſubijcit D. Abbas, & Moderni hîc ſequuntur. vbi plures authoritates Doctor.adducit. Quę obligatio naturalis tamen eum obligat efficaciter, vel vtilis & efficax eſt ad agendum, ſecundum communiorem ſententiam referente Vaſq. Menchacenſi in libro 1.controuer. illuſtr. cap.3.nu.1. Licèt autē nōnnulli alij voluerint,illum quoq; ciuiliter obligari per pulchra fundamenta, quæ eum authorib. referuntur à Hieronym. Schurff noſtro in conſ.72. nu.8. & ibi illa doctrina egregiè ab eo explicatur in 2. Cent. conſ. In hac tamen ſententia omnes Docto. perſiſtunt, principem tam efficaciter, ſecundum ſententiam Doct. communiori calculo approbatam obligari, vt nec de poteſtate abſoluta poſſit à tali contractu recedere, aut illum vila ex parte violare. Paul.de Caſtr. in d. l. digna vox. nu.5. vbi ipſe allegat doctrinam Bartoli in l. omnes.in 3. quæſt.principali.nu.21.cum ſeq. Si ſtatutum trāſiuiſſet in contractū, illud non poſſe à ſtatuentib. reuocari. ff. de iuſt. & iur. Doct. cōmuniter in d.c.1.de conſt.in d.c.1.de prob.& ibi Dec. multas authoritates Doct.adducit. Similiter in con.328.nu.6.580.nu.1.& 600.nu.3. Pulchrè Iaſ.in l.1.poſt alio.ff.de pact.in ptin.& in conſ.1.nu.1.2.&3. imò per totū conſilium, in 1. vol. Ludouic. de Gozad. in con.9.nu.44.& 45. Marian.Socin.Iun. in con.60.nu.15.16.& 17.in 3.tom.con. Reſtaurus Caſtaldus in ſuo tracta.de imper. quæſt. 111. verſ. octuageſimoprimo, princeps non poteſt etiam de plenitudine poteſtatis contrauenire contractui proprio. & quæſt. 116.dicit, principem etiam ciuiliter obligari ex contractu. in 12.vol.tract. Hieron. Schurff in con. 7. nu. 1. & 2. & in con.59.nu.4 5.6. & 7.in 1.Cent.& in con. 53.num.16.& in d.con.72.nu.8.in 2.Cent. Nicol.Euerhard.in locis argu.legalib. loco à plenitudine poteſtatis, num.30.libr. mei, cum ſeq verſ.ſecundò limitatur, vt non procedat quò ad legem contractus. Et valdè eleganter And. Alciat.in reſpon. 167.verſ. circa tertium dubium. num.10. conſulendo ſcribit in alio caſu, fidem Domino non ſeruanti impunè non ſeruari. Sed de priori deciſione videanrur quoq; ea quæ congeſſit Iacob.Philip.Port. in libro 5,concluſ.concluſ.18.verſ. tertiò amplia, etiamſi cum ſuo ſubdito princeps contraxerit.

Conclvsio lx.

52 Principem alienare vel etiam alicui donare vrbem poſſe,ex cōmuniori Doct. doctrina traditur. Bartol.in l.prohibere. §.planè. num.5. vbi ipſe diſtinguit, talem donationem aut alienationē,modò non contineret magnam diminutionem iuriſdictionis regalis, eſſe receptam.c. intellecto.extr.de iureiuran. Secùs, ſi donaret ea quæ non diminuerēt iuriſdictionem regiam,eo caſu valeret donatio, & præiudicaret ſucceſſori,per text.in c. Abbati ſanè de re iud.lib.6. ff. quod vi aut clàm. cuius doctrinam alij approbant. Bal.in prælud. feudorum.nume.32. & Matth.de Afflict. nu.63. verſ. an autem Rex poſſit regnum in aliquem transferre. Panorm.in conſ.3. num.11. cum ſequentib.in a. part. conſil. Ioan.de Anan.in con.81.Alex.de Imol.in

conſt. nu. 18. & 28. in lib. 5. con. Barthol. Soc. in conſ. 3. num. 19. in 3. vol. conſ. Fel. in cap. 1. num. 1. ext. de probat. & in cap. ad audientiam. num. 4. verſicul. de alijs verò principib. alienanib. extr. de præſcript. Dec. in conſil. 191. numero primo. Petrus Belluga in Speculo principum. Rub 8. nu. 6. in fine. Anton. Capyc. in deciſ. ſacri Regij con. Neapolita. deciſ. 121. numero 1. Reſtaurus Caſtaldus in d. tractat. de Imperat. quæſtio. 104. num. 3. in 12. volum. tract. Alber. Brun. in conſ. 51. inter conſil. feuda. Crauetta in conſ. 54. num. 2. Quorum tamen Doct. ſententias receptas nouiſſimè impugnârunt, poſt alios allegatos, in verb. modicum, à Carol. Molin. in d. conſil. 1. Alex. in libr. 5. Vaſquius Menchacenſis in lib. 1. controuerſ. illuſt. cap. tertio. nume. 5. & capit. quarto, vſque ad num. 11. & ante illum idem Carol. Molin. in ſuis addit. marginalib. ad conſ. Alexan. in dict. verb. modicum. liter. c. in dict. con ſil. primo, libr. quint. & in ſuis Commenta. in conſuet. Pariſ. §. ſecund. gloſſ. 4. nume. 17.

CONCLVSIO LXI.

53 PRINCEPS quando incipit cauſam cognoſcere, eam ad ſe auocare videtur. Inno. in c. cum M. Ferrarienſis. Dec. ibid. nu. 40. verſ. ſecunda concluſio ex ſecūdo intellectu habetur. ext. de conſtit. Eſtque hæc ſententia communis, referente Ioh. Franciſ. à Ripa, ibidem num. 197. verſic. tertia concluſio. Proinde attentata, deinde coram inferiore reuocātur. Et hanc ſententiam extendit Ripa, etiamſi inferior ipſe aduocationē ignoraſſet, camque communem eſſe dicit, adiecto tamen eo temperamento, ſi motu proprio à principe ea fieret aduocatio, ſecùs ſi ad partis petitionem. Et hanc opinionē DD. communiter approbare ait idem Ripa, in d. c. cum M. Ferrarienſis. num. 196. verſic. ſecunda ſit concluſio. Meminit quoq; nouiſſimè Nicol. Ant. Grauat. in Octaui. Veſtrij in Romanæ aulæ actionem & iudiciorum mores introductione, lib. 3. cap. 9. nu. 18. Et principem in quopiā ſuorum conſiſtoriorum cauſam pendentē, ſi nondum determinata ſit, ad ſe euocare poſſe certum eſt, ita vt poſt euocationem nihil in ea cauſa Iudicis, à quib. euocatum eſt, negotium agere poſſint, per textum expreſſum in c. vt noſtrum. cum gl. fin. & ibi DD. ext. de appellat. Frider. Schenck ex libris Baronibus a Teutenberg, in Viridario concluſionum iuridicarum, concluſio. 1. Quam concluſionem latè explicant Ripa in d. c. cum M. Ferrarienſis. nu. 194. cum ſeqq. & DD. in d. ca. vt noſtrum. nec non Steph. Aufrerius ad deciſiones Capellæ Tholoſanæ, quæſt. 481. incip. Item fuit quæſitum. & Iaſ. in conſ. 144. in 2. vol. conſil.

CONCLVSIO LXII.

54 PRINCIPEM vel populum habentem iura principis, non poſſe inire tranſactionem cum parte aduerſa tranſigendo, vt de damnis hinc inde illatis fiat compenſatio, aut alicui non detur actio, qua ca pe tat, ſi ſubditorum conſenſus non interue nerit, tradunt Doctores. Hoſtien. in ſumma, in tit. de pœnit. [illegible] remiſſion. [illegible] ſed quæ forma ſeruanda eſt, nu. 62. [illegible] ſed pone quòd genera. Panor. & [illegible] quanto. nu. 1. ext. de iniur. & Mynſing. in obſeruat. iudicij Cameræ, obſeruat. 9. in 4. Cent. Et hanc doctrinam Doctor. [illegible] caſu non procedere voluerūt, ſi princeps ex iuſta cauſa propter publicā vtilitatem damna & iniurias remitteret, Bartolus, Iaſon & alij, in l. fi. C. ſi contra ius vel vtilit. publ. ac idem Bart. in 1. conſtitutione Pandectarum. & Doct. in c. quæ in eccleſiarū. extr. de conſtitutio. & in c. in noſtro. ext. de iureiur. Quare alij referunt, pro conſeruatione & inſtauratione pacis, poſſe etiā principem remittere ſimpliciter iniurias, & damna ſingularum perſonarum, nec illarum conſenſum requiri. Et hanc com munem eſſe Doctorum ſententiam. Dec. in conſ. 520. nu. 5. & Iul. Clar. in ſua pract. criminal. quæſt. 59. verſic. adde quòd pro bono pacis, ſcribūt: quam Vaſq. Menchacen. ita procedere intelligit, ſi fortè damna ea & mutuæ deprecationes tempore bellorum contigerunt: Tunc enim iure belli factæ videntur, vnde cùm apud principes reſideat ius tā belli indicendi, quàm fœderis ineundi, conſequens eſt, vt fœdere poſt tales mutuas prædationes icto, ipſo iure gētium etiam belli iniuriæ hinc inde illatæ, remiſſæ ſublatæque videantur. Vaſquius Menchacen. in libr. primo controuerſia. illuſtr. cap. 4. num. 11. Licèt non ignorem, Hoſtienſem in dict. titul. de pœ-

de pœnitent. & remissio. in d. §. fin. vers. sed pone, ad hunc modum distinguere, vt sententia superior procedat, si pax aliter haberi non possit, nisi damnorum priuatis illatorum remissio fiat. Eo enim casu remissionem valere, Iason in l. 2. num. 14. C. de in ius vocando. & Mynsing. in d. obseruat. 9. tradunt.

CONCLVSIO LXIII.

55 PRINCEPS priuilegium suum vel prędecessorum tollere potest secũdum communem DD. sententiam. Alberi. Bald. & alij in l. qui se patris. C. vnde liberi. tamen priuilegia concessa per viam contractus, vel viam conuẽtionis, maximè in recompensationem seruitij, nunquam possunt per concedentes reuocari, multò minùs per successores. Bald. in l. digna vox. num. 3. Paul. de Cast. nu. 5. & alij. C. de legibus. Bald. & alij in l. donationes. C. de donat. inter vir. & vxor. Bald. & alij DD. in dict. l. qui se patris. Marc. Ant. Natt. in cons. 122. num. 13. in 1. tom. cons. Pulchrè Cephal. in cons. 58. nu. 82. cum num. praeced. lib. 1. cons. & nouissimè Rol. à Vall. in cons. 13. in 3. tom. consil. illam materiam explicârunt, quorum dicta non repeto. Meminit quoque huius conclusionis facultas iuris Academiæ Viteberg. in cons. 1. nu. 27. 28. in 2. tom. cons. diuerso. DD. Francoford. anno 1568. impresso.

LXIIII. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO LXV.

57 PRIVILEGIVM & ius non perditur non vtendo, quando non euenit occasio vtẽdi, etiamsi quis staret per mille annos, & ideò dicebat Bart. in l. in filijs. num. 2. C. de decurionib. libr. 10. Quod si ciuitas debet aliquod seruitium domino tempore belli, & contingat quòd per centum annos eo non vtatur, quia non indigeat, non propterea dominus amittit ius suũ. Et idem voluit Ioan. And. in add. ad Specul. in tit. de feud. super Rub. & Panorm. in c. ad audientiam. in col. fin. ext. de praescript. Et ibi Imol. nu. 8. vers. vltimò posset dubitari. & Panorm. in c. Abbate. nu. 18. ext. de verbor. signific. Et hoc est generale, quòd per non vsum, quis non amittit ius suum, quando non contingit occasio vtendi, vt pluribus decisionibus comprobat Iason in l. fin. nu. 53. vers. tertiò principaliter quaerunt Doctor. ff. de consti. princip. quarum anteà magna ex parte mentionem fecerat Felin. in capit. cùm accessissent. nu. 25. cum sequentib. ext. de constit. Et hanc sententiam communem Docto. conclusionem esse dicit Nicol. Bellon. in cons. 1. num. 11. Bursa. in cons. 87. num. 15.

CONCLVSIO LXVI.

58 PRIVILEGIA concessa per Auth. habita. C. ne filius pro patre. habent etiam locum in studiosis Grammatices, Rhetorices, & huiusmodi, vt dicit ibi Bologninus, & voluit Archidiac. in ea. de quibusdam. 37. distin. quòd eo casu clarissimum est per verba illius textus, dum generaliter mouetur, causa studiorũ, & qui amore scientiae exulãt, & indistinctè omnes scholares complectitur, & cùm dicat (maximè legum) includit alia studia. l. illud. ff. ad l. Aquiliam. Et quòd talia priuilegia etiam literarum Grammatices studiosis concedantur, voluit Phil. Franc. in procemio 6. Decret. per text. ibi, vniuersis scholaribus. Et eam communem opinionem Doct. esse referunt Petr. Rebuff. in tracta. de priuileg. scholar. in priuileg. vltim. numer. 2. in 11. volum. tractat. Doct. & Syluester Aldobrand. in §. item Romae. num. 4. & 5. Instit. de excusa. tutor. vbi ipsi nonnullas limitationes praedictae communis doctrinae posuerunt.

CONCLVSIO LXVII.

59 PRIVILEGIVM habens clausulam derogatoriam ad alia priuilegia non facientia de ea specialem mentionem, non reuocatur per clausulam generalem in secundo appositam. Hanc communem Doct. opinionem esse, aliorum sententijs reprobatis, referunt Fel. in c. accedentes. num. 4. versic. hanc partem. extr. de praescript. Ioan. de Selua in tracta. de benefic. in parte 3. quaest. 14. num. 20. versic. nunc soluendo. in 15. volum. tract. & Ioan. Neuizan. in cons. 12. numer. 172. inter consil. feuda. Alber. Bruni. Licèt Ioan. de Anan. in cons. 56. nu. 3. contrariam sententiam communiorem esse voluerit. Dec. in l. certum. nu. 4. ff. si cert. pet.

CONCLVSIO LXVIII.

60 PROCESSVS factus post recusationẽ Iudicis suspecti, est ipso iure nullus. Quia Iudex recusatus procedens in causa, antequam sit pronunciatum, facit contra iuris ordinem. c. cùm speciali. extr. de appellat. c. suspitionis. extr. de offic. deleg. Nam recusatione proposita, ipso iure est recusans exemptus ab eo, & eius iurisdictione, per text. l. 1. C. si quacunq; præsid. potest. vbi facta iudicis recusatione omnis eximitur ab eo iurisdictio. Bart. in l. quia poterat. num. 3. vers. sed quæro. ff. ad Senatusconsult. Trebell. Angel. Aretin. in §. ergo siquidem. num. 2. vers. quærit ibi Bartol. Instit. de fideicom. hær. Alex. de Imol. in consil. 89. num. 6. & ibi Carol. Molin. in verb. nullus. liter. a. in lib. 1. consil. Et hanc sententiam communem Doct. doctrinam esse affirmat Stephan. Bertran. in consil. 150. num. 1. in 6. vol. con. Bursat. in cons. 21. nu. 21.

CONCLVSIO LXIX.

61 PROCESSVS factus ad instantiam actoris excommunicati donec opponatur excommunicationis exceptio persistit. c. exceptionem. & ibi Abb. nu. 21. Felin. nu. 45. extr. de exceptio. c. pia. de except. in 6. Abb. in c. intelleximus. nu. 13. Felin. nu. 9. Dec. num. 15. ext. de iudic. Estq; hæc sententia communis, vt inquiunt Dec. in d. c. intelleximus. d. nu. 15. & Quint. Mando. in suis addit. ad allegat. Lapi, allegat. 24. in verb. illud. lit. m.

CONCLVSIO LXX.

62 PROCVRATOR regulariter appellare non tenetur, cùm in dubio pro sententia præsumatur, & propterea in dubio si non appellauit, ipsi non imputatur. Docto. in l. inuitus. C. de procurato. Et hanc communem sententiam esse dicit Roland. à Vall. in consil. 10. in fin. in 2. Tom. consil. Quam tamen sententiam latiùs declarãt Alex. de Imo. in d. l. inuitus. num. 10. cum seq. & Ias. num. 3. cum seq. Matthias Castritius in suis annotationibus ad Masuerij practicam, sub titul. de procurator. ad nume. 12. meminit huius conclusionis, adiecto tamen aliquo temperamento ex vsu frequentato, receptoque.

CONCLVSIO LXXI.

63 PROCVRATOR in animam propriam de calumnia iurare tenetur, & quãdo speciale habet mandatum in animam domini, aliàs minimè. Bart. in l. 2. §. sin autem. nu. 2. C. de iureiur. propter calumn. dando. Specul. in tit. de iuram. calum. §. restat videre. num. 13. Estq; communis DD. sententia referentibus Roberto Maran. in tract. de ordine iud. part. 6. de iuramento. nu. 8. vers. an autem procurator iuret de calumnia. & Nic. Ant. Gra. in suis annot. analyt. ad Octa. Vest. Isago. in Rom. aul. act. & iud. mor. lib. 5. c. 1. in verb. etsi pars. Nouissimè Hartman. Hartm. lib. 2. pract. foren. tit. de iuram. cal. c. 2. Iuramentum calumniæ etiam per procuratorem præstari debet. Et generaliter in Romana curia receptum est vsu, vt in omni causa, in qua de calumnia iurandum sit, procurator nedũ in animam principalis, verùm etiam suam propriam iurare teneatur. Ita referunt Domini de Rota in suis decisionibus, de iuramento calumniæ, decis. 1. aliàs 492. in antiqnis, & in nouis, decis. 1. aliàs 37. sub tit. de iuramento calumniæ, LXXII. LXXIII. LXXIIII. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO LXXV.

67 PROCVRATORIVM mandatũ tamdiu durat quamdiu mandantis voluntas. l. si procuratorem absentem. in fin. ff. de procurat. l. si verò non remunerandi. §. si mandauero. ff. mãdati. adeò vt deinceps ex defectu potestatis reuocatæ, ac si nunquam fuisset procurator, censeatur. c. ex insinuatione. c. in nostra. ext. de procura. Boër. in decis. suis, quæstion. 274. num. 6. Vnde non valet pactum, si te facio procuratorem hac conditione, vt non liceat mihi reuocare. Bartol. in l. cum precario. ff. de precario. Imò voluit gloss. procuratorem reuocari posse, etiamsi iuramento quispiam illum non reuocare promiserit, in cap. fin. in verb. reuocatus. vbi tamen addit, illum in periurium incurrere. De procurato. in 6. quam alij Doctor. approbãrunt. Alex. de Imol. in consil. 18. numer. 7. versic. ex prædictis. in 2. lib. & in cons. 29. nu. 17. & 18. in 5. libro cons. Philip. Dec. in cons. 475. num. 18. vbi ab ipso plu-

plures auctoritates adducuntur. Estque communis DD. sententia, referente Boërio in suis decis. quæst. 207. nu. 2. vers. sed contrarium. & ibi ipse loquitur de procuratore cum iuramēto ad resignandum beneficium, ex causa permutationis constituto, quòd possit iuramento non obstante reuocari. Nicol. Anto. Grauat. in suis anal. annota. in Octa. Vest. Isag. in Roma. aulæ actionem & iudicio. mores, lib. 5. cap. 13. in verb. præsertim. Quod verò diximus reuocantem esse periurum, hoc cum eo temperamento intelligunt multi DD. si non ex causa aliqua iusta reuocauerit procuratorem. Dominic. & Phil. Fran. in d. c. fi. Boër. in d. quæst. 207. post nu. 3. vers. tamen aduertendum est. Adde id quoq; procedere solùm in iuramento simplici, secùs si esset aliquid promissum parti cum iuramento. Eo enim casu non dabitur reuocatio. Ita declarat Bald. in Rub. nu. 30. in fin. vers. vel vniuersorum periurium non impedit. extr. de procurat. & sequitur Ias. in l. si non sortem. §. si centum. post nu. 7. vers. sed illam glossam singulariter. ff. de condictio. indeb. Quia licèt stante iuramento de non reuocādo procuratorem admittatur reuocatio. d. c. fin. Nam ex tali iuramento nulla insurgit obligatio: tamen si esset promissum aduersario de non reuocando, ex tali pacto licito & honesto, ne aduersarius illudatur, benè oritur obligatio. l. si quis maior. C. de transact. & ideo reuocari tunc non potest. Et addit Bald. quòd si notarius recipit tale iuramētum nomine omnium quorum interest, tunc reuocari nō posset. Cuius dicti etiam nouissimè meminit Rolan. à Vall. in con. 6. nu. 50. in 1. tom. cons. Cæterùm Ioh. in d. §. si centum. fatetur quidem Baldi limitationem arduam esse, iura tamen per gl. in d. c. fin. allegata refragari.

CONCLVSIO LXXVI.

68 PRODIGO non interdicit administrationē lex, sed iudex. l. Iulianus. ff. de curato. furio. l. patri pro filio. ff. de mino. proptereà in prodigo etiam notorio requiritur sententia declaratoria. Bartol. in l. is cui bonis interdictum. numer. 1. Paul. de Castr. num. 4. ff. de verb. obligat. Et hanc sententiam Docto. communem opinionem esse inquiunt Alex. de Imol. ibi. nu. 7. versic. tamen primam opinionem. Ias. num. 9. vers. Et ista est communis opinio. Licèt alij multi contrariam sententiam amplexi fuerint, quos ibidem recensent Alex. & Ias. Ioan. Fabri, in §. furiosi. num. 2. Instit. de curato. tamen magis communis sententia est in contrarium Bald. in l. vnica. nu. 24. vers. modò circa personam confitentis quæte. C. de confess. Nicol. Boër. in decis. suis. quæst. 33. num. 37. in 1. part. Aldobrand. in d. §. furiosi. nu. 7.

CONCLVSIO LXXVII.

69 PRODIGO non potest, eo non citato, interdici administratio, cùm de eius præiudicio agatur. l. de vnoquoq; negotio. ff. de re iudic. Angel. de Perus. in l. is cui bonis. nu. 8. ff. de verb. oblig. Estq; communis opinio, referentib. Barth. Soc. post Alex. in con. 279. nu. 3. vers. præterea potest. in 2. vol. cons. & Ioh. Hier. Card. Alba. in suis lucubratio. in Bart. in l. si curatorem. num. 3. C. de in integ. restitut.

CONCLVSIO LXXVIII.

70 PROHIBITVS extra familiam alienare, prohibetur testari & hæredem instituere, secundum communem Doct. sententiam Doct. in l. filiusfamilias. §. Diui. ff. de leg. 1. Alex. de Imol. in cons. 56. num. 6. in 1. lib. cons. Ias. in consil. 120. in 1. vol. & in con. 96. in 4. vol. con. Licèt multi contrariam sententiam secuti fuerint. Dec. in cons. 23. & Soc. Iun. in cons. 112. in 1. part. Sed cùm ea quæstio nouissimè bono ordine, in vtramq; partem, cum adiectis declarationib. explicata fuerit à Barth. Romul. in d. §. Diui. nu. 90. non prosequor illam.

CONCLVSIO LXXIX.

71 PROMISSIO facti alieni etsi valeat, quando pœna esset adiecta vel interesse, tamen excusabitur promittens à pœna, si omnem curam & diligentiam, quæcunq; adhiberi posset, adhibuerit, & quod potuit fecerit. Vnde si aliquis promisisset sub pœna, quòd Sempronia contraheret matrimonium cum Paulo, si fecerit quantum in eo est, nō incurrit in pœnam, quia difficultas, cùm factum sit in obligatione, impedit commissionem pœnæ. l. si

vehenda mancipia.ff.ad l.Rhod.de iactu. Bartol. in conf. 236. incip. Martinus promisit. Panorm. in c. Gemma. num. 9. versic. ad vnum tamen singulariter aduerte. extr. de sponsalibus. Quamuis de hac doctrina multi dubitauerint non postremæ authoritatis iuris interpretes. Francis. de Acol. Aretin. in l. si ita stipulatus. §. possum. num. primo. ff. de verborum oblig. Bar. Socin. in cons. 288. num. 30. versicul. sed tamen his non obstantib. cum seqq. num. in 2. vol. cons. Ias. in l. stipulatio ista habere. numer. 10. vbi & ipse Canonistarum sententiam in d. c. Gemma. improbat. ff. de verborum oblig. Tamen hanc communem sententiam esse inquiunt ipsi Aretin. & Ias. in d. l. si ita stipulatus. & in d. l. stipulatio ista. & Philip. Dec. in cons. 313. num. 2. & numer. 4. vbi ipse Socin. argumenta in contrarium adducta, soluit, cuius tamen sententiam Molin. ibid. in verbo, contrarium, admittere nō vult. Item si promissor promisisset se cum effectu curaturum, quòd Paulus approbaturus esset, eo casu non excusaretur, quia ex illis verbis, cum effectu, apparet de expressa intentione contrahentium, quòd committatur pœna in casu non subsecutæ ratificationis. l. si non mortis. §. fin. ff. de inofficioso testamento. Ioan. Francisc. Ripa, in l. quodre. num. 47. ff. si certum petatur. Quam sententiam & ipse Decius amplectitur, in l. final. §. Labeo. numero vndecimo. ff. eod. vbi ipse aliquot distinctiones huius doctrinæ recenset, & bono ordine explicat. & in l. impossibilium. ff. de regul. iur.

CONCLVSIO LXXX.

72 PROMISSIO vel stipulatio in dubio valet sine causa, quia videtur inesse causa tacita donationis, & sic ipsa liberalitas pro causa sufficit. Bart. in l. 2. §. circa primam. nu. 1. ff. de doli mali & met. except. allegans l. hoc iure. ff. de donatio. Hanc tamen Bartoli sententiam alij reprobarunt communi voto, vt refert Ias. per multas auctoritates in l. quo minus. num. 168. vers. contrarium. ff. de flum. Et respondet textū in d. l. hoc iure. intelligi quando expressè cōstaret promissionem animo donandi factam fuisse, seu dubitaretur quæ causa quempiam ad donandum moueret. Hanc verò conclusionem in dubio loqui. Et eandem communiter approbari ante Ias. multis auctoritatib. adductis refert Alex. de Imol. in cons. 13. nu. 2. cum seqq. in 1. vol. cons. Copiosè Fel. in cap. si cautio. ext. de fid. instrum. Remissiuè Ioh. Hier. Card. Alb. in suis lucub. in Bart. in l. cùm de indebito. §. sed hoc. ff. de probat. & in d. l. 2. §. circa primam.

CONCLVSIO LXXXI.

73 PROROGATIO iurisdictionis in dubio, secundum communem opinionē, non præsumitur, sed ignorantia, per regulam l. veriùs. ff. de probat. & ita communiter à Docto. concludi inquit Ias. in l. si per errorem. num. 10. ff. de iurisdict. om. iud. Quamuis ipse sententiam contrariam amplectatur, cuius meminit quoq; Petr. Ioan. Anch. in suis quæst. quæst. 5. num. 7. in t. part.

CONCLVSIO LXXXII.

74 PROTESTATIO rei se in iudicio opponētis, quòd per actus quos facturus est, nō intendat in Iudicem consentire, operatur quòd nō intelligatur prorogata iurisdictio, Inno. in c. Cumana. ext. de elect. Quam sententiam omnes DD. sequi scribit Ioh. Franc. à Rip. in c. cum M. Ferrariensis. nu. 99. ext. de constit. Idq; procedit etiam si in eadem scriptura aliquæ exceptiones prius deductæ fuerint, contra libellum & personā actoris. Nam in eadem scriptura non consideratur ordo. l. talem. ff. de hæred. inst. l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pupil. Bart. in l. quidā consulebat. nu. 11. ff. de re iud. vbi ipse addit, tutiùs esse, quòd primò exceptio contra Iudicem prius opponatur, & aliæ proponātur sub cōditione, Quia semper exceptio declinatoria præmittenda est, & posteà exceptiones dilatoriæ vel peremptoriæ salua declinatoria proponi debent, quod latiùs declarat Bald. in l. exceptionem. nu. 8. cum seqq. & Sichard. nu. 10. vers. vos breuiter dicite. C. de probat. Et ita communiter DD. tradunt. Fel. in ca. inter monasterium. nu. 5. vers. prima declaratio. ext. de senten. & re iud. Prædicta aūt protestatio, eo casu quo Iudex sit competens, nocere solet: Nam potest Iudex contra opponentē declinatoriam procedere, tanquā contra contumacem, ad mulctam vel excommunicationem. Inno. & alij in d. c. Cuma. per tex. in c. ex parte dilecte in Christo, ibi, quia. s. citatus stare noluit iuri, ext. de verb. signi. Et scribit Ang. de Perus. stultū cum esse, qui

qui citatus coram Iudice comparẽdo dixit, Protestor quod nõ consentio in te tanquam in Iudicem competentem per aliquem actũ, quem facio aut faciam. Nam Iudex posset respõdere, Te contumacem pronuncio, & contra eum tanquã contumacem procedere. Proinde ea verba in protestatione adijci debẽt, nisi quatenus de iure teneor, & non aliter. Et ita obseruare communem consuetudinem mundi, in l. non videtur. ff. de iudic. Ias. in l. elegantes. §. si quis post transactionem. nu. 5. vers. tertiò adde, quòd si aliquis compareret coram Iudice. ff. de cond. indeb. Quod quidem intelligit Ripa in d. c. cum M. Ferrarien. nu. 100. verũ esse, si protestans permaneat in sola protestatione non respondẽdo petitis per actorem, sed si salua protestatione responderet proponendo suas exceptiones, dicit ipse quòd nõ possit tanquam cõtumax condẽnari. Quia respondendo salua declinatoria perindè est, ac si declinasset iurisdictionem, nisi & quatenus astrictus sit de iure comparere, quo casu non posset tanquam contumax puniri, cùm simpliciter nõ declinauerit forũ per tradita DD. in d. c. cum M. Ferrar. & in d. c. Cuma. Paul. de Cast. in d. l. non videtur. Alex. de Imol. in l. si ita scriptũ. num. 4. ff. de legat. 1.

CONCLVSIO LXXXIII.

75 PROTESTATIO, saluo honore [illegible]io, mentiris vel falsarius es, non suffragatur protestãti, quò minùs de illata iniuria teneatur. Ita inquit Barto. in l. si quis extraneus. in prin. Ias. nu. 3. ff. de acq. hær. Alex. de Imol. in l. vlt. nu. 3. ff. quod quisq; iur. Ias. in l. turpia. nu. 7. ff. de leg. 1. Phil. Dec. in con. 487. nu. 4. & ibi Carol. Mol. in ver. saluo. lit. d. Hanc veriorem & magis receptam DD. sententiam esse scribit nouissimè post alios Iac. Meno. in con. 41. nu. 32. in lib. 1. consi. Meminit quoq; huius conclusionis Ludol. Schrad. in con. 40. nu. 4. 40. 61. & 66. in 1. tom. con. diuersor. Doct. Germa. Francof. anno 1568. impresso. vbi ipse meliùs & copiosiùs quàm alij illam conclusionem explicat.

CONCLVSIO LXXXIIII.

76 PROTESTATIO si facta fuerit, ab ea non receditur in actib. à sola vnius voluntate pendentib. propter actum contrariũ protestationi in continenti factum, secùs si ex interuallo fiat. Ita concludit Bart. in l. qui in aliena. §. fin. nu. 5. ff. de acq. hær. argum. l. per retentionẽ. C. de vsur. Et fatetur Ias. in d. §. fi. post nu. 8. eam esse magis communem opinionem Doct. licèt ipse huic sententiæ refragetur, ibid. nu. 8. vers. sed aduerte. & idẽ in l. non solùm. §. morte. post nu. 13. vers. tenendo istam opinionem, dicit, quoq; Bartoli sententiã communiter approbari. ff. de noui oper. nun. Meminit nouissimè Ioh. Hier. Card. Alb. in suis lucubrat. in Bart. in d. l. per retentionem. C. de vsuris.

CONCLVSIO LXXXV.

77 PROXENETA vel mediator à testimonio submouetur, nisi vtraq; parte volente deponat. §. quoniam. & ibi gl. in verb. legum. & Ang. de Peru. in Auth. de testib. gl. in verb. super criminib. in c. delictorũ. vbi Abb. nu. 3. & Felin. nu. 2. annotãtunt. ext. de testibus cogend. Alex. de Imol. in cons. 128. num. 1. in 2. lib. con. Hippol. de Mars. in suis singula. singul. 533. Stephan. Auffrer. in tracta. de reprob. test. in verb. media. num. 67. in 5. vol. tractat. Et hanc communem opinionem Docto. esse inquiunt Alex. de Imol. in cons. 13. num. 14. & Lancillotus Conrad. in suo prætor. & curia. breuia. tit. personas testium aggrediendo. in verb. proxeneta. nu. 62. Licèt multi alij contrariam sententiam defenderint, quos adducit Alex. in d. cons. 128. & Lancill. in d. verb. proxeneta. & nouissimè Carol. Mol. in ad[illegible]. suis marginalib. ad cons. Alex. in d. cons. 13. in verb. dilectorum. adducens textum in c. 1. de test: b. & attesta. lib. 6. à Doct. malè intellectũ esse, & de iure Ciuili. d. §. quoniam. nõ requiri consensum vtriusque partis, ad hoc vt proxeneta volens admittatur in testem, sed solùm vt inuitus compellatur, ergo volens ab alterutro produci potest.

CONCLVSIO LXXXVI.

78 PVBERTATI proximus in masculo dicitur, qui est ætatis annorum 10. cum dimidio, & in fœmina quæ excedit nouem annos cum dimidio. gl. in verb. infantiæ proximus. §. pupillus. Instit. de inutil. stipula. & glo. in verb. pupillum. l. pupillum. ff. de regul. iur. Bartol. in l. 1. num. 5. ff. de nouat. Petrus Philip. Corne. in con. 240. num. 13. in 1. vol. cons. Et hanc glos. communiter obseruari inquit Augel. Arerin,

in d.§.pupillus.numer.3. Et communem conclusionem esse dicit Ias. in l. properandum.§. & si quidem.num.2.C.de iud. Et horum sententiam sequitur Roland.à Valle, in cons.57.num.25.in t. Tom.cons. Quint. Mandos.in tract.de ætate minor. cap.4.nu.35. Licèt alij contrariam sententiam amplexi fuerint, quos refert Ioan. Franc.Fara Sardiensis in tracta.de essent. infan.cap.7.nu.6.& cap.11.vbi ipse reprobata communi opinione Doct. nouam considerationem huius doctrinæ recésset.

CONCLVSIO LXXXVII.

79 PVBERTATI proximus doliq; capax non solùm ex delicto, verùm etiam ex iuramento obligatur.l.pupillum.ff. de reg. iur. l. impuberem.ff.de furt. l. impuberē. ad l.Cornel.de fals. Doct. in Auth. sacramenta. C.si aduersus venditionem.& in c.cùm contingat.ext. de iureiur. pulchrè Petr.Phil.Corn.in cons.240.num.5.cum seq.in 1.vol.& Phil.Dec.in consil.682. incip. In causa dominæ Lucretiæ. num.16. 17.& 18. Et hanc communem Doct.sententiam esse referunt Phil.Dec.in d.l.pupillum.nu.4.& Cagnol.num.10.Matth. de Afflict. in decis.322.num.5. Licèt hanc sententiam Carol. Molin. reprobare videatur in verb. iuramento. in d.l.pupillum. Videas quoque quæ scribit Quintil. Mandos.in suis addit. ad allegat. Lapi, allegat.24.in verb. an minor.lit.a.& in tractatu, de ætate minor.ca.4.nu.44. versic. duodecimus.

CONCLVSIO LXXXVIII.

80 PVPILLVS in causis ciuilib. regulariter agere, sed in criminalib. accusare non potest.gloss. in verb.alieno.l.2.C. qui accusa. non possunt.& ibid. Bald.nume. 15. vers. sed an potest accusare.Salycet.num. 2.vers. quæro an pupillus. Vnde si iniuriam suam aut suorum non prosequeretur, etiam cum curatore non posset in iudicio stare,& processus esset nullus. Bald.in Rub.num.3.& 5.eodem,allegans l.2.vers. pupillis ex consilio. ff. de accusa. Et hanc communem opinionem Doct. esse scribit Sebast. Vantius, in suo egregio tract. de nullita. process. ac sentent.c.de nullit. ex defectu inhabilitatis.num.35. & 36.vbi ipse hanc regulam & doctrinam eruditè explicat. Quam anteà Bartol.in d.l.2.d. §. pupillis. adhibitis distinctionib. explicauerat.

CONCLVSIO LXXXIX.

81 PVPILLO vel infante decedente hæreditate non adita, licèt eius hæres posset restitui aduersus aditionem omissam ex clausula generali, si qua iusta causa esse videbitur,&c. eùm in articulo mortis læsus fuerit, per l.Pantonius.ff.de acqu. hæred. illud tamen procedit si tutori nulla possit imputari negligētia, aliàs beneficium d. restitutionis cessabit, cùm non subsit æquitas, cuius ratione restitutio datur. l.1. ff. de in integr. restit. cumq; plenè hæredi minoris contra eius tutorem aliàs consuli possit.Paul.de Cast. in l.fin.C.si aduers. vendit. pignor. Et hanc receptam Doct. sentētiam esse ex multis authoritatibus, vlteriori adiecta probatione probat Rol. à Valle, in cons.10.nu.18. cum sequentib. in 2.Tom.consil.Franc. Burs.in cons. 61. num.5.

CONCLVSIO XC.

82 PVPILLVS nec etiam lucrosam hæreditatē adire potest sine tutore, ne vllum damnum habeat.§.neq;.Instit. de autor. tuto.l.obligari.§. pupillus. ff.de auto. & consen.tuto. Et hæc sententia communiter est approbata, referēte Aldobran. post alios, in d.§.neq; tamen.num.24. Vbi ipse egregiè hanc quæstionem explicat, licèt alij contrariam sententiam amplexi fuerint. Bart.Soc. in cons.8. num.3.in 4.vol. cons. Phil.Dec.in cons.331.num.3.versic. Secundò principaliter respondetur.

R.

CONCLVSIO XCI.

1 RATIFICATIO tacita rebus & factis introducta, valet. Exempli gratia: Si quispiam partem diuisionis interpositæ super hæreditate per multos annos habuisset & possedisset, ex ea fructus percepisset, legasset atq; alia plura tacitam ratificationem inferentia fecisset, non posset huic ratificationi contrauenire, iuxta glos. communiter approbatam

tam, in l. 1. C. si maior factus ratum habuerit. l. si maior. cum glos. in verb. si maior. C. communi diuid. Aug. Bero. in suis quæst. famil. quæst. 43. num. 4. Ego verò in hac materia sequi soleo Alexandri consilia, cons. 92. lib. 2. & cons. 25. nu. 16. lib. 5. cons. & doctrinas ab Ioh. Franc. Balb. congestas, in tract. de præscriptio. in 3. prin. in 10. quæst. nu. 39. vers. quintò præmissa faciunt ad notabilem & vtilem quæstionē, quæ quotidie contingit, quid si fratres vel socij steterunt diu separati. Quorum dicta hîc non repeto. Dixi quoque de hac doctrina in verb. maioribus etiam per fraudem.

CONCLVSIO XCII.

2 REDVCTIO ad arbitrium boni viri debet secundum magis communem sententiam Doct. examinari & diffiniri coram ordinario rei. Bart. in l. societatem. §. arbitrorum. numero 19. versic. contrariū puto. ff. pro socio. Ioan. Petr. de Ferrar. in sua practic. in forma libelli, quo agitur ad pœnam ex compromisso. in verb. nec reductio. Calderin. in consil. 5. numero secundo, de arbitris. Ioan. de Imol. in cap. quintauallis. num. 54. versic. circa quartum. Panorm. numer. 39. vers. sed dubitatur. extr. de iureiur. Licèt autem alij contrariam sententiam sequantur, Ludonic. Roman. In cons. 265. & Matth. de Afflict. in decis. sacri concil. Neapol. in decis. 51. per multas aliorum Doct. authoritates & rationes ibi allegatas: Tamen priorem sententiam veram & communem conclusionem esse inquit Alexan. de Imol. in cons. 131. numero primo, in libro secundo consiliorum. Meminit & huius sententiæ Roland. à Valle, in consil. 76. numer. 33. in primo tomo consiliorum. Probat & hanc Carol. Molin. in suis annotationibus marginalibus, ad consil. Alex. in verb. ordinarium. in d. consil. 131. Et secundum hanc sententiam in Camera Imperial. iudicatum esse annotat Mynsing. in obserua. iudic. Imper. Camer. in secunda Centur. obserua. 61. vbi ipse & plures aliorum Doct. authoritates allegat. De qua multa disputat in vtramque partem Didac. Couat. in lib. 2. variar. resolut. capit. 12. incip. Anà iudice, qui vt bonus vir arbitratur, liceat appellare.

XCIII. & XCIIII. infrà in Secund. part.

CONCLVSIO XCV.

5 REI mobilis ratione quis sortitur fōrum, Azo, Iacob. de Burrio, & Bald. in l. 1. C. vbi in rem actio. Et hanc communem opinionem Doct. esse scribit consulendo Petr. de Anchor. in consil. 140. numer. 4. versic. ex quo sequitur.

CONCLVSIO XCVI.

6 REMEDIVM cap. Redintegranda, datur etiam contra possidentem, cum titul. glos. in c. cùm ad sedem. in verb. interdictum. & ibi Panorm. nume. 26. Innoc. in c. sæpè. num. 1. & 2. & Panor. num. 15. extr. de restitut. spoliat. Alex. de Imol. in l. rem quæ. num. 8. ff. de acquir. possess. Alexan. in cons. 51. num. 1. versic. quinimò tenuit Anton. & in consil. 200. num. 8. in 2. libr. & cons. 6. num. 5. & 17. lib. 3. & in consi. 91. num. 6. vbi ipse inquit hanc communiorem Docto. sententiam esse. Et in consil. 92. nu. 8. in 5. lib. cons. Ias. in d. l. rem quæ. nume. 19. addens hanc communem opinionem esse. Idem dicit Dec. in cons. 57. num. 5. Robert. Maran. in tractat. de ord. ind. in 7. distinct. iud. parte 4. numer. 50. Ioan. Baptista Plot. in l. si quando. §. tei t. num. 46. C. vnde vi. & nouissimè Roland. à Valle, in cons. 50. nume. 11. & in cons. 52. num. 7. in 2. tom. cons. & ibi ab illo multę authoritates Docto. adducuntur. Sed alij multi Docto. etiam nonnulli ex allegatis voluerunt, non dari prædictū remedium contra possidentem cum titulo. Bart. in d. l. rem quæ. Alex. de Imol. in consil. 118. num. 1. & 7. in 2. lib. & in consil. 89. num. 7. in libr. 5. cons. Et hanc sententiam veriorem esse inquit Carol. Molin. in d. cons. 6. in verb. titulo. & idem in d. consil. 91. in verb. titulo. Bartholom. Soc. in cons. 266. nume. 15. versic. secundò eadem conclusio. in 2. volum. cons. Ias. in consil. 21. nu. 1. in 3. volum. consil. Anto. Rubæ. in l. naturaliter. §. nihil commune. numer. 70. cum sequentib. ff. de acquirend. possess. & in consil. 4. Socin. Iun. in consil. 47. numero 25. & in consil. 48. numer. 12. Quibus locis ipsi testantur, hanc veriorem & communem Doctor. opinionem esse, quā nouissimè defendit & sequitur cum pluribus adductis authoritatibus Iacob. Menochius, in Commenta. suis recuperandæ possessionis, in decimoquinto remedio,

medio.num.89.versic.contrariam itaq; sententiam.

CONCLVSIO XCVII.

7 REMEDIVM Canonis redintegranda, competit etiam laicis pro rebus prophanis. Alex.de Imol.in cons.51. num.1.lib.1. & in cons.6.num.4.& ibi Carol.Molin.in verb.prophanis.in 3.libr.consil. Et hanc communem sententiam esse scribit Dec. in cons.252. nu.1. Licèt multi alij contrariam sententiam defendant, quos refert Menochius in d.15.remedio.nu.16.vers. contrariam sententiam.Sed priorē communiorem esse cum multis adductis authoritatibus inquit Roland.à Valle,in d. cons.50.nu.3. Ita quoq; ante illum Henning.Göden,in con.105.in ord.cons.1.de interdict.restitutorijs.num.9.affirmauerat. Item in cons.13.in ord. nu.10. Multas authoritates refert Roland. in consil.50. nu.3.in 2.tomo cons.

XCVIII. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO XCIX.

9 RENVNCIATIO continens dolum reipsa, ratione enormissimæ læsionis, iuramento non firmatur, secundum communiorem sententiam. Licèt alij contrariam communē esse voluerint, vti quoq; dictum est in verb. læsus enormissimè. Phil.Dec.in cons.45.num.1.& 2.& in consil.180. in fin.& in cons.379. numer.15.& nouissimè pulchrè Ioan. Cephal.in cons. 34.num.40.in lib.1.cons.

CONCLVSIO C.

10 RENVNCIATIO facta per filiam de hæreditate patris cum iuramento, si ea parente viuente decesserit, non nocet nepotibus. Barto.in l.qui superstitis.num.3.ff. de acquiren.hæred.Bald.in l.pactum dotali.num.2. C.de collat.& ibid. Alex.nu. 7.vers. extra gloss.& Dec.num.18. testantur, hanc sententiam communem esse, licèt idem Dec.in consil.181.numer.3.contrariam sententiam communem opinionem Doct.appellauerit:tamen recentiores Doct.priorem sententiam tanquam communem sequũtur,Gozadin.in cons. 75.col. penul.in fin.dicens, quòd Decius in d.cons.181.consuluerit contra communem. Aym.Crauetta, in cons.84. num.5. inquiens, quòd in practica seruaretur, quòd renunciatio non noceret. & Rol. à Vall.in con.11.nu.7.in 1.vol.con.Balth. Quinct.Aquil.in addit.ad consil. Paul.de Cast.cons.vlt.nu.3.in 3.part.cons. Et dicit Carol.Mol.in d.l.pactum.ad lect. Decij. d.nu.18.ita omnes vbique tenere, sed non esse verum, nisi essent proximiores in gradu, & huc conferendo dotem matris, si habent alios cohæredes. Sed DD. sententia communiter approbatur, quam pulchrè explicat Iohan.Crot.in l.stipulatio hoc modo.nu.54.cum seqq.ff. de verbo. oblig.in 6.vol.repetit.

FINIS SEXTAE CENTVRIAE.

COM-

COMMVNIVM CONCLVSIONVM LAVRENTII KIRCHOVII

CENTVRIA SEPTIMA.

CONCLVSIO I.

11 RENVNCIATIONES Senatuſconſulti Velleiani factæ à mulierib. efficaces nō ſunt, niſi ipſæ fuerint antè de priuilegijs ſibi competentibus certioratæ, per doctrinam Bald. in l. 2. in 4. q. C. de reſcind. vend. Dec. in conſ. 180. num. 8. in 1. par. conſ. Et renunciatio Velleiani in interceſſione mulieris non præſumitur, imò fortiùs ſi mulier renunciauerit, non præſumitur certiorata. Debet enim certiorari. l. fin. §. penult. ff. ad SC. Velleian. Et licèt nonnulli Doct. voluerint hanc etiam ſententiam procedere, ſi iuramentum interueniſſet, quia qua facilitate mulier introducitur ad intercedendum & renunciandum, eadem introducetur ad iurandum, per alia & ſimilia argumenta, quæ Doct. referunt in l. ſciendum. ff. de verb. obliga. Contraria tamen ſententia, vt propter vim iuramenti valeat renunciatio Velleiani facta à muliere etiamſi non ſit certiorata, magis communis eſt. Alex. de Imol. in d. l. ſciendum. nu. 30. cum ſeq. verſic. quod tamen. Iaſ. ibid. nu. 31. Marian. Soc. Iun. præceptor, num. 57. & 58. Pro hac ſententia communiter Doctor. allegârunt c. ex reſcripto. extr. de iureiur. & regulam illam tritam, quòd iuramentum ſemper debeat ſeruari, c. cùm contingat. c. quamuis. ext. eod. cum alijs ſimilib. ibi adductis. Alex. in con. 27. nu. 3. in lib. 1. & in conſ. 127. in 2. lib. conſ. & in priori conſ. in verb. certioratione. voluit Carol. Molin. omnes eiuſmodi ſententias de iure falſas eſſe, nec apud Gallos vnquam in vſum receptas, & ibi remittit ſe ad ſua Commentaria, ſuper conſuetudinem Pariſ. tit. 5. §. 76. Videatur quoque de hac quæſt. poſt alios Quint. Mand. in ſuis addit. ad allegat. Lapi, allegat. 24. in verb. certificatus. lit. b.

CONCLVSIO II.

12 REO in deciſorijs magis fauetur, quàm actori. l. Arrianus. ff. de act. & oblig. l. fauorabiliores. ff. de regul. iuris. Idem ergo videtur in probationib. à quibus deciſio cauſæ dependet, quia actore non probante reus abſoluitur. l. qui accuſare. C. de edend. l. lege Iunia petronia. quæ eſt 24. ff. de manumiſſ. vbi quod dicitur de ſententia, pariter habet locum in teſtib. & probationib. Nam probationes reſpiciūt deciſionem cauſæ. Bald. in l. cùm magiſtratus. num. 6. C. quando prouocare non eſt neceſſe. Alex. in l. de die. num. 1. & 2. & Iaſ. nu. 3. verſ. & in omnibus cauſis, in quibus præfertur quis in ſententia, ſimiliter præfertur in probationibus. ff. qui ſatiſd. cog. Philip. Dec. in l. non eſt nouum. numero ſecundo. verſ. id animaduertendum eſt. C. de edend. & in d. l. fauorabiliores. nu. 5. Et hanc communem Scribentium ſententiam eſſe teſtatur ibidem num. 5. Hieron. Cagnol. Licèt Iaſ. in d. l. non eſt nouum. verſ. iſta nihil valet, contrariam ſententiam tanquam communem amplectatur.

CONCLVSIO III.

13 REPRAESALIAE conceſſæ contra Piſanos vel Florentinos propter denegatam iuſticiam, non habent locum contra Piſanos vel Florentinos alibi habitantes, quādo iuſticia denegata fuit, quia repræſaliæ conceduntur propter delictum populi. Et ideo debent intelligi repræſaliæ conceſſæ contra Florētinos vel Piſanos, ſcilicet præſentes. Bartol. in l. prouinciales. & ibi Apoſtill. in verb. diſputauit. in verb. magis inſpicimus. in verb. quia repræſaliæ, multas concordantes authoritates adducit. ff. de verbor. ſignificar. Alexand. de Imol. in Rubric. numero nono. cum ſequentib. ff. ſolut. matrimon. Et hanc communem opinionem eſſe inquit Decius, poſt Alexand. in conſil. 352. numero 4.

CON-

CONCLVSIO IIII.

14 RERVM Ecclesiasticarum alienationes, quomodo fieri debeant, & quæ requirantur ad earum alienationem solennitates, passim Doct. in cap. 1. & in cap. cum Apostolica. extr. de his quæ fiunt à prælat. sine consens. capit. & præsertim ibi Ioan. de Imol. & in consil. 115. & 116. & gloss. & ibid. Dominic. de S. Geminian. in cap. 1. de rebus eccles. non alienand. & Marian. Socin. Senior, in consil. 15. & in consil. 29. in 1. volum. consil. & Barthol. Socin. in consil. 52. in 4. volum. con. Alex. de Imol. in con. 17. in 4. vol. con. & nonissimè Roland. à Valle, in cons. 15. in 1. tomo consil. tractant. Sed quæritur, cùm tractatus de forma in alienatione rei ecclesiasticæ sit, an iste tractatus pluries fieri debeat, an verò vnus sufficiat? Ad hanc quæstionem respondet dubitatiuè Speculator, inquiens: quòd iste tractatus debet pluries fieri, saltem ter, & de qualibet vice publicum debet fieri instrumentum, quod durum videtur in tit. de locat. §. sequitur. versic. & scias. lib. 4. par. 3. Verùm vnicum tractatum sufficere firmat ibidem Ioan. Andr. in verb. videtur, nisi in nigris monachis S. Benedicti, vigore constitutionum dicti ordinis, requirentium tractatus duorum dierum interpellatorum. Et hanc sententiam approbant Dominic. de S. Geminia. in d. cap. 1. ibi gloss. in verb. tractatus. Marian. Socin. Senior, in d. cons. 29. num. 19. versic. & debet. Quare vnicum tractatum sufficere communi opinione Doct. receptum est. Ioan. de Imol. in d. c. 1. num. 15. vers. an autem sufficiat vnicus tractatus. ext. de his quæ fiunt à prælat. sine consens. capit. Maria. Socin. in d. cons. 15. num. 33. & in d. consil. 29. num. 16. circ. fin. Cuius quæstionis quoq; mentionem facit Ioan. Bertachin. in tract. de episcop. in 4. par. §. de potesta. episcop. in temporal. circa res eccles. numer. 118. 38. quæst. in 2. vol. tract. Doct. & Roland. in d. con. 15. num. 10.

CONCLVSIO V.

15 RERVM ecclesiasticarũ alienationes duo copulatiuè requirunt, videlicet formam, id est, solennitatem & iustam causam alienandi. c. 1. de reb. eccles. non alienan. in 6. & in Clemen. 1. eod. tit. gloss. in verb. cedire. in c. 1. ext. de in integr. rest. & ibi Abb. num. 17. dicens, hanc gloss. Doct. tam antiquos quàm modernos communiter sequi. Andr. Barbat. in con. 14. num. 2. inquiens, hanc communem esse Doct. sententiam, in 2. vol. cons. Similiter Phil. Dec. in con. 142. nu. 4. vers. est ergo videndum. & in cons. 174. in 1. par. cons.

CONCLVSIO VI.

16 RESCRIPTVM Principis ex certa scientia emanatum saltem cum clausula, non obstãte, valet, etiamsi concernat graue præiudicium tertij, si autem modicum præiudiciũ, sufficit dicta clausula, ex certa sciẽtia. Alex. de Imol. in l. 3. §. si is pro quo. nu. 7. ff. quod quisq; iur. in alt. statu. Barr. Soc. in cons. 272. nu. 11. vers. præterea hoc ideo probatur propter clausulas appositas, in 2. vol. cons. Estq; magis communis sententia DD. referente Laur. Sylua. in cons. 50. nu. 19. vers. imò magis communis est Doct. sententia, lib. 1. cons.

CONCLVSIO VII.

17 RESCRIPTVM ad lites surreptitium non est ipso iure nullum, sed venit annullandum ope exceptionis. Paul. Paris. in cons. 124. nu. 17. in 4. part. cons. vbi ipse restatur, illam sententiam communem esse. & post eum Quint. Mando. in praxi seu theoria commissionum, in commiss. 1. vers. Præmitto etiam rescriptum. pag. 2. licèt secùs sit in rescripto obreptitio, vt tradit Nicol. de Milis in suo Repertorio, in verb. rescriptum ad lites.

CONCLVSIO VIII.

18 RESCRIPTVM dicitur subreptitium, quando exprimitur quid non verum, aut tacetur verum. Nam si veritatẽ princeps nouisset, nõ ita rescripsisset, vel non tam facilè. Estq; communis doctrina scribentium, in c. super literis. ext. de rescrip. Soc. Iun. in l. Gallus. in §. & quid si tantùm. nu. 242. vers. ad quod. ff. de lib. & posth.

CONCLVSIO IX.

19 RES prohibita alienari, non potest publicari, nec venit in generali publicatione bonorum, etiam durante vita prohibiti alienare. Et hæc est communis opinio Doct.

Doct. licèt nonnulli contrariam sententiam amplexi fuerint. Alex. de Im. in cons. 23. in lib. 1. Bartholom. Socin. in con. 121. num. 21. cum sequentib. in 4. volum. con. & Mari. Socin. Iun. in consil. 77. num. 11. in 2. par. & in consi. 49. in 3. volum. Quam communẽ dixerunt post alios Marian. Socin. Iun. in l. filiusfamiliâs. §. Diui. num. 39. & Bartho. Romul. nu. 66. ff. de legat. 1.

CONCLVSIO X.

20 RESTITVTIONEM in integrum aduersus præscriptionem longissimi temporis etiam 40. annorum, concedi ex capite ignorantiæ, ex illa clausula, Siqua mihi iusta causa esse videbitur, multi Doctores voluerũt, ad hanc decisionem allegantes Barto. in l. 1. §. si quis autem propter. ff. de itin. actuque priua. Doct. in Clemen. 1. de restitut. in integr. per text. illius Clement. vbi generaliter dicitur, quòd etiam aduersus lapsum temporis in integrum restitutio peti potest. Ludou. Roma. in consil. 166. numer. 12. Quorum sententiam communem & veriorem esse inquit Alex. de Imola, in consil. 169. numer. 15. versicul. non obstat. in secundo lib. & in consil. 116. in lib. 5. consil. appellat hāc communem conclusionem, à qua in iudicando non esset recedendum. Sed alij contrariam sententiam sequuntur, quòd ad 40. annos, quas refert Barth. Socin. in l. cum filiusfamiliâs. §. in hac. numero decimo, addens se sæpè ita consultum vidisse per doctissimos viros, vbi Apostillator in verb. sæpiùs illorum Doctor. consilia meminit. ff. de verborum obligat. Et hanc sententiam communem Docto. opinionem esse testantur Philip. Dec. in consil. 375. numer. quinto. versicul. & vlteriùs ista conclusio. in tertia part. & se refert ad consil. 29. in prima part. vbi ipse eandem sententiam latiùs tradiderat. & ibi Carol. Molinæ. in verb. concludo. Et Marian. Socin. Iun. in consil. 76. numer. 102. vers. & primò dico. addens & hanc veriorem, & quam idem in con. 174. numer. 32. in 2. par. se solitum defendere, & ita pluries contra Alex. consuluisse, in alia tamen præscriptione triginta annorum vel minori, si contra ignorantem interuenisset, omnes ferè consentire, dari posse in integrum restitutionem, refert. Et hāc sententiam ipse Alexand. sequitur in consilio 151. numero octauo & nono, vbi Carolus Molinæus in verbo, attamen. in dict. secundo libro consiliorum. De qua conclusione copiosè disputat Tiraquellus in tractat. de vtroque retract. in §. 35. gloss. 4. numero 44. versiculo, Sed communiter hæc opinio. inquiens restitutionis in integrum tempus non concurrere, ei qui probabiliter ignorat. Bald. in l. falsam. numer. 3. C. si ex fals. instrumen. Cotta in suis memorabilibus, in verbo, restitutionis in integrum. in verb. tẽpus quadriennij, & nouissimè Balthasar Quinct. in additionibus ad consil. Paul. de Castr. consil. 43. in verbo, probabilis, numer. 43. in tertia parte consil. Ita vt ab illis prior sententia interueniente probabili ignorãtia approbet. Et scribit cõsulendo Alexand. de Imol. in consil. 71. numer. 5. versicul. ipsa autem ignorantia. Talem ignorantiam probari per præsumptionem, quæ præsumitur in quocunque succedente in ius alterius. l. qui in alterius. ff. de regul. iur. Et ad cautelam poterit probari per proprium iuramentum. cap. pastoralis. in fin. extr. de exception. cum similiter authoritatibus ibi per Alexand. adductis. Et est videndus omnino Tiraquel. de vtraque sententia, de ignorantia simplici & probabili, in d. §. 35. gloss. 4. ànnmero 36. vsque ad numer. 46.

CONCLVSIO XI.

21 RESTITVTIO in integrum non admittitur, quando in contractu venditionis vel donationis esset iuramentum appositum. Authentic. sacramenta puberum. Cod. si aduers. vendition. vnde illa Authentic. etiam procedit in contractu venditionis & donationis, gloss. ibidem in verbo, contractus. Quam communiter approbatam esse inquiunt Bartholom. Socinus in consilio 279. numero primo, in secundo volumine. & consilio 53. numero 29. in quarto volumine. & Rolandus à Valle, in consilio 59. numero sexto, in primo Tomo consiliorum, vbi ipse numero quarto, post Crauet. in consilio septimo, numero 2. & in consilio centesimo quinquagesimoprimo, numero sexto, in prima parte consiliorum, egregiè tradit, minorem, quando est læsus vltra dimidium iusti precij, non posse agere restitutione in integrum, sed remedio leg. secundæ. Cod. de rescinden. vendition. agendum esse, quando solùm esset læsus in precio, secùs si in re, quia tunc agere poterit, vt ad rem restituatur.

CONCLVSIO XII.

22 RESTITVTIO in integrum concessa minoribus non tollitur per statutum, quòd sententia arbitri non deberet reduci ad arbitrium boni viri, quin minores nō possint vti læsi petere rescisionem laudi. Bald. in l. si minor. §. si minores. ff. de minorib. & in consi. 208. in 1. volum. & 187. in 2. volu. con. Pulchrè Panorm. in consi. 31. versi. statutū autem curiæ. in 2. part. con. Et hanc cōmunem opinionem appellat cum plurib. adductis authoritatib. Maria. Socin. Iun. in con. 48. num. 55. in 1. part. consi.

CONCLVSIO XIII.

23 RESTITVTIONEM in integrum petens habet intentionem suam fundatam, ex qua probauit læsionem, & minorem ætatē tempore læsionis, vnde aduersarius, qui excipit de lapsu temporis, illud probare debebit. l. si minorem. & ibi Doct. C. de in integ. restit. minor. Estque communis Doct. conclusio. Quint. Mando. in tract. de ætat. minor. quæst. 5. Explicat eruditè Mynsin. post alios in obseruatio. Camer. obseruation. 16. centur. 4.

CONCLVSIO XIIII.

24 RESTITVTIO in integrum non datur minori, quando stipulatio vel contractus incepit à defuncto, & minor succedit maiori, cum quo nihil est gestum, ibi non consideratur persona minoris, sed maioris à quo initium habuit. Barto. & alij in l. 2. C. si aduer. vend. pigno. & in l. fin. in quib. caus. restitu. in integr. non est necess. Ioan. Hannibal. in l. post contractum. numer. 146. versi. Sed aduerte, quia ex quo sumus in tempore conuentionali, &c. allegans text. l. Aemilius. ff. de minorib. ff. de donat. Quam sententiam communem opinionem Doct. esse testantur Ias. in consil. 226. in 2. volum. & Roland. à Valle, in consil. 10. numer. 14. cum sequentib. vbi ipse hanc doctrinam latiùs prosequitur adiecta declaratione & confutatione eorum argumentorum quæ in contrarium adduci possent.

CONCLVSIO XV.

25 RESTITVTIO in integrum ex capite ignorantiæ aduersus Canonem non solutum dari, secundum magis communem opinionem, pluribus allegatis authoritatib. consulendo scribit Socin. Iun. in consil. 70. nu. 23. ver. vltimò probatur. in 1. part. con.

CONCLVSIO XVI.

26 RESTITVTIO in integrum habet præfinitum à lege tempus quadriennij. l. fi. C. de restit. in integ. Idque etiam si ecclesia sit. c. 1. eodem tit. in 6. quod tempus currit à tempore veræ læsionis. Matth. de Afflict. in decis. sacri concilij Neap. decis. 175. Et hæc est cōmunis DD. opinio, vti pluribus authoritatibus adductis tradit Io. Frāc. Balb in tract. de præscript. in 5. par. prin. in 2. quæst. incip. Vtrùm Ecclesia restituatur in integrum aduersus præscriptionem, quæ tamen sententia referente eod. Balb. ibid. ex Felino non procedit, quando prælatus viuit, qui malè ordinauit rē Ecclesiæ. Sed de hac posteriori sentētia videndus est Balb. qui per aliam doctrinam illam latiùs explicat. Nec vbi enormissima læsio interuenit. Nam tūc ecclesia aut ætate minor quadriennij lapsu non refragante restituuntur. glo. in d. c. 1. de in integ. restit. in 6. Quam Doct. ibidem communiter sequuntur, vti refert Bartho. Socin. in consi. 266. numer. 24. in 2. vol. con. vbi ipse quoque prosequitur, quę dicatur læsio enormissima. Paul. Paris. in con. 12. num. 80. in 1. part. con. Meminit quoque Nicola. Anton. Granat. in suis annotatio. ad Octa. Vestr. Isagog. in Romanæ aulæ actionem & iudiciorum mores, lib. 4. cap. 4. in ver. Generaliter. nume. 35.

XVII. XVIII. XIX. XX. ij. in 2. parte.

CONCLVSIO XXI.

31 REVS actori ex causa, quando iudex ex officio eum ad edendum cogere vellet, edere instrumenta tenebitur Domini de Rota in decis. 213. incip. licèt pars actrix. in Rub. de fid. instru. in nou. Inno. & Ant. de But. in c. 1. ext. de probat. consulendo scribit Lud. Roman. in con. 398. incip. vt clarior resultet decis. nu. 4. Ale. de Imol. in l. fi. nu. 22. versi. sextodecimo fallit. C. de eden. Deci. in d. c. 1. nu. 31. Ias. in d. l. fi. nu. 3. vers. limita etiā. Hippol. de Mars. in l. de minore. §. tormenta. nu 23. ff. de quæ. Licèt Panor. & alij de hac decisione dubitent. in d. c. 1. numer. 21. vers. sed nunquid iudex ex officio suo. Francis. de Acolyt. Aretin. in d. l. fin. numer. 3. & Barthol. Socin. in l. qui accusare. numer. 5. in

fin

fin.C. de edendo. Tamen hanc communẽ Scribentium opinionem esse referunt Ioa. Francisc. Purpurat. in d.l.fin.num. 30. versi. decimotertiò fallit. & Marc. Mantua. in d. c.1. nume. 40. vers. quintò limitatur. ext, de probat.

CONCLVSIO XXII.

32 REVS actori ad fundandam replicationem eius instrumenta edere tenetur. Bartol. in l.fin.nume.2.versic. tertiò quòd reus edat. C. de eden. Quoniam sicuti actor edere tenetur reo, ad fundādam exceptionem, ita æquum est in replicatione actoris, vt idẽ faciat reus ipse, cùm replicatio nihil aliud sit, quàm quædam exceptio exceptionis. l.2. ff. de except. Doct. in c.2. extr. eodem. Licèt multi alij Docto. referente Alex. de Imol. in d.l.fin. numer.25. versic. sed Azo. contrariam sententiam approbauerint, moti potissimùm, quia replicare est eiusdem naturæ, cuius est actio. l. quæsitũ. §. fi. & ibi nota. ff. de pecul. l. si pactum. cum gloss. C. de exceptionib. Sed Bartoli sententiam communiter approbatam, eamque communem Docto. opinionem esse, annotant Philip. Dec. in d.cap. primo. numer.34. versic. septimò fallit. & numer.39. versic. & ex rationibus. Marc. Mantua. numer. 30. vbi ipse tamen Azon. sententiam sequitur. Et ante eos Bal. ibidem numer.12. versicul. Communis opinio est, quòd debeat fieri editio, quia replicatio est exceptionis exceptio, & actor in replicando est quodammodo reus.

CONCLVSIO XXIII.

33 REVS si confiteatur occidisse Paulum ad sui defensionem, confessio sua scindi potest, & acceptari quatenus dicit occidisse, repudiari verò respectu defensionis adiectæ, quia ius aduersus eam præsumit. l.1. C. ad l. Cornel. de Sicar. Bartol. in l. Aurelius. §. idẽ quæsijt. numer. 2. versic. primo casu. ff. de liberat. lega. Angel. in tractat. de malefic. in verb. comparẽt inquisiti, & partim negant. num.1. Alex. de Imo. in l. Non solum. §. sciendum. num.5. versic. Et ibi subdit. ff. de oper. nou. nunci. & idem Alex. de Imol. in l. 1. §. si quis simpliciter. numer.7. versic. Tamen quicquid Doct. disputant, Veritas est quod nihil refert, an respondens fateatur simpliciter se occidisse, an verò ad sui defensionem. ff. de verbor. obligation. Et ita communiter Doctor. concludere scribunt passim iuris Ciuilis interpretes, Philip. Corn. in consil. 94. numer. 9. versi. Potest autem diuidi confessio. in 3. volum. consil. Ias. in l. vt vim. numer. 19. ff. de iustit. & iure. Boss. in tractat. crimin. matern. titul. de confess. numer.19. Iul. Clar. in libr.5. sententia. iur. §. fin. cap.55. versicul. Fortè posset. Hippol. Riminald. in l. vt vim. numer. 228. versicul. Sed bene, ff. de iustit. & iure. & in l.1. numer. 95. versicul. Hinc dicit Bartol. ff. quod quisque iuris. Vasqui. in libr.1. de successio. progress. in præfat. numer. 25. vbi ipsi Doctor. contrariam sententiam defendentes adducit. Et refert Menoch. in lib.2. Centur.1. de arbitra. iud. quæst. & cau. casu 93. numer. 37. Bartoli sententiam communiter approbatam esse, licèt Hippol. de Marsil. in con. 136. numer.31. & 44. lib.7. & Boer. in suis decisionib. quæst.143. numer. 5. in fin. voluerint communem opinionem esse contra Bartolum.

CONCLVSIO XXIIII.

34 REVS opponendo exceptionem, puta peremptoriam, an videatur tacitè confiteri actionem intentatam, ita vt sic agentis intentio sit fundata, ne amplius probare cogatur, Docto. inter se discreparunt. Hæc autẽ est communis & vera resolutio, si reus simpliciter nondum præmissa responsione opponit talem exceptionem, tunc nullo modo tacitè cõfitetur petita, sicut nec hoc modo litis contestatio inducitur. Idem est, si reus negatiuè responderet libello, statimq; exceptionem peremptoriã subijceret, quia adhuc non est dubium, quin nihil confiteatur: Si verò reus prius expressè confiteretur actionem per aliquam affirmationem ad libellum propositum, & posteà opponeret eandem exceptionem, tunc videtur tacitè imò expressè confiteri petita, nec non agentis intentio per hoc esset fundata, Vnde isto casu nisi reus probaret suam exceptionem (Nam reus excipiendo actoris vices sustinet, scilicet quo ad probandum. l.1. ff. de except. l. in exceptionib. ff. de probat.) vtique cõdemnaretur ac executioni subijceretur, cùm isto casu intentio actoris per confessionem rei præmissam esset probata. l. exceptionem. Cod. de probat. c. cùm venerabilis. extr. de exception. Dyn. in c. exceptionem obijciens. de regul. iur. in 6. Licèt Bartol. in l. non vtique. ff. de exception. & in l. siquidem.

dem.C.eod.aliter distinxerit.Conrad.Mauserus in suo processu iur. in 2. parte, de litis contestatione, §. an autem reus opponendo, pag. 112.

CONCLVSIO XXV.

53 RETROVENDERE promittens infra certum tempus, eo elapso amplius non astringitur retrouendere. l.2. Cod. de pact. inter emptorem & venditorem. Quia illud tempus adiectum censetur causa limitandę obligationis, propterea obstabit exceptio quòd tempus elapsum fuerit.l. eum qui.§. ita.ff. de verbor.obligat. vbi Doctor.Socin. Sen.in consilio 241.numer.14.in 2. volum. consil.Hieronym.Cagnol.in d.l.2.versicu. differentia tamen est, numer.24.& 25. Hãc indubitatam iuris conclusionem appellat Roland.à Valle, in consil.10.numer.12.in 2. Tomo consil.

CONCLVSIO XXVI.

56 REVS excipiendo non videtur confiteri intentionem aduersarij, secundum magis communem & veriorem Doctor. sententiam. c. exceptionem obijciens. de reg. iuris.in 6. vbi dicitur: Exceptionem obijciens non videtur intentionem aduersarij cõfiteri.l.non vtique.ff. de exception. vbi dicitur: Non vtique æstimatur confiteri de intentione aduersarij cum quo agitur, qui exceptione vtitur. Igit acceptatio actoris non debet hoc operari, cùm virtus exceptionis hoc non dicat. Nam exceptio dicta est quasi quędam exclusio, quæ apponi actioni cuiusque rei solet, ad excludendum id, quod in intentionem condemnationémve deductum est.l.2.ff. de except. Item per text. impressum in c. cùm venerabilis. extr. de exception. vbi exceptio fuit acceptata, & tamen non inducitur confessio eius, quod de necessitate exceptio videretur excludere. Pręterea exceptio inducitur ad excludendum actorem, d.l.2. ergò non debet operari augmentum in intentionis actoris.l. legata inutiliter.ff. de adim. legat. Porrò si ille qui excipit censeretur tacitè confiteri, sequeretur quòd per exceptionis obiectum induceretur litis contestatio. Quia litis contestatio inducitur per negationem vel confessionem tacitam vel expressam. cap. cum causam. & ibi notatur per Docto. extr. de probat. & declarat. & declarat Bart. in.l.1.C. de litis contest. Sed consequens est falsum c. 2. de litis contest. in. 6. ergò & antecedens. Hinc Bald. scribit in l. per hanc. numer. 1. in fin. C. de temp. appel. quòd illud quod ponit actor, dicitur assertio, & differt ab exceptiõe rei. Quia reus excipiẽdo nihil asserit. Et idem Bald. in additio. ad Specula. in tit. de accus. in 4. col. in versicul. qui excipiendo tenet quod qui excipiendo aliquid dicit, nõ tamen vnquã intelligitur illud fateri.

Non refragatur, quòd confessio ante litem contestatam in iudicio facta non minus operetur, quàm si post litis contestatio nem facta esset: Confessio namque ad sui validitatem non requirit litis contestationem, aut telam iudicij, vt inquit Innocent. in cap. qualiter & quando. 2. extr. de accus. quem allegant & sequuntur Panormit. & reliqui Canonistæ, in c. at si clerici. de iud. & c. ex parte. extr. de confess. Quia illud dictũ Innocent. hac ratione exceptio. propositæ transferre non potest, ita illud ipsum intelligit Panormitan. in d.c. ex parte. numer. 15. versicul. ego dictum hoc intelligo. extr. de confessis. Et latiùs in d.c. cùm venerabilis numer. 26. quia cum regula, Exceptionem, & d.l. non vtique, indistinctè loquantur, ergò simpliciter sunt intelligendæ. Et sic nisi actor probaret intentionem suam, reus absolueretur. leg. siquidem. & quod ibi notatur, C. de except. ita quoque scribit cõsulendo Alex. de Imo. in cons. 159. num. 1. 2. & 3. in 6. vol. consi. Et hanc doctrinam communiter approbant scribunt Doctor. in l. decem stipulatus. ff. de verb. obligat. Quare non opus est de isto articulo, licèt plures dari possint solutiones, prout referunt Docto. in d.c. ex parte. & pręclarè Dec. in d.c. at si clerici. quando non habeat sua substantialia. ext. de iudic. vlteriùs disputare. Nam præclarè Bald. inquit, Quòd nunquam reus videatur confiteri, licèt actor velit inhærere exceptioni, cùm quia voluntas agentis nihil deponit in voluntate excipientis, quæ est perimere & negare intentionem sui aduersarij: tum quia adhæsio actoris non potest mutare naturam exceptionis. l. alia causa. C. de his, quibus vt indig. Et hanc sententiam communem Doct. opinionem esse, eamq; veram scribit Dec. in d.c. cùm venerabilis. nu. 19. ver. & ita ex omnib. supradictis.

CONCLVSIO XXVII.

37 REVS si fideiussoribus cõmittat in eo casu, quo-

ſu,quo pœna mortis imponitur, & is aufugiat, ita vt fideiuſſores illum exhibere non poſsint, hi tamen pœna mortis puniri non poſſunt.glo.in c.cum homo.in verb. Supplicium.33.quæſt.5.cùm fideiuſſores ſe non poſsint ex contractu obligare ad pœnam mortis. Bartol.in l.ſi quis. numer. 1.in fi. & ibi apoſtill. in verb. liber homo. plures authoritates allegat.ff.de cuſtodia & exhibit. reor.quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum.l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. Panorm.in rub.ext.de fideiuſſo. Hanc ſententiã communiter approbari nouiſsimè ſcribit Iul.Clar.in pract.crim.quæſti.46.verſ.Sed nunquid poterit ſe aliquis obligare. Iohan. Schnei. in §.in omnibus.nu.9.Inſt. de fideiuſ.Quam optimè declarat Iaco.Menoc.in tractat.de arbitr. Iud. quæ.libr.2. centur. 4. caſu 303. num. 16.& in caſu 304. Pœna qua plectatur fideiuſſor, ſub cuius fideiuſsione relaxatus eſt è vinculis carceratus, qui deinde fugit.

CONCLVSIO XXVIII.

38 Revs ſi negaret ſe poſſidere, quando tractaretur de ipſius incõmodo,licèt probaret eum priùs poſſediſſe,non tamen præſumeretur hodie poſsidere, adeò vt poſsit condẽnari ad reſtitutionem veræ poſſeſsionis, ſecundum glo.& Doct.In l.ſiue poſsidetis.C. de proba. & in l. non ignorabit. C. ad exhibendum.Et hanc ſententiam communem, & omnium Doct.cõcluſionem eſſe, ſcribit conſulendo Alex.de Imo.in con.137.num. 20.verſ.ſed licèt probatum.in 2.lib.con.Sed de huius doctrinæ & concluſionis veritate, & limitationib.eiuſdem videantur ea quæ annotata ſunt ab Alciat. in tractat. de præſumpt.in 2.reg.princ. præſumpt.21.

CONCLVSIO XXXIX.

39 Revs tenetur ſubminiſtrare expenſas litis actori,petenti vniuerſam hæreditatẽ, vel eius partem.l. ſi inſtituta. §. de inofficioſo. ff.de inoffi.teſtamento.l.fin. verſ. ſi aliqua alia facultas eſſe non poterit.C.de ordin.cognit.Et hanc communem Doct. ſententiam eſſe,ſcribunt Didac.in c.6.num. 6. practic. q.in Tom.1.& Ioan.Cephal.in con.127.nu. 10.in lib.1.vbi ipſe plures Doct.authoritates adducit,Licèt Boër.referat ſe non vidiſſe id ſeruari,in con.303.in 2.par.deciſ.tamen priorem ſententiam communi calculo approbatam eſſe ſatis liquet ex ſcriptis Guid.Pap. con.561.in ſuis deciſ.Gratianop. D.Andre. Alciat.præſump.9.in reg.3.in tract.de præſum.Aym. Craue.in con.164.in 1.par.con.

CONCLVSIO XXX.

40 Reis magis quàm actorib. onus probandi competit,ſi homicidium ab illis commiſſum fuerit,ipſos animum occidendi nõ habuiſſe,quia homicidia de genere prohibitorum eſſe dicuntur, Ideò iuris præſumptio eſt contra reos delinquẽtes,quòd habuerint animum occidendi, Item quia difficile eſt probare negatiuam.l.actor.C.de proba.Similiter cùm animus probandus ſit, difficilis eſt probatio,cùm animus nullius appareat, nec teſtes quicquam deponere poſsint de his quæ ab animo dependent.Bald.in l. ſi quis filio.§.eius qui.ff.de iniuſt.rupto.Ita aſſerit Cæpolla in conſi.19.nu.4.& in con.31. nu.2.in con.ſuis crim. & ita quoq; communiter magis Doct.concludere, ſcribit Bart. Romul.in l.vt vim.nu.176.ff.de iuſtit. & iure.vbi ipſe noua ratione & diſtinctione materiam illã latiùs proſequitur,tradit quoque Hartmannus Hart.in ſuis pract. obſeru.ſub tit.de accuſ.c.12.incip.homicidium quãdo commitṫa.& quando puniatur.

CONCLVSIO XXXI.

41 Rex Romanorum poteſt ante coronationem res imperij in feudum dare,& de his cõcedere inueſtiturã, imò alicui priuilegiũ largiri.Hanc communem Doct. opinionẽ eſſe per multas authoritates firmant Guid. Pap.in con.65.verſ.ad aliud dubium,nu.9. & Philip.Dec.in conſil.194.num.1. & 2. & in c.eam te.nu.2.extr.de reſcript.

CONCLVSIO XXXII.

42 Rex Romanorum vel alius poteſt alicui concedere caſtrum nomine & iure antiqui feudi poſsidendum, quod licèt ſit nouum feudum,aſſumit tamen qualitatem paterni & antiqui feudi. Et hanc communem opinionem Doct.eſſe ibid.atteſtatur Phil. Deci.num.3.in fin. De qua deciſione videantur ea,quæ dicta ſunt in verb.feudum nouũ ſi fuerit alicui datum, & in inueſtitura illa verba iure feudi paterni & antiqui adiecta eſſent, & de hac valde eleganter & copiosè, in vtramque partem multis adductis autho-

ritatibus scribit Andr. Tiraquel. in tractat. de vtroque retract. §.32. à nume.31. vsque ad numer.43.

S.

CONCLVSIO XXXIII.

1 SACERDOS cui dictum fuit ab aliquo sua peccata confirente, quòd Paulum occidere velit, neque posit se abstinere ab illo homicidio, si ipse sacerdos iam reuelauerit illud secretum, ne homicidium committatur, non peccabit. Innoc. in c. omnis vtriusque sexus. vbi valdè notabiliter hoc D. Panormi. numer.24. versicul. Sed circa vltimam partem. c. quæro, explicat, de pœnitent. & remisio. Meminit Hierony. Alba. hanc sententiam magis communem ex adducto Panorm. esse, quæ est vti sacerdos non peccet, tum quia illud delictum est committendum & non commissum, tum etiam quia ille non dicitur pœnitens, qui omninò proposuit hominem interficere, in suis lucubrationib. ad Bart. in l. vt vim. num.22. ff. de iust. & iur.

CONCLVSIO XXXIIII.

2 SACERDOS mercatorum, scholarium, stipendiariorum, Viatorum & similiũ quis propriè dicatur, variæ fuerunt Doct. sententiæ, quas referunt Anton. de Butri. nu.38. in c. omnis vtriusque sexus. & Panormit. ibid. nu.33. vers. Sed quæro quis dicatur. extr. de pœni. & remisio. Estq; magis cômunis opinio referentibus eodem Panor. d. nu.23. & And. Alciat. in prima lectur. eiusdem c. in verb. proprio sacerdoti. circ. fin. versic. Sed quid in mercatore, scholari, illum propriũ sacerdotem dici, in cuius parochia habitãt de præsenti, nec possunt commodè adire proprium sacerdorem, argumen. c. fin. extr. de Parochijs, & gloss. in clement. 1. in verb. Parochiales. de priuileg. & excesib. priuilegia.

XXXV. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO XXXVI.

4 SACRAMENTA puberum. C. si aduersus vendit. non habet locum quando minor qui iurasset enormiter esset læsus, nec remedium Auth. ratione enormis læsionis tollitur per iuramentum, Philip. Dec. in con.31. nu.2. & in cons. 86. nu.6. Et hanc communẽ opinionem appellat idem Phil. Dec. in cô. 45. in prin. & Mari. Soci. Iun. in con. 144. nu. 34. cum plurib. adductis authoritatib. in 1. part. consil.

XXXVII. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO XXXVIII.

6 SALVIANVM interdictum vtile, secundum communem Doct. sententiam, merè possessorium est Doct. in §. item Seruian. 1. Instiru. de actio. Roland. à Valle, in con. 14. num.11. & 12. in 1. Tom. con. vbi ipse plures authoritates Doct. adducit.

CONCLVSIO XXXIX.

7 SATISDATIONEM cum fideiussore si lex exegerit, necessariò debent interuenire fideiussores, aliâs enim non censetur satisdatum. l. 1. ff. qui satisda. cogan. Est enim communis opinio Doct. quòd si lex in satisdatione exigat fideiussotes, & tunc non suppleatur datis pignorib. vel facta depositione auri vel argẽti. Auth. offeratur, de litis contestat. Sin lex exigit simpliciter satisdationẽ, & tunc fideiussores non requirantur necessariò, ita tenet g'os. communiter approbata in l. prætoriæ stipulationes. vlt. ff. de prætor. stipul. l. 1. ff. qui satisda. cog. vbi ita concludunt Ale. Socin. & Ias. post alios ibi asserentes, ita communiter teneri. Syluest. Aldob. in §. 1. nu. 21. & 22. Instit. de satisda. tuto. vel curato. licèt ei communis opinio non satisfaciat.

CONCLVSIO XL.

8 SCRIPTVRAM seu instrumentum præsentans in iudicio, semper solet apponere clausulam, quòd præsentet eam in quantum pro se facit, & non aliter. Si iam talis clausula protestationis fuerit adiecta, voluit Baldus talem scripturam vel instrumentum pro vtraque parte probare, nihilque parti probanti prodesse. in c. præsentium. num.3. ext. de testib. & in l. vnica. num. 5. inquit Bald. Si vna pars litigantium in iudicio produceret acta, quantum facerent pro illa, iudicem tamen posse inhærere actis etiam quatenus faciant contra producentem, quia constat ei vt iudici. C. vt quæ desint aduoca. & ibi notabiliter Paulus de Castro, numer. 5. tradit. Si quispiam produceret instrumentum protestando, quòd produ-

produceret in his quę facerent pro illo, quòd illa protestatio ei non prodesset, quò minùs iudex posit ferre sententiam pro reo, si alis, quid in instrumento in eius fauorem contineretur. Propterea producentis protestatio, in his quæ de iure facienda sunt, manus iudicis ligare non posset. Quorum decisionem alij Doct. sequuntur, Ludo. Roman. in consi. 433. nu. 11. Iaſ. post gloſ. in l. 1. §. editiones. numer. 18. ff. de eden. & in l. certi condictio. §. si nummos. num. 39. ff. si cert. peta. & in l. non solùm. §. morte. nu. 26. ff. de oper. noui nunciat. Quam quæstionē latiùs explicat Aym. Crauetta, in tracta. de antiquit. temp. in 4. part. in §. incip. Viso de verbis enunciatiuis. num. 72. cum sequent. Et hanc communem Docto. sententiam, & in puncto Iuris veriorem esse dicit Vasquius Menchacensis in lib. 1. controuers. illustr. cap. 2. nu. 9. vers. in summa scias. Licèt enim alij Doctor. contrariam sententiam amplexi fuerint, quòd protestatio protestanti prodesset, & hanc cōmunem appellauerint, Felin. in cap. imputari. nu. 13. ext. de fid. instru. Et Ripa in c. cùm M. Ferrariensis. num. 79. ext. de constit. Decius tamen in c. cùm venerabilis. num. 22. in fin. illas opiniones ex Fulgosio conciliat, quòd prima opinio procederet, quando aduersarius non contradiceret protestationi, sed aduersario contradicente protestatio non releuaret. Et in eo casu secundo opinio admitteretur. ext. de except.

CONCLVSIO XLI.

9 SENTENTIA lata pro absente non citato, etiam in fauorem eius pronunciata, nullius est momenti. Estq; communis D D. conclusio referente Iaſ. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. nu. 48. ver. 19. fallit, quod non solum in definitiua, verùm etiam in interlocutoria, si modò parti pręiudicialis sit, procedit. Iaſ. ibid. nu. 23. ff. de offic. procon. & lega. quæ tamen conclusio non habet locū, quando partes in ipsius sententiæ prolatione adessent, tunc etenim ipsis inuitis alia absq; citatione proferri sententia potest. Et hæc est omnium scribentium conclusio. Anto. Capyc. in decisionib. sacri regij concilij Neapolita. in decisio. 1. num. 37. & Anton. Grauat. in suis analyticis annotatio. ad Octa. Vestrij Isagogen in Romanę aulę actionem & iudiciorū mores, lib. 5. c. 1. in ver. nempè addicendū.

CONCLVSIO XLII.

10 SENTENTIA super competentia, qua Iudex se incompetentem pronunciat, est interlocutoria, quam ipse reuocare non potest, cùm per eam finiatur officium illius, & cesset esse Iudex. Bart. in l. quod iussit. nu. 9. ver. sed certè ego puto. ff. de re iudi. allegās tex. in l. dicere. ff. de arbit. Lanfran. in c. quoniā. c. 10. de interlocutorijs & appellationib. nu. 28. ver. Primò si per talem interlocutoriā. ext. de probatio. D D. & nouißimè Dec. in c. cum cessante. num. 14. vers. Secundò regula fallit. ext. de appellat. Et Bartoli sententiam omnes sequi testatur Iaſ. in d. l. quod iussit. num. 25. Quam tamen conclusionem D D. in iudice delegato procedere tradunt, secùs in ordinario, quia Iudex ordinarius, qui pronunciauit, se non esse Iudicem, potest hanc interlocutoriam reuocare. c. significantibus. & ibi D D. ext. de offic. delegat. Felin. in c. qualiter & quando. 1. numer. 9. vers. Fallit secundò prædicta regula. ext. de accusatio. Iaſ. in d. l. quod iussit. numer. 26. Zas. nu. 17. in 9. fallentia. Dec. in c. peruenit. 2. extr. de appellatio. Licèt alij contrariam sententiam secuti fuerint. Ludouic. Roman. in suis singula. sing. 130. si iudex pronunciat se iudicem competentem. & ibi apostill. plures authoritates post Iaſ. & Felin. adducit. Meminit & huius conclusionis Nicol. Anto. Grauat. in Octau. Vestrij in Romanæ aulæ actionem & iudiciorū mores introductione, lib. 3. cap. 10. nu. 6. & Anton. Corset. in suis singula. in verb. Sententia. numer. 3. nec non Bern. Diaz in regulis fallentia. reg. 354. inter locutoria, per quam Iurisdictio iudicis est finita. Alia tamen ratio est, quando Iudex se competentem pronunciauit, eo enim casu interlocutoriam reuocare potest, Ioan. Per. de Ferra. in sua practica, in forma sententiæ interlocutoriæ. in verb. Nos Bernardinus. numer. 6. Iaſ. in l. 2. numer. 38. ff. si quis in ius vocat. non ierit. & Iohan. Francisc. de Ripa in dict. l. quod iussit. numer. 20.

CONCLVSIO XLIII.

11 SENTENTIA si dicat, Condemno, si est probatum, aliàs absoluo: valet, si verò nō dicat, aliàs absoluo secùs. Quia exponitur si pro quatenus. l. Stichū qui meus erit in prin. & ibi Bart. nu. 3. ff. de legat. 1. nam sequeretur si pro parte esset probatum, pro parte non, in parte tantùm esset condemnatoria, & in alia parte nihil esset iudicatum, quo casu nō valeret sentētia. l. in hoc iudicio. ff. Famil. hercis. Et hanc sententiam communiter approbari scribit Iaſ. post Angel. in §. curare. nu. 39. versicul. quærit successiuè Angelus, multos

Doctor. allegans. Repetit Balth. Quinct. in suis additio. ad cons. Paul. de Cast. consil. 33. in verb. seu constabit. numer. 36. in 3. part. consil.

CONCLVSIO XLIIII.

12 SENTENTIA vel decretum sine causæ cognitione latum, est ipso iure nullum, vti plurib. argumentis explicat D. Felin. in c. Ecclesia S. Mariæ. num. 13. vers. sed in contrarium, quòd talis sententia, cum nu. seqq. ext. de constitu. vbi & ipse limitationes nonnullas adiungit. Estque communis opinio Quintil. Mandos. in additio. ad allegat. Lapi, allegat. 17. in verb. causæ cognitione. lit. a. Quæ autem requirantur ad causæ cognitionem, & quid sine causæ cognitione factum dicatur, pulchrè refert Socin. Sen. in cons. 30. numer. 25. & 26. in 1. volum. consil.

CONCLVSIO XLV.

13 SENTENTIA diffinitiua lata ex falsa causa, valet mero iure, licèt sit iniusta. l. 1. §. item cùm contra sacras constitutiones. ff. quæ senten. sine appel. rescindan. l. cùm putarem. ff. familiæ hercis. Doctor. in l. si prætor. §. Marcell. ff. de iud. & in l. Diuus. ff. de re iud. Barthol. Socin. in l. qui agnitis. ff. de except. & in l. iustè possidet. num. 6. ff. de acquir. possess. propterea restitutionis remedium quoad retractationem necessarium est. d. l. Diuus. & ibi Doct. ff. de re iud. quam sententiam communem esse ibi Doctor. testantur. & Syluester Aldobrandin. in §. si quis autem. numer. 8. & 13. cum seq. Instit. de excusat. tutor. vel curato. quamuis ipse putet per d. l. qui agnitis. defendi posse in sententia non opus esse restitutione, cùm cognita rei veritate non detur rei iudicatæ exceptio, quæ daretur ante restitutionem, si mero iure valeret. Adde l. 1. & 2. C. si ex falsis instru. Præterea cùm ideò subsistat rei iudicatæ authoritas, quia lex præsumit ei veritatem inesse. l. ingenuum. ff. de statu hom. l. res iudicata. ff. de reg. iur. detecta autem veritate rei & falsitate instrumentorum iam eneruatum sit fundamentum dict. præsumptionis, cùm nihil magis repugnet veritati quàm falsitas, quæ est veri immutatio, sequitur quod sententia ipsa vitiatur ex vitio intrinseco, quod inest ipsi sententiæ, ideò non est necessaria restitutio, quæ solet reparare ea quæ accidunt rei & sententiæ, non quæ insunt, vt patet in l. 1. ff. de in integr. restit. & hoc est de mente gloss. in l. si fideiussor. §. in omnib. in verbo, cessat. in fin. ff. mandati, & per alia nonnulla, quæ & similia argumenta ante illum Ias. in repet. l. admonendi. numer. 10. & Ioan. Corras. ibid. in §. incipien. Species facti. numer. 22. ff. de iureiurand. & Zas. noster in d. l. Diuus Adrian. numer. 6. 7. 8. & 9. & d. l. qui agnitis. numer. 6. cum seq. Item idem Zas. in lib. 1. singul. respon. cap. 13. inci. Sententias transactionesúe ex falsis instrumentis datas, sine in integrum restitutione retractari, adduxerunt: tamen sententia communis à plerisque Doct. plurib. optimis & bonis argumentis defenditur. glos. in verbo, denegandam. in d. l. si prætor. §. Marcellus. & ibi Docto. in d. l. admonendi, & in d. l. Diuus. & ibi maximè Ias. numer. 17. & in d. l. qui agnitis. Abb. in c. cùm venerabilis. numer. 41. Deci. numer. 31. & 32. ext. de except. quorũ argumenta ibi quilibet per se videre poterit. Quintil. Mandos. in additio. ad allegat. Lapi, allegat. 2. in verb. nulla.

CONCLVSIO XLVI.

14 SENTENTIA postquàm transiuit in rem iudicatam, præsumitur pro rectitudine processus, siue lata sit de recenti siue non, siue in præsentem, siue in absentem contumacem verum vel fictum. Ita referunt per multas authoritates Iohan. de Imol. in c. in præsentia. num. 34. 35. & 36. ext. de renunc. & in c. cùm in iure. num. 30. & 31. ext. de offic. de lega. & Alexand. de Imol. in l. sciendum. nu. 21. ff. de verb. obligat. & Alexand. de Imol. in consil. 22. in lib. 2. con. volentes hanc sententiam communiter receptam esse, nõ obstante eo quòd Bartol. contrariam veriorem esse voluerit in Authen. si quis in aliquo. numer. 13. C. de edend. idem Bartol. in l. 1. numer. 5. C. de relat. cuius communem doctrinam esse scribit Francis. Curt. in d. Authen. si quis in aliquo. numer. 13. vers. ex his infert etiam. & idem Curt. in addit. suis ad lectu. Alexan. in d. l. sciendum. liter. i. sed Imolæ & Alex. sententiam sequuntur alij Doctor. Felin. in c. quoniam contra. numer. 31. versic. quarta conclusio. ext. de probat. vbi ipse multas authoritates aliorum Doctor. adducit, additq; hanc sententiam communiter receptam esse, Panorm. in con. 73. numer. 2. in lib. 1. con. Ludouic. Roman. in consil. 334. numer. 7. & 8. Alexand. de Imola, in consil. 123. lib. 2. quorum sententias Angel. Aretin. conciliare vo-

liare voluit in §. fin. numer. 9. Instit. de fideiussor.

CONCLVSIO XLVII.

15 SENTENTIA quando lata est ab obseruatione Iudicij, etsi interlocutoria sit. gl. in l. harum actionum, in verb. absoluetur, & ibi additio marginalis. ff. si seruit. vindic. Lanfranc. in c. quoniam. cap. 10. de interlocutoria, & appellationibus. numer. 28. vers. Secundò fallit. ext. de probatio. Robert. Marant. in tracta. de ordi. Iud. part. 6. de sententijs. numer. 33. vers. Septimò quæro, quid de absolutoria ab obseruatione iudicij. Felin. in c. qualiter & quando. 1. numer. 9. ext. de accusat. tamen reuocari non potest, quia vim definitiuæ habet. Estque hæc sententia communis referentibus Didac. Couarru. lib. 1. variarum resolutionum, capit. 1. numer. 8. & Nicolao Anton. Grauat. ad tractatum Octauia. Vestr. in Romanæ aulæ actionem & iudiciorum mores introductionem, lib. 3. capit. 10. numer. 6. Sed de hac conclusione videantur Bald. Ias. & alij Doctores, in l. properandum. §. & si quidē. C. de iudic. & Francis. de Aret. in consil. 20. consil. 106. & consil. 119. & apost. ad lectur. Felini in d. c. qualiter & quando. 1. in verb. ab obseruatione iudicij. & Iohann. Pet. de Ferrar. in sua pract. in forma sententiæ interlocutoriæ, in verb. Nos Bernardinus Vicarius. numer. 15. vers. vltimò quæritur, quid de sententiis lata ab obseruatione iudicij.

CONCLVSIO XLVIII.

16 SENTENTIA quando est nulla, quia est defectus in sententia, seu in concernentib. sententiam ipsam, & non in reliquis substantialib. ipsius processus, tunc iudex appellationis illam reformare potest. Alexand. de Imol. in consi. 53. numer. 1. in lib. 5. consi. Dec. in Rubr. ext. de appellat. numer. 12. versic. secundò Abbas hic concludit. Aym. Crauett. in consil. 140. numer. 8. in 1. part. con. Quam opinionem communem esse inquit Roland. à Valle, in cons. 41. num. 40. in 1. Tom. consil.

CONCLVSIO XLIX.

17 SENTENTIA super legitimo statu facit ius quoad omnes. Bald. in l. ingenuum. numer. 6. ff. de statu hom. Ioan. Faber in §. præiudiciales. numer. 17. cum seq. Instit. de act. Doct. in c. causam. 2. ext. qui filij sint legitimi. Et hanc sententiam communem esse refert Zas. in l. sæpè. numer. 65. ff. de re iud. Et quomodo hoc intelligatur in allegatis locis Doct. satis copiosè declararunt.

L. LI. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO LII.

20 SEQVESTRVM tollitur per satisdationem. l. Senatusconsulto. in fin. ff. de offic. præf. l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisda. cogant. Hanc cōmunem opinionem appellāt Balb. in suis decisio. decisio. 219. & Quintil. Mandos. in suo tracta. de monitorijs, quæst. 10. nu. 33. plurib. adductis DD. authoritatibus. Sed cùm Viuius de hac quæstione mentionem fecerit in verb. sequestrum, plura non addo. Plenè eam tractant D. Felin. in c. examinata. num. 10. cum seq. ext. de iudic. & Ias. in d. l. si fideiussor. §. fin.

CONCLVSIO LIII.

21 SIGNI notarij omissionem non vitiare instrumentum, nec de substantia esse, nisi consuetudine fuerit hoc introductum, multi Doct. tradiderunt, Zarabell. Card. in con. 133. numer. 4. vers. tertiò obijcitur. Petr. Phil. Corne. in cons. 226. nu. 3. vers. His tamen minimè refragantib. in 3. vol. & in consi. 70. nu. 2. & in con. 118. nu. 3. vers. volunt enim Doct. quòd signū notarij sit de solennitate instrumenti, in 4. vol. con. Dec. in Rub. nu. 13. ver. nonò signum notarij requiritur. ext. de fid. instr. vbi ipse multas authoritates allegat. Et hanc Doct. sententiam cōmunem esse scribunt, Alex. de Im. in Rub. nu. 14. ver. Roma. & Ioan. de Imol. ff. de noui oper. nunciat. & Roland. à Valle, in cons. 44. nu. 40. vers. non obstat. in 1. Tom. cons.

CONCLVSIO LIIII.

22 SOCIVS criminis in criminibus etiam exceptis, non concurrente alia præsumptione, non facit indicium sufficiens ad torturam. Salycet. in l. fin. nume. 10. circa fi. C. de accusa. allegans glo. in verb. conscientia. exigentem, præsumptionem aliquam præcedere oportere, priusquam vlteriùs procedi possit. Et ita Alexand. de Imol. consulendo scribit in consil. 89. numer. 10. in 3. lib. & in consil. 128. num. 5. in 4. lib. con. Licèt ipse in con. 69. nume. 7. lib. 2. contrariam sententiam sequatur: tamen in plurib. locis priorem sententiam approbauit, in con. 125. num. 14. in 6. vol. con. Horū sentētias & alij DD. approbarunt,

runt, Petr. Philip. Corne. in consil. 58. in fin. in 1. volum. Phil. Dec. in consil. 189. numer. 10. versic. secundò etiam respondetur. Hip-pol. de Mars. in consil. 15. nume. 5. consil. 22. numer. 21. consil. 28. numer. 17. consil. 74. numer. 8. consil. 109. numer. 16. consil. 130. numer. 41. & in suis singul. singu. 209. in l. 1. §. Diuus Antoninus. numer. 5. ff. de quæst. & in sua pract. crimin. in §. diligenter. numer. 60. vbi plures Doctor. authoritates ab ipso adducuntur. & Crauet. in consil. 178. numer. 3. in 1. part. consil. Hanc sententiam magis communiter approbatam esse scribunt, Boër. in suis Decis. quæst. 319. numer. 3. & 4. Roland. à Valle, in cons. 16. numer. 17. & in consil. 73. numer. 20. in 1. Tom. & Iul. Clar. in sua pract. crim. quæst. 21. vers. sed quid in criminib. exceptis. Sed quid an dictum socij criminis sufficeret ad inquirendum, id est, (vt verba Iulij Clari retineam) ad assumendum alias informationes contra eum, qui ab ipso nominatur? Et non dubium est, sufficere ad fundandam inquisitionem. Quam sententiam communiter approbari, referente Augustino Ariminensi in addit. suis ad tractat. Ang. Aretin. de malefic. in §. quod fama publica præcedente, versi. Quæro an particeps criminis dicatur testis idoneus. numer. 31. pag. 45. lib. mei. Scribit Ludouic. Roman. in l. etsi certus. ff. ad Sylle. Et hanc conclusionem intelligendam esse voluit in allegata quæst. 21. Clarus, vt procederet, siue talis delinquens illum socium nominauerit ad interrogationem iudicis, ipsum in genere interrogantis, an in maleficio committendo aliquis alius interuenerit, siue etiam illum sponte sua nominauerit, dum contra se examinaretur, puta quia postquàm confessus est, se Titium occidisse, iudex iubeat illum narrare, quomodo occiderit, & ipse dicat quod tali die ipse & Petrus tali & tali modo illum occiderunt. Nam vtroque casu talis nominatio aperit viam iudici ad inquirendum & assumendum alias informationes contra Petrum nominatum, etiamsi prius contra ipsum nihil aliud esset in processu. Neq; putat Clarus faciendam esse aliquam differentiam, an simus in criminibus exceptis, vel non. Nam etiam in criminibus non exceptis credit, quòd faciat indicium ad inquirendum. Et ita loquendo etiam in criminib. non exceptis, dicit tenere communiter Doctor. Blanc. in tract. de indi. ad l. fin. ff. de quæst. numer. 387. Sed Carol. Ruinus in con. 147. numer. 1. & 5. sententiam contrariam, quod socius criminis in culpando vel accusando socios eiusdem criminis, nullum faciat indicium, nisi in casibus exceptis, siue sponte deposuerit, siue à iudice interrogatus fuerit, cùm non debuerit interrogari, approbat & tanquam magis communem amplectitur, cuius sententiam & Roland. à Valle, in consil. 63. numer. 2. in 1. Tom. sequitur. Cæterùm Clarus existimauit contrariam opinionem magis communiter approbari, eo enim casu dictum socij istius non esse tanquam dictum testis, sed tanquam denunciatoris vel notificantis, qui tantummodò aperit viam iudici ad inquirendum, & Ruini sententiam procedere in casu suo, scil. ad formandam inquisitionem. Nam alia ratio est, secundum illum, inter fundandam vel inchoandam inquisitionem (in quo casu Ruini dictum non intelligeretur) & inter formandam & transmittendam inquisitionem, seu libellū criminalem contra socium nominatum, ita vt teneretur personaliter comparere & defensiones suas facere. Propterea in casibus non exceptis, non esse sufficiens indicium ad formandam inquisitionem, in alijs verò exceptis esse sufficiens. Et hanc esse communem Doctor. sententiam, nec Roland. clarè explicare, an simpliciter ad inquirendum, an autem ad transmittendam inquisitionem dictum socij eiusdem criminis sufficeret. Hæc eruditè Clarus. Ego verò cùm hæc quotidiana sint, iuxta mentem ipsius I C. Pauli in l. legaui. ff. de liber. lega. quædam ex Doctor. solummodò repetam. Philip. Dec. vbique in cons. quæ postea allegabo, in ea est sententia: quòd si reus fuerit interrogatus in illis casibus, in quibus de iure interrogari non potest, quòd non faciat præsumptionem, vt inquiri possit, allegat ipse 24. cons. Petr. de Anchor. vbi ille loquitur in eo qui erat inquisitus, quòd testes induxisset ad falsum deponendum, nam si tales testes dixerint, se falsum deposuisse precibus illius inquisiti, non probabunt in eius præiudicium. Deinde cons. Fulgos. 173. vbi similiter ipse voluit non esse credendum testib. asserentibus se falsum deposuisse precibus & consilij inquisiti de tali falsitate, per regulam volentem socium criminis non debere interrogari. dict. l. fin. C. de accusa. & l. quoniam liberi. C. de testib. additque ille, quòd iste casus non sit de casib. exceptis, in quib. dicta regula non procederet. Postea consil. Fulgos. 106. vbi ipse in causa falsitatis inquit, quod assertio socij criminis etiam

non

non faciat indicium ad inquisitionem formandam, & per alias authoritates, quas adducit Philip. Dec. in consil. 189. numer. 9. & in consil. 234. & ibi concludit, quod etiam plures, qui secundum eorum dictum, essent socij criminis, nihil probent, nec ex eorum dicto præiudicium aliquod inferatur illi, cōtra quem deposuerunt, vbi & ipse Ioan. Ana. in cons. 59. allegat, volentem socium criminis non admitti tanquam accusatorem, neque vt denunciatorem, neq; vt testem, quia nihil probat. Quorum consilia repetit & illorum sententiam approbat Hieron. Alban. in consil. 5. numer. 45. vers. Nam considerandum est. Huius decisionis mentionem quoque facit Thobi. Noni. in §. legatarijs, post numer. 13. versic. Ampliatur, Institu. de testamentis. Adeò hoc apud Deci. receptum est, vt in omnibus suis consilijs, in quib. hæc quæstio tractatur, defendat eam sententiam tanquam magis communiter approbatam, quòd si reus fuerit interrogatus in illis casibus, in quibus de iure interrogari non debebat, quòd non faciat præsumptionem, vt inquiratur. Huius sententiam sequitur Hippo. de Mars. in d. §. diligenter. numer. 67. & in consil. 78. numer. 17. Hinc Ruin. & Roland. videntur illam sententiam tanquam communiorem rectiùs sequi, quòd in casib. non exceptis nullum faciat confessio socij criminis indicium ad inquirendum, neq; ad procedendum, siue sponte deposuerit, siue à iudice rogatus fuerit, cùm non debuerit interrogari, non distinguendo inter illa capita, quod ibi differentia esse debeat, inter fundandam vel inchoandam inquisitionem, & inter formandam & transmittendam inquisitionem, cùm Dec. post alios expresse illis verbis (ad inquisitionem fundandam) vsus fuerit, & nullam vbiq; distinctionem addiderit. Quamuis ego nemini detrahere velim, ita tamen & alios indifferenter loqui reperio. Lud. de Gozad. inquit, socium criminis non facere indicium contra socium eiusdem criminis, vt propter dictum socij criminis inquisitio formari possit. in cons. 2. nu. 21. vbi ipse cons. anteà adducta Fulgos. & Decij adducit. Ita quoq; loquitur Thom. Grammat. eorundem DD. consil. allegans in cons. 35. nu. 20. Similiter etiam recentiores consulentes loquuntur Petr. Calæphatus in cons. 93. nume. 5. & 6. in 2. vol. con. crimi. Et Ioan. Baptist. de Plotis in cons. 131. nu. 3. in 1. Tom. cons. ad causas criminales recens editorum, vbi ipse inquit, hanc cōmunem opinionem esse, post recitationem cons. anteà allegatorum, Fulgo. Decij & aliorum. Cùm igitur ipsi Doct. vbiq; sine distinctione locuti fuerint, putarem hanc sententiam generalem communem admitti oportere sine distinctione, & Rolandum, quemadmodum nec Ruin. nec alij anteà distinxerunt, non oportuisse distinguere, de qua distinctione mentionem facit Clar. in d. quæst. 21. ver. referenta. & versic. si verò quæris, & Ruinum & Rolan. benè locutos esse.

CONCLVSIO LV.

23 SOCIVS criminis, si sit periurus, non facit indicium, non solùm ad torturam, verùm etiam ad inquisitionem, propterea quòd in eo deficiat fundamentum testis, videlicet fides ipsa. capit. testimonium. capi. sicut nobis. ext. de testibus. quia quamuis alius criminosus emendatus de crimine, fit idoneus testis, tamen secùs est in periuro emendato, ex quo semel deierauit, quod ad hoc credendum est, eum iterum deieraturum. glos. in verb. adulterij. in cap. per tuas. ext. de simon. & Panorm. ibi numer. 12. inquit, sub generali dispositione, qua habilitatur testis criminosus, non habilitari periurum. Vnde Alciat. in tract. de præsumpt. in 2 regul. princip. præsumpt. 10. numer. 3. post alios ibi ab eo adductos dicit, quòd licèt in casibus aliquibus socius criminis faciat indicium ad inquisitionem formandam, tamen hoc non admitti In periuris: Per multas, & alias rationes & authoritates scribunt consulendo excellentissimi recentiores iuris interpretes Aym. Crauett. in consil. 6. numer. 16 in 1. part. Roland. à Valle, in consil. 73. numer. 6. cum seq. in 1. Tom. & Ioan. Cepha. in consil. 204. numer. 29. cum seq. in lib. 2. consil. Ex quorum dictis & allegatis hanc sententiam communiter approbari satis liquet. Et addunt Doctor. hoc adeò verum esse, vt etiam locum habeat, si dictus criminosus deposuisset in tortura, quia ratione periurij omninò inhabilis redditur. Dec. in dict. consil. 189. numer. 11. versic. nec obstat quod infamia. Nam licèt in causa Ciuili periurium purgetur per torturam, & stetur dicto testis in tortura, secùs tamen est in causa criminali. Roland. in consil. 16. numer. 11. & 12. in 1. Tomo. Imò assertionem socij criminis periuri etiam in casibus exceptis non facere iudicium ad inquirendum voluit Ruin. in consil. 7. vol. 5. Et hanc indubitatam iuris conclu-

conclusionem appellat Roland. à Valle, in d.cons. 73. numer. 18. quam Roland. quoque in d.cons. 16. nume. 13. antè posuerat. Quod quidem intelligit Clarus, vt procedat, quò ad transmittendam inquisitionem, sed ad assumendas informationes certè sufficeret, secundum eum in dict. quæst. 21. versic. scias tamen. Ipse tamen nullam authoritatem aliorum allegauit.

CONCLVSIO LVI.

24 SOCIVS criminis quando admitteretur contra socium eiusdem criminis, intelligitur in socio non infamato de alijs delictis. Angel. in l. qui iudicio. ff. de accusa. vbi ipse dicit, quòd si ex forma statuti deberet credi accusatori damni dati, vel alterius criminis, quod tamen ei non crederetur, si ipse accusator esset infamis infamia facti. Referunt hoc dictum & sequuntur Hippol. de Mars. in cons. 74. numer. 23. & Thom. Grammat. in cons. 38. numer. 9. & in consil. 61. numer. 3. & in voto 34. numer. 19. Nicolaus Boër. in Decis. 319. numer. 3. vers. & sic est singularis limitatio. Et hanc communem Docto. sententiam esse satis apparet ex ijs, quæ consulendo scribunt Roland. à Valle, in d. consil. 16. num. 20. cum seq. & in d. consil. 73. nume. 24. & Hippol. Riminald. in consil. 105. num. 10. in 1. volum. cons. crim.

CONCLVSIO LVII.

25 SOCIETATIS expressæ & tacitæ, nulla est differentia data paritate terminorum. Licèt nonnulli voluerint, inter societatem expressam & tacitam differentiam esse, quia in expressa veniunt omnia vndecunq; quæsita, & in tacita solùm quæ proueniunt ex quæstu. l. coire societatem, cum l. seq. ff. pro socio. l. si fratres parentum, secundum veterem impressionem. l. cum duobus. §. socium vniuersa. & ibi gl. in verb. socium omnium, allegans l. 3. §. primum. ff. eod. Alexand. de Imol. in cons. 76. numer. 8. & in subscript. 3. numer. 18. in 4. volum. cons. tamen sententia communior referente Dec. est in contrarium, quia ita tacita sicut expressa in omnibus bonis contrahi potest societas, cùm solo consensu contrahatur. l. consensu. ff. de act. & obligat. cumque taciti & expresi par sit virtus. l. cum quid. ff. si cert. peta. Bartol. in l. si patruus. numer. 10. C. communia vtriusq; iudicij. Dec. in Rubr. numer. 17. cum seq. C. qui test. face. poss. & in consil. 68. numer. 1. & in consil. 548. numer. 5. cum. seq. quorum sententiam quoque referunt Roland. à Valle, in consil. 91. numer. 28. in 1. Tom. & Crauet. in consil. 26. numer. 5. in 1. part. con. Sed Carol. Molin. approbat d. gloss. in §. socium vniuersa. in verb. socium omnium, & aliorum sententiam in suis addit. marginal. ad consil. Alexand. in verb. expressè. in d. cons. 76. & idem Molin. in addit. ad consil. Decij in verb. tacitè. in consil. 66. vbi ipse plures aliorum Doct. authoritates adducit.

CONCLVSIO LVIII.

26 SOCIETAS omnium bonorum tacita, secundum communem sententiam, complectitur omnia vndecunque quæsita. Vnde vbi appareret quòd essent socij omnium bonorum, eadem per omnia dicenda essent in fratribus, quæ dicerentur in socijs extraneis. Quia inter eos omnia prospera & aduersa communia sunt. Ita scribit Bald. in leg. si patruus. numer. 11. C. communia vtriusque iudicij. Quare quando sunt socij omnium bonorum, si filiæ essent elocandæ, de communibus bonis impensæ fierent. Et hanc communem Doctor. sententiam esse post multas adductas authoritates inquit Philip. Deci. in consil. 66. numer. 4. versic. & ita ex prædictis omnibus apparet. & in consil. 68. num. 2. versic. & ex prædictis videtur. Licèt autem Specul. in tit. de iud. §. sequitur. numer. 7. 8. & 11. vers. quid si vnus ex fratrib. contrariam sententiam amplectatur: tamen huius sententiam in casu præsenti adiecta declaratione Bald. in d. l. si patruus. numer. 11. & Deci. in d. cons. 66. nume. 3. in fin. non admittunt. Sed Iason Specul. & aliorum plurium Doct. quorum authoritates ipse adducit in Auth. quod locum. numer. 6. sententiam sequitur, & illam magis communem esse arbitratur. C. de collat. De qua decisione multa scribit Roland. à Valle, sequens sententiam Baldi & Decij tanquam communiorem in d. con. 91. numer. 30. & 31. cum seq. in 1. Tom. cons. Non obstante eo quòd societas omnium bonorum nunquam intelligetur esse contracta, nisi specialiter expressè hoc actum sit, respondet Ias. veritatem esse in contrarium, cùm societas vniuersalis possit etiam tacitè contrahi, secundum communem & veram Doctor. conclusionem in consil. 3. versic. tenendo istã opinionem. in 3. vol. cons. Cæterùm de ea sententia dotationis filiarum, an ea inter

ea inter socios omnium bonorum de communi fieri posit, multi dubitarunt,& Ioan. Petr.de Ferrar.inquit in sua practic.in form. libell. in causa societatis. in verb. vndecunque quæsita. numer. 3. si aliter ex socijs haberet filiam nubilem, an poterit ipsam dotare de rebus communibus? Dic quòd non, nisi super hoc pactum intercesserit speciale, etiamsi sint socij omnium bonorum. l. si socius pro filio. ff. pro socio. Barthol. Socin. in consil.291.numer.3. versicul. Primò quod socius. vbi ipse hanc sententiam communem esse scribit in 2. volum. consil. Eleganter & eruditè Carol. Moliu. in suis addit. ad consil. Alexand. de Imol.in con.154.in verb. ergò,in lib. 2. consil.

CONCLVSIO LIX.

27 SOLVTIO licèt esset facta nomine hæredis ab ipsis agentibus, videntur tamen soluisse de proprijs suis pecunijs. Bartol. in l. cùm proponas, C. pro socio. vbi ipse inquit: si quis emeret aliquid pro se & nomine fratris, & solueret precium, quamuis nomine fratris sit facta emptio: precium tamen solutum videtur de propria pecunia soluentis, ita vt à fratre posit petere partem pecuniæ, si velit habere partem in re empta. Quia in dubio videtur quis soluere de proprijs pecunijs. Bartol. in l. si patruus. circ. fin. C. communia vtriusque iudicij. Ludouic. Roman. in consil. 3. Alexand. de Imol. in consil. 78. numer. 4. & ibi Carol. Molin. in verb. propria. in 2. lib. Et ita magis communiter Doctò. concludere inquit idem Alexan. in cons. 234. numer. 7. in 4. lib. consil. Et hanc sententiam vbique Philip. Deci. approbat in consil. 11. numer. 10. & ibi Carol. Molin. in verb. dubio. & in consil. 238. numer. 5. & in consil. 348. numer. 3. & ibi Carol. Molin. in verb. proprijs.

CONCLVSIO LX.

28 SOLVENS indebitum in certo loco, potest illud repetere in quocunque loco, & sic in loco, in quo soluit, si aduersarius ibi inueniatur. l. is qui certo. & ibi Doctor. ff. de eo quod certo loco. Et licèt Guilhelm. de Cun. ibi voluerit, quòd in loco, vbi quis recipit indebitum, non posit conueniri, inquiens, quòd in loco distractus non sortitur quis forum, etsi sortiatur in foro contractus: tamen communis opinio est in contrarium, quòd etiam in loco distractus sortiatur quis forum, quamuis inde oriatur obligatio præter intentionem partium. leg. omnem. ff. de iudic. vbi omnis obligatio, quantùm ad sortiendum forum, habetur pro contractu, vt ibi quis sortiatur forum, vbi contra eum oritur obligatio. Roland. à Valle, in consil. 26. numer. 34. in 2. Tom.

CONCLVSIO LXI.

29 SOROR, si renunciauerit hæreditati paternæ & maternæ, non excluditur ab hæreditate fratris. Quam quæstionem Doctor. passim explicarunt, & tanquam communem receperunt. Angel. de Vbald. in consil. 52. incip. Dominus Ziglius. Paul. de Cast. in leg. Paulus. aliàs per procuratorem, 89. §. Idem respondit. numer. 2. ff. de acquir. hæred. Petr. Philip. Corne. in consil. 305. incip. In hac consulatione. numer. 4. versicul. His tamen minimè refragantibus. in 4. volum. consil. D. Alexander de Imola, in leg. 1. §. veteres. numer. 8. ff. de acquir. possess. in consil. 198. numer. 9. versicul. Hoc deciditur. in lib. 6. consil. Benedict. Capra, in consi. 12. numer. 4. vbi ipse notabiliter loquitur, non obstantibus quibuscunque quietationibus etiam extante statuto. Idem Capra, in consil. 73. numer. 4. Philip. Deci. in leg. hæreditas. versic. & retenta. numer. 6. & in l. quoties duplici iure. versicul. & vlteriùs. numer. 6. ff. de regul. iur. & in l. fin. numer. 17. versicul. vnde filia. C. vnde liberi. in consi. 31. numer. 5. & in consil. 419. numer. 9. & 10. Hinric. Bouerius in suis singular. singular. in verb. Renunciatio. numer. 22. in 1. Tomo singul. Doctor. Hieronym. Cagnol. in l. fin. numer. 165. C. de pact. & in dict. l. hæreditas. numer. 4. & in dict. leg. quoties. numer. 5. Roland. à Valle, in consil. 95. numer. 44. versi. Secundò respondetur, in 1. Tomo. consil. Et hanc doctrinam adeò generalem esse tradunt, vt etiam soror admitteretur ad fratris hæreditatem, etiamsi iuramentum interuenisset in tali renunciatione. Ludoui. Roman. in consil. 168. incip. Circa primum quo quæritur. in princip. Ias. in dict. §. veteres. vers. Item adde pro ista parte. ff. de acquir. possess. Mantua in cons. 231. nume. 19. versic. & facit huc. in 2. Tom. con. Nouissimè Ioan. Schneid. in §. sequens diuisio. numer. 28. Instit. de interdict. Quare soror quæ renunciauit hæreditati paternæ & maternæ, nō potest ratione alicuius transactionis renunciando dictis hæredita-

tib. à fratre relictis excludi, cùm renunciationes sint strictè intelligendæ. l. quicquid adstringendæ. ff. de verb. obligat. Deci. in consi. 452. numer. 21. Octauian. Cacheran. in Decisio. S. Sena. Pedemon. Decis. 112. nume. 5. nisi fecisset testamentum. l. fratris vel sororis. l. fratres vel sorores. C. de inoffic. Testament. In eo enim casu Testamenti ratio habebitur. Angel. in dict. consil. 52. versicu. sed in Themate nostro. numer. 2. nisi turpes personæ scriptæ fuerint hæredes. §. soror autem. Institut. de inoffic. Testament. & ita sæpè consulendo scribit Hieronym. Schurff, vir magni iudicij, in consi. 77. numer. 6. & in consil. 96. in prima Centuria, & in consil. 14. numer. 8. in secunda Centuria, & in consil. 37. numer. 11. in tertia Centuria consil. Et fratri non dabitur remedium. dict. l. fratris, quando ipse est fœnerator vel periurus, vel alio infamiæ vitio laborat. l. in arenam. vbi Doctor. & Ias. in d. l. fratres. C. de inoffic. testament. Quia iniquum est, tolerare aliquem alteri infamiam obijcientem, cùm & ipse infamis sit, iuxta illud, Nil Iudæus Iudæo, nil Catilina Cethego. Hieron. Grat. in respon. 6. numer. 30. lib. 2. responso. August. Bero. in con. 28. in fi. in 3. vol. cō. Quę autem personæ turpes vel infames dicantur, meminit remisiuè Ias. in d. l. fratres, numer. 10. ver. tertiò quæro. & nouissimè Anto. Gomez. in commentarijs variarum resolutionum iuris Ciuilis, Tom. 1. c. 11. de successione contra testamentum, nume. 38. vers. pro declaratione tamen prędictorum, necessarium est videre, quæ dicatur turpis persona. Et licèt frater vel soror non possit querelare testamentum fratris vel sororis, nisi turpi persona instituta: tamē si frater vel soror instituat adulterum vel similem, poterit frater vel soror querelare testamentum, Roland. à Valle, post alios ab eo citatos in consi. 74. numer. 37. in 1. Tomo consil. Er frater vel soror intentare poterit querelam inofficiosi, rescindendo testamentum fratris vel sororis non solùm vsque ad legitimam, sed etiam in totum, vt Doctor. cummuniter voluerunt in d. l. fratres. & maximè Bald. numer. 8. versic. Tertiò quæritur. Et fuit ea doctrina originalis VVilhelm. de Cunen, quem omnes ibidem referunt. & Paul. de Castr. in dict. l. fratris. numer. 4. versicul. Tertiò quæritur. Salyc. & Ias. numer. 8. in dict. l. fratres. Et ratio est odium turpitudinis hæredis instituti, propter quod querelans totam hæreditatem obtinere debet, etiamsi talis persona esset, cui aliàs solùm legitima daretur. leg. Panthonius. ff. si à parentibus quis fuerit manumissus. Vnde multi voluerunt, etiamsi fratri integra legitima relicta esset in testamento, tamen adhuc illi competere querelam ad obtinendum residuum, quorum opinioni licèt non nulli reclamauerint, tamen facilè defendi potest, cùm nihil de hoc in iure cautum reperiatur, Sed textus in dict. leg. fratris, simpliciter, & indistinctè ac generaliter loquatur, quòd consanguinei contra testamentum fratris sui vel sororis de inofficioso quæstionem mouere possunt, si scripti hæredes infamia vel turpitudinis vel leuis notæ macula aspergantur. Ergò ita simpliciter & indistinctè est intelligendum, vt siue eis fuerit relicta legitima siue non, tamen possint aduersus testamentum querela agere, argumento leg. 1. ff. de legat. præstan. Multò magis itaque idem dicendum erit, si non integra legitima, sed solùm certum quid esset relictum, vt non ad supplementum legitimæ, sed ad recisionem totius testamenti agere possit. Salycet. & Paulus de Castro, in dict. locis. Nouissimè consulendo meminit Anton. Bero. in consilio vigesimo, numero trigesimotertio, in primo volumine consil. Et hanc præcedentem sententiam communem esse dicit Philippus Decius, in consil. 530. numero decimotertio, versicul. Quintò quæritur, an sorori sufficiat, quòd illi legitima detur. Contra quam & iudicatum esse in concilio Neapolitano, Matth. de Afflict. in suis decisio. decisio. 204. & alios multos Doctores contrarium tenuisse deprehendo. Hieronym. Cagnol. in leg. prima, post nume. vndecimum, versicul. Imò quando. ff. de inoffic. testa. Paris. Cardinal. in cons. 64. nu. 26. in 3. part. Bertrand. in con. 372. numero tertio, in prima part. & Socin. Iunior, in consil. 87. numer. 11. & 12. in 4. volumin. consil. vbi ipse voluit, hanc sententiam magis communem esse. numer. 13. & idem Bero. in con. pręceden. 19. num. 18. eiusdem voluminis primi illam notabilem quæstionem commemorat, an querela inofficiosi aduersus fratris testamentum legatarijs præiudicet, & respondet, ex hoc præiudicium legatarijs inferri non debere, quia querela huiusmodi fuerit introducta in odium turpis personæ institutæ. d. l. fratres. d. l. fratris. Ergo de instituto non debet extendi illud odium ad legatarios. Nam odia non sunt amplianda, sed restringenda. l. cum quidam. ff. de lib. & post. Bald. in dict. l. fratres. numer. 8. ver-

8. ver-

8. versicul. Sed nunquid rescisse testamento. Et hanc opinionem fatetur æquiorem esse Salycetus ibidem, licèt in puncto iuris & eius rigore contrariam sententiam afferat veriorem esse, & ideo æquiorem in iudicando sententiam sequi debet iudex l. leges. C. de legib. Item an clausula codicillaris in testamento à fratre vel sorore querela inofficiosi impugnata propter turpem personam in ea institutam aliquid operetur, tradit idem Bero. in consil. 20. numer. 35. in eodem volum. 1. inquiens, quòd soror, quæ testamentum fratris tanquam inofficiosum impugnauit, nullo modo teneatur restituere hæreditatem scripto hæredi propter clausulam codicillarem, quæ licèt in alijs effectum suum habeat. Doctor. in Anthent. ex causa. C. de lib. præter. tamen ea nullius momenti & effectus est in testamento fratris, in quo turpis persona esset hæres instituta. Dec. in consi. 561. per pulchra fundamenta, post numer. 2. versi. His tamen non obstantibus. Licèt Socin. Iunior contrariam sententiam in d. l. con. 87. nume. 16. defendat. & ante illum Cagnol. in dict. leg. 1. post numer. 13. addatque Socin. eam opinionem magis communem esse.

CONCLVSIO LXII.

30 SPOLIATVS ante omnia est restituendus. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi pub. vbi etiam hoc procedit, si spoliatus possideret iniustè. l. colonus. l. cum fundus. ff. de vi & vi arma. quæ sententia adeò vera est, vt procedat, si spoliatio à iudice causæ cognitione non præcedente facta esset, nec pro iudice extraiudicialiter procedente, præsumeretur. cap. conquerente. extr. de restitut. spolia. Socin. Senior, in consil. 12. numer. 10. & 11. in 1. volum. con. pulchrè & copiosè Hieron. Schurff, in con. 58. con. 73. num. 9. & 10. in 2. Centur. & in con. 6. & con. 84. in 3. Cent. consi. Et hanc sententiam prout Docto. omnes concludunt in eo quoque casu procedere scribit Roland. à Valle, si iudex procederet seruato iuris ordine, si tamen non esset iudex competens, spoliato etiam competere remedium possessorium, in consil. 6. nume. 28. vbi ipse num. 36. addit, Satis esse probare de possessione anteriori spoliati, absque eo quòd aliter probaretur de possessione tempore spolij in secundo Tomo cons. Quam communem Ioan. de Imol. esse dicit in c. cùm Ecclesia Sutrina. ext. de caus. possess. & proprieta. Et licèt contra hanc communem opinionem quædam argumenta adducat Francisc. de Ripa ibidem versic. Quid tenendum videtur, quòd communis non procedat. numer. 34. cum seq. tamen nume. 37. in fine, ipse inquit non esse tutum in iudicando recedere à communi.

CONCLVSIO LXIII.

31 SPOLIATVS si absens fuerit, potest quilibet pro eo comparere, sine mandato, & agere pro spoliatione. Felin. in c. cum olim. num. 3. versic. Et ad vnum aduerte. extr. de testib. secundum doctrinam l. 1. C. Si per vim vel alio modo, cõmuniter approbatam. Meminit quoque nouissimè Hiero. Alba. in lucubrationibus ad Bart. in l. si quis ad se fundum. numer. 5. C. ad leg. Iul. de vi publi. & in d. c. cum olim. Felin. recenset etiam, an hoc locum habeat in Ecclesia spoliata. Et prædictus Hiero. Alb. in l. præsens. numer. 4. ff. de procurato. & in l. Iulianus. §. eum quoque. num. 3. ff. quibus ex causis maiores.

CONCLVSIO LXIIII.

32 SPOLIATVS regulariter ante omnia à spoliatore vel cuius nomine & procuratione sua possessione priuatus siue spoliatus fuerit, restituendus est, adeò vt spoliato non obstet exceptio dominij, etiamsi reus spoliator offerat se in continenti probare de dominio suo. l. si quis ad se fundum. & ibi Bart. C. ad leg. Iul. de vi publi. & in l. si maritus. C. de donatio. inter vir. & vxor. & in l. 1. in 3. notab. C. si per vim vel alio modo. c. 1. c. in literis. ext. de restitu. spoliat. Nicol. Boër. multos citans in suis decisio. quæst. 238. Hipp. de Marsil. in suis singula. sing. 11. & sing. 189. DD. in l. naturaliter. §. nihil commune. Vbi Zas. noster num. 45. ff. de acqui. vel amitt. possess. Et in possessorio recuperandæ possessionis non habet locum l. dolo facit. ff. de doli mali & met. excep. & c. dolo facit. ibi Dyn. & alij, de reg. Iur. in 6. vbi petenti rem, quam restituturus est, obstat exceptio doli. Nam dicta regula non habet locum in possessore recuperandæ possessionis. capit. fin. extr. de ordin. cognitio. vbi dicitur, quòd conuentus super spolio siue possessorio recuperandæ ante restitutionem non sit audiendus, nisi super quæstione spoliationis, si eum reconueniat, cùm restitutionis petitio in hoc priuilegiata noscatur, vt ipsam intentans non co-

gātur ante restitutionem spoliatoribus respondere. Et allegatum capitulum adducit quoque Bartol. in dict. l. si quis ad se fundum. post nnmer. 3. versicul. Pro cuius euidentia, vbi voluit, quòd quando Spoliatus agit petendo restitutionem, tunc causa restitutionis ante omnia sit tractanda, subiungens in tantum, vt super nulla alia re à suo spoliatore possit conueniri, nisi super illa spoliatione. Meminit nouissimè Iacobum Heinrichman. in consil. 38. numer. 26. versicul. Finaliter. in Tomo tertio consil. Et quòd prædicta regula, dolo petit, non habeat locum in possessore recuperandæ propter priuilegium huiusmodi iudicij possessorij recuperandæ, in odium scilicet spoliatoris, tributum spoliatò, communis est Doctor. opinio, vt communiter Doctor. in dict. capit. in literis, in capit. ex conquestione. ext. de restitutio. spoliato. tradiderunt. Scribit vbique consulendo Hieronym. Schurff, in consil. 58. in princip. & in consil. 73. numero decimo, versicul. Item, quintò & vltimò præmittendum est, in secunda Centuria consil. Nicola. Boër. multos adducens in suis additionib. ad lectu. Dyni, in dict. capit. dolo facit. liter. a. versicul. Adde an in possessorijs habeat locum regula, dolo facit. gloss. in leg. si de vi. in verbo, Si de vi, & ibi marginalis additio. ff. de iudic. Iacob. Menoch. in commentarijs recuperandæ possessionis, in primo remedio. numer. 210. Sunt autem aliqui casus, in quibus admittitur exceptio dominij contra agentem possessorio recuperandæ, quos recenset Paul. de Castr. in repetione dict. l. si de vi. numero decimoquinto, versicul. Hoc autem fallit in quibusdam casibus. Et regulam illam, Spoliatus ante omnia restitui debet, suis ampliationibus & limitationibus explicarunt Doctor. in dict. l. naturaliter. §. nihil commune. præsertim Berengarius Ferdinandus. numer. 44. cum sequentibus. Anton. Corset. in suo tractat. fallentia. ad regul. Spoliatus ante omnia, in decimoquarto volum. tactat. & Ioan. Bertachi. in verbo, Spoliatus debet restitui ante omnia.

CONCLVSIO LXV.

88 SPONSVS si contraxerit sponsalia per verba de præsenti cum Catharina, & acceperit ab ea ratione dotis mille, si decedat ante matrimonij consummationem, voluit Bartolus maritum statuto ita disponente, dotem vel aliquam partem lucrari, etiamsi ille eum ea non habitauerit, si modò per verba de præsenti matrimonium contractum fuerit, in l. nihil. ff. de actio. rerum amota. allegans ad hanc decisionem argumentum illius textus, & leg. cùm hic status. §. si maritus. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. res quæ. C. de donat. inter vir. & vxor. & Bartol. sententiam Bald. in leg. Deo nob. numero sexto, versicul. sed iuxta hoc pone quòd matrimonium est contractum per verba de præsenti. Paul. de Castro, numero septimo, versicul. vltimò determinat. C. de Episcop. & Cleric. & idem Paul. de Castro, in cons. 124. incip. Super primo quæsito. licèt D. Bartolus de Salycet. secundum antiquam impressionem. Quia ante copulam & traductionem etiam dicitur propriè dos & matrimonium. leg. denique. & leg. ideoque. ff. de ritu nupt. & l. nuptias. ff. de regul. iur. Quam communem appellant Petr. Philip. Corne. in leg. non fine. versicul. sed primum videtur verius & commune. non procul à fine. C. de bon. quæ libe. & consulendo eam sequitur ipse Corne. in consil. 84. incip. Licèt eleganter & diffusè, in tertio volum. consil. & Bald. Nouell. in tractat. de dote. 6. part. in priuil. 37. circ. fin. versicul. & hinc est. Et Socin. Iunior, hanc Bartoli sententiam communiorem esse quoque refert in Rubric. numer. 43. in addit. adiecta distinctione, quæ sequitur in versicul. & tunc, numero quadragesimoquarto. ff. solut. matrimon. allegans inter cæteros Iason. in consil. 135. numero secundo, versicul. Sed præmissis non obstantibus. vbi ipse tamen, præsertim in casu mulieris traductæ ad maritum, quæ longo tempore apud eum vixisset, licèt ab eo non fuisset cognita, in primo volumine consil. loquitur. & Iohann. Campetzij tractatum de dote, in parte de statutis loquentibus de dote, quæstion. 14. vbi ipse numero quinto, circ. fin. quæstio. inquit: In decidendo licèt opinio sit verior & de subtilitate, tamen prima opinio gloss. Bartol. & Bald. obseruaretur in practic. maximè si maritus ante mortem vxoris incœperat sustinere onera matrimonij, in faciendo vestes & iocalia. in sexto volumine tractat. Doctor. Matth. de Afflict. in Decis. Neapolitan. Decisio. sexagesimaprima. numero quarto, versic. sed contrarium. Et Stephan. Bertrand. in consil. 229. in part. priore. 2. volu. & Tiraq. in l. si vnquam. in verb. donatione largitis. nu. 223. C. de reuoc. an. donat. Contrariam tamen sententiam latè defendit

fendit Salycet. per decem argumenta, in l. cum te. C. de donat. ante nupt. quorum duo refert Ripa, in d. Rubr. nume. 68. ff. solut. matrimo. Et hanc communem opinionem esse inquiunt Bartho, Socin. in l. cùm fuerit. nume. 5. ff. de condi. & demonst. & Philip. Dec. in consil. 67. numer. 2. vers. non obstat, quod notat Bartol. in l. Nihil, quia communis opinio est in contrarium. in 1. part. consil. quam anteà copiosè defenderunt Panorm. nume. 5. & Felin. numer. 1. 2. 3. & 4. in capit. tertio loco. extr. de præsumpt. Panorm. in Rubr. numer. 4. Felin. numer. 3. extr. de sponsalib. vbi ipsi multas authoritates allegarunt. Prçtereà ibi sunt quoque egregiæ additiones Panorm. in capit. ex publico. numer. 7. extr. de conuersa. coniuga. & in consil. 1. in 1. part. & in consil. 79. in 2. part. consil. quare sustentabilior & magis communis opinio Doctor. est, inquit Felin. Sponsum non lucrari dotem, si matrimonium nō fuerit consummatum, licèt Doctor. variè locuti fuerint, Hippol. de Mars. in suis singul. sing. 106. alij enim distinguunt, an sponsa ad domum deducta fuerit necne? Item, an statutum de materia fauorabili vel odiosa loquatur. Felin. in d. c. tertio loco. eleganter & egregiè Hieronym. Schurff. in consil. 9. in tertia Centuria, eam materiam prosequitur.

CONCLVSIO LXVI.

34 STATVTVM vrbis alicuius, quo disponitur, quòd mater non succedat liberis ab intestato, locum nō habet, secundum nonnullorum sententiam in pupillo vel impubere decedente. Alij contrà voluerunt, quòd locum habeat, vti referunt Alex. de Imol. nu. 3. Dec. nu. 4. cum seqq. in l. generaliter. C. de instit. & substit. post Bart. in l. 1. & ibi apostil-lat. in verb. propriè intestatus. ff. de suis & legit. Paul. de Cast. in l. in testamento. nu. 6. ff. de testa. mil. & in d. l. generaliter. Ang. Aret. Inst. de hæred. quæ ab intest. def. in princi. & Lud. Rom. in cons. 4. & 32. in qua conclusione DD. mirificè variarunt, vt nonnulli hanc, nonnulli aliam asseruerint cōmunem. Sed cùm eam inutramq; partem pluribus adductis auctoritatib. cum longiore adiecta declaratione & vlteriori distinctione quorundam casuum explicauerint duo insignes Moderni, Carol. Molin. in suis additio. ad consil. Alexand. in consil. 115. in verb. Ab intestato. post Alexand. ibidem lib. 2. consil. & Horat. Mandos. in suis additio. ad consil. Ludo. Roma. in d. consil. 4. verb. sententiam. nolo illorum dicta & adductas authoritates hîc repetere, sed eò studiosos remitto. Meminerunt etiam huius conclusionis Lud. de Gozad. in con. 35. & Nicol. Euerh. in locis argumentorum legalium, loco ab opinione vulgi, nu. 4. versic. Hinc etiam dicit multùm notabiliter Card. in con. III. incip. Factum sic se habet. in vlt. q. quod licèt dicatur decedere intestatus propriè ille qui potest testari & non est testatus, vt habetur in d. l. 1. & ibi Bart. ff. de suis & legiti. tamen etiam in statutis venit intestabilis, vt impubes, furiosus, & similes propter communem vsum loquendi. Et idem vult Paul. de Castr. in con. 287. inci. Præsupposito quodam statuto Castri de Monzono in partib. Lunæ. in antiquis exemplarib. quod iam est con. 48. in 1. part. con. secundū recentem impressionem consiliorum Pauli de Castro, Venetijs, anno 70. editam. De quçstione hac facit quoq; mentionem Quintil. Mandos. in regulas Cancellariæ Pontificis Iulij III. in reg. 3. in 2. quæstio. numer. 7. & 8.

CONCLVSIO LXVII.

35 STATVTVM etsi valere possit, per quod appellatio tollitur, tamen per illud non tollitur recursus supplicationis vel querelç. glo. in l. fin. in verb. Quiescente. & ibi Dec. numer. 51. C. de edict. Diu. Had. tollend. Ruin. in consil. 157. numer. 16. 17. & 18. Et hæc sententia est communis attestantibus Dec. in consil. 533. numer. 2. versicul. & ista videtur. Balthas. Quinct. Aquil. in additio. ad consil. Paul. de Castr. consil. 19. numer. 75. in verb. Ex forma dicti statuti. & Iacob. Menoch. plures authoritates Doctor. adducente, in tract. de arbitra. iudic. quæstio. quæstio. 70. de appellatione & recursu ad superiorē. nu. 24.

CONCLVSIO LXVIII.

36 STATVTVM excludens fœminas à successione, non trahitur ad bona existentia extra territorium statuentium. Estq; hæc sententia communiter approbata, Alex. de Imol. in cons. 16. viso titulo quæstionis. nu. 1. in verb. non in alijs, multos DD. citans. & in con. 31. viso titulo quæstionis. nu. 3. & consil. 128. nume. 2. lib. 1. cons. Ias. in repetitione l. re coniuncti. nu. 215. ff. de lega. 3. Roch. de Curt. in tract. de consuet. nu. 735. in 13. quæst. prin. illius materiæ, quç in prima explicatione explicatur, qualiter consuetudo in iudicio

proponatur, in 9. volu. tracta. vbi & ipsi hanc sententiam communiter approbari meminit.

CONCLVSIO LXIX.

37 STATVTVM loquens in vno ex correlatiuis, etiam si sit correctorium Iuris cõmunis: tamen locum habet in alio. l. fin. & ibi Bart. & alij DD. C. de indict. vidui. toll. Estq; communis DD. conclusio. Curt. Iun. in con. 6. num. 1. Nouissimè Quintil. Mandos. in additionibus ad allegat. Lapi, allegatio. 21. in verb. Soluere. Plures autem DD. non allego. Sufficit enim eum allegare, qui alios citat. And. ab Exea, in tit. de constitutioni. nu. 107. cùm non sit laudabile multa allegare. Ioan. Baptist. Asini, ad statutum Florentinum de modo procedendi in ciuilibus. §. 24. de termino ad delegandum. cap. 3. num. 5.

CONCLVSIO LXX.

38 STATVTO disponente, quòd si non extat filius, filia succedat, modò quis decedat existente filio & filia, quæritur an filia simul possit succedere cum filio. Et licèt Cyn. consuluerit non posse per argumentum à contrario sensu. l. qui testamẽto. §. mulier. ff. qui testa. fac. poss. l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdict. communis opinio tamen est in contrarium, quòd succedere possit. Steph. de Federi. Brixien. in tract. de interpretatione Iuris, in 2. part. principa. nu. 14. quia per argumentum à contrario sensu non est corrigenda lex. Bartol. in l. omnes. nu. 61. ff. de iusti. & iur. Bald. in l. apud antiquos. numer. 3. C. de furt. & idem Bald. in l. 2. numer. 3. C. de conditio. insert. cum multis alijs similib. per Stephan. d. loco allegatis.

CONCLVSIO LXXI.

39 STATVTVM vel consuetudo loci diminuens solennitatem numeri testium, vt si saltem interuenerint duo testes, ita videlicet, quod in loco, vbi viget tale statutum vel consuetudo, valeat & teneat testamentum in eodem loco cõditum, saltem coram duob. testibus, valet. Ita decidunt Cyn. Bart. Bald. Salycet. & Fulgos. l. 1. C. de summ. Trinit. & fid. catholic. & Ias. ibid. post illos in sua repet. numer. 80. vers. contrariam opinionem, vbi ipse hanc sententiam communem appellat. Similiter hanc veram & magis communem esse testatur Hieron. Schurff, in consil. 97. in 1. Cent. con.

CONCLVSIO LXXII.

40 STATVTVM si fuerit à summo Principe, Imperatore vel Pontifice Romano, conditum, dicitur ius Ciuile: Si verò ab inferioribus à supremo principe non recognoscentibus eum, de iure vel de facto, & tunc ex quo habent vim supremi principis, huiusmodi statutum ius Ciuile appellabitur: aut à Ducib. vel Marchionib. vicarijs perpetuis, & habentibus perpetuam dignitatẽ, & istud pariter erit ius Ciuile, si esset conditum à recognoscentib. superiorem, & ab ijs qui non sunt vicarij perpetui, nec qui habent perpetuam dignitatem, tunc erit ius prætorium: quia quicquid statuitur ab istis inferioribus, ius prętorium appellabitur. Ita illa explicant Albertus Brunus in tractat. super statu. fœm. & cognatorum lineam à successionibus excludentibus, in 13. articulo. §. secundò quæro. Gregor. Natta, in tracta. super eadem materia. §. circa primam quæstionem principalem. numer. 11. vers. secundò quæro. Roland. à Valle, in suis quæstio. super statu. de lucro dotis. in 4. quæst. vbi Brunus d. loco, numer. 4. & Roland. hanc veriorem & magis communem opinionem Doctor. esse testantur.

CONCLVSIO LXXIII.

41 STATVTVM, si simpliciter loquatur de dote, habet etiam locum in dote promissa, secundum magis communem conclusionem Doctor. ita inquit Alexand. de Imol. in l. si quis. numer. 7. versicul. & magis. ff. de condict. causa data. sequitur allegatis multorum Doctor. authoritatibus Roland. à Valle, in suis quæstion. super statu. de lucro dot. quæst. 5. nume. 11. vbi & ipse hanc sententiam lege, ratione & authoritatib. probat, & contraria, quæ adduci possint, remouet.

CONCLVSIO LXXIIII.

42 STATVTO Lubecensi aut alterius vrbis si caueretur, quòd vxore præmoriente maritus lucretur dotem, illud ipsum statutum quoque in dote promissa non verificaretur. Bartol. in leg. iubemus. 2. §. sanè si hæc. numer. 7. C. de sacrosanct. Eccles. Et hanc sententiam communem esse inquit Roland. à Valle, in suis allegatis quæstionibus super statut. de lucro dot. quæstione sexta. numero tertio, vbi ea quæstio ab ipso in vtramque

que partem, adiectis declarationibus, & limitationib. optimo ordine explicatur. Sed ne quis arbitretur, nullam esse differentiam inter duas illas relatas quęstiones, obseruandi est, primâ intelligi, quãdo statutum simpliciter deferret lucrum dotis marito, tunc procedit in dote promissa: sed quando statutum disponit de dote data lucranda, tunc non verificatur in dote promissa, vt valdè notabiliter Ioannes Crottus, in Rubr. numer. 85. versic. sed iuxta præmissa. ff. soluto matrimonio, explicat.

CONCLVSIO LXXV.

43 STATVTVM de dote verificatur etiam in promissa, quando mulier vel alius, à quo dos solui debeat, in mora fuerit, ne quis ex suo delicto commodum percipiat. Io. Crottus in d. Rubric. numer. 85. versi. quod fallit. ff. soluto matrim. Et hanc communem sententiam esse adductis authoritatib. multorum Doctor. Roland à Valle, in suis quæst. super statu. de lucro dotis. quæst. 7. nume. 3. dicit.

CONCLVSIO LXXVI.

44 STATVTA dicuntur recipere interpretationem passiuam, ita vt interpretentur à iure communi, quemadmodum Bartol. in l. omnes populi, numer. 60. versic. secundo casu, ff. de iustitia & iure. sequitur Ioan. de Imol. in l. si verò. §. de viro. nu. 15. vers. quartò fallit. ff. solut. matrim. Licèt multi alij cõtrariam sententiam amplexi fuerint; tamẽ hanc sententiam Bartoli communem esse dicit Ioan. Crot. in d. l. omnes populi. num. 194. versic. quærit Bartol. an statuta recipiant interpretationem passiuam. in 1. volu. repet. De qua doctrina egregiè disputat Alex. de Imol. in l. 1. §. lex Falcidia. nu. 7. & 8. versi. secundo nota. ff. ad l. Falcid.

CONCLVSIO LXXVII.

45 STATVTVM prohibens reductionem laudi ad arbitrium boni viri non procedit, data enormi læsione. Ita consulendo scribunt Petr. de Anchor. in consil. 206. cuius sententiæ collegium Paduanum per viam sententiæ in seq. consi. 208. comprobauit. Panorm. in consil. 31. secundò principaliter. in secundo volum. consiliorum. Marian. Socin. Iun. in consi. 48. numer. 51. vbi ipse multas authoritates aliorum Doct. allegat. Proptereà minores læsi speciali suo priuilegio restitutionis in integrum, laudi rescisionẽ petere possunt, iuxta l. 1. & tot. tit. C. si aduers. rem iud. tot. tit. C. si aduers. transacti. Nam ex compromisso, secuto posteà laudo, oritur quædam transactio, iuxta ea quæ habentur in Auth. si verò contigerit. & in corpore vnde sumitur. C. de iudic. Nec per statutum vel aliud simile dicitur hoc remediũ sublatum Bald. in l. si minor. §. minores. ff. de minorib. & in con. 208. in 1. vol. & in con 177. in 2. vol. con. Et hanc communem opinionem videri inquit Marian. Soci. Iu. in d. consi. 48. numer. 55. Adde Dec. in consil. 39. nu. 6. vers. & sicut non tollitur. vers. ex quibus omnibus. & August. Bero. in con. 31. nu. 5. in 3. volum. con.

CONCLVSIO LXXVIII.

46 STATVTVM faciens mentionem de fratre, simpliciter debet intelligi per prius, & non per posterius: Idem excludens fœminas extante fratre, debet intelligi de fratre primi gradus, non autem secundi. Bal. in l. iubemus. §. fin. C. ad SC. Trebell. Et hanc sententiam communem esse referunt Albert. Brun. Astensis, in tract. super statutis excludentib. fœminas. artic. 12. numer. 214. Roland. à Valle, in consi. 55. nu. 17. cum seq. vbi ipse plures authoritates adducit, & in vtramque partem hanc materiam prosequitur, in 1. Tom. con. Proptereà statutum loquens de fratre, intelligitur tantùm in primo gradu fraternitatis. Alex. de Imol. in cõsil. 97. & ibi Caro. Molin. in additioni. Idem Alex. in consil. 204. in libr. 2. consil. Quam conclusionem communem quoque opinionem cum multis authoritatibus Doctor. adductis, appellat Tiraqu. in l. boues. §. hoc sermone. nu. 83. ex secunda editione. ff. de verb. sig. Meminit etiam Baltha. Quinct. Aquil. in suis additionib. ad consi. Pau. de Ca. in con. 19. nu. 69. in 3. part. con.

CONCLVSIO LXXIX.

47 STATVTVM prohibens reductionem ad arbitriũ boni viri, nisi dolus vel lata culpa arbitratoris interuenerit, intelligitur. Ias. in l. quidã cũ filiũ. nu. 25. vt ipse multorũ DD. consilia allegauit, de verb. oblig. quę nõ trãscribo. Ita nouissimè quoq; scribit Soc. Iun. in con. 48. nu. 52. in 1. par. con. inquiens hãc sententiam cõmuniter approbatam esse.

CONCLVSIO LXXX.

48 STATVTA laicorum fauorabilia habēt etiam locum in ecclesiasticis, quia talia statuta in effectu continent priuilegium, quod quoque clericis videtur competere. Panormit. in c. ecclesia S. Mariæ. numer. 25. extr. de constitut. & idem in c. ex literis, numer. 2. extr. de cohabit. clericor. & mulier. Alex. de Imol. in consil. 209. numer. 15. in 2. libr. consil. Et hanc communem conclusionem Doctor. esse dicit Dec. in consi. 282. num. 8. Bursat. in con. 93. num. 22.

CONCLVSIO LXXXI.

49 STATVTVM quamuis sit conceptū per verba concernentia personam, tamen attendendum & sequendum est statutum loci, in quo res sita est. Petr. de Ancho. in c. canonum statuta. versicul. quæro iuxta prædicta. extr. de constitut. Alexan. de Imol. in consil. 19. numer. 7. vbi ipse & hanc sententiam communiter approbari inquit, & ibi Marc. Anton. Natta, in verb. Quo ad bona. lib. 6. & idem Alex. in consil. 16. numer. 1. & ibi Carol. Molin. in verb. non in alijs. lib. 1. consi. vbi quoque ab ipso multæ authoritates Docto. adducuntur. Plenè Albertus Brunus in tractat. super statutis excludentibus fœminas. in articulo 6. in prin. sed copiosiùs in articulo 8. in quæst. 25. numer. 199. libri mei. incip. Vigesimoquintò quæro, an exclusa à successione per statutum intelligatur exclusa etiam quo ad bona sita extra territorium. Nouissimè Hieron. Alban. in lucubrationib. suis ad Bartol. in l. 1. numer. 22. C. de summa Trin. & ibi ipse adductis multis authoritatibus hanc communem sententiam esse attestatur.

CONCLVSIO LXXXII.

50 STATVTA ligant etiā ipsum statuentē. Bart. in l. 1. numer. 2. & 3. ff. Quod quisque iur. Quod Doct. intelligunt procedere virtute retorquutionis, vt statuentes comprehendantur, non autem immediatè virtute legis vel statuti. Paul. de Cast. ibid. nume. 6. Alex. de Imol. num. 2. cum seqq. Ias. num. 6. Dec. nume. 6. in 4. notab. Felin. in c. 1. num. 24. versicul. Amplia quartò. extr. de constit. Et hanc communem Doct. sententiam esse testantur Dec. in d. l. 1. numer. 7. & Hippol. Riminald. numer. 159.

CONCLVSIO LXXXIII.

51 STATVTA laicorum ligant clericos in ijs quæ nō sunt contra libertatē ecclesiæ vel eorum personas. Bart. in l. 1. post numer. 27. versic. quintò quæro. C. de summa Trinit. & fide cathol. Sed contraria sententia communiter approbatur, vt pulchris argumentis consulendo scribit Socin. Sen. in consi. 56. Docto. in c. ecclesia S. Mariæ. extr. decōstitut. Nouissimè Hiero. Alba. in l. 1. nume. 8. C. de summa Trini. & fid. cathol. quorum rationes & argumenta non transcribo.

CONCLVSIO LXXXIIII.

52 STATVTVM, quòd maritus lucretur dotem, non habet locum in præiudicium liberorum primi matrimonij. Tale enim statutum de dote lucranda recipit interpretationem passiuam à l. hac edictali. C. de secund. nupt. per quam disponitur, quòd plus non habeat coniunx quàm vnus ex filijs primi matrimonij. Bart. in d. l. hac edictali. num. 1. & 2. Vbi notabiliter ipse inquit, Si mulier dat in dotem omnia bona sua secundo viro, & decedit in matrimonio sine liberis, vir non potest lucrari ex forma statuti, vltra q̄ reliquit vni ex liberis primi matrimonij. Hanc communem Docto. sententiam esse referunt Phil. Dec. in authen. præterea. nu. 7. versic. Ex quo infertur. C. vnde vir & vxo. & Nicol. Bello. in consi. 17. num. 9. Et hanc sententiam procedere ibidem scribit Dec. quando statutum simpliciter loquitur, quia recipit interpretationem à d. l. ab hac edictali. cui in dubio non videtur statutum voluisse derogare, secùs si statutum expresiè derogaret, vt est statutum Florentiæ, quòd maritus lucretur totam dotem exclusis filijs primi matrimonij. & idē in l. omnia. nu. 1. Quia qui omne dicit, omnia includit, ff. si certum petat. Ita quoque ante illum consuluit Ludouic. Rom. in consi. 44. post nume. 5. versicul. Attendenda ergò sunt illa verba. Sed huic sententiæ refragantur Ias. in dict. authentic. præterea. numer. 15. versicul. Aliquando & tertio casu statutū dicit. Carol. Molin. in suis additionib. ad consil. Alexan. consi. 158. lib. 5. con. & in suis addit. ad lectu. Dec. in d. l. omnia, in verb. liberis. vbi ab ipso plures authoritates adducuntur. Quam sententiam quoque approbat Horat. Mando. in suis addit. ad consil. Roman. in d. consil 44. in ver. omni casu. De qua conclusio-

nelatiùs Iaſ. & repetentes in d. anthen. præterea. & Doct. tum à Moli. tum à Mandoſio allegati. Quid verò de iure Saxonico ea in re obſeruandum ſit, tradit author differentiam iuris Ciuilis & Saxonici in 1. part. diff. 18. Et quid de eo caſu, quando conſenſu liberorum mulier tranſit ad ſecunda vota, explicat Boer. in ſuis deciſionib. quæſti. 113. numer. 6.

CONCLVSIO LXXXV.

53 STATVTVM vel decretum aliquid diſponens ſuper eo, quod eſt de iure communi diſpoſitum, in dubio præſumitur ſe confirmare cum iure communi. Bartol. & alij Doct. in l. 4. §. prætor ait. ff. de damno infe. quare ea ſententia communis Docto. reſolutio dicitur, quod vbi ſtatutum vel decretum poteſt aliquid operari, tunc ſemper reſtringendum eſt, vt minus deroget iuri communi, quàm ſit poſſibile, per l. 2. C. de noxalib. Alex. de Imol. in d. §. prætor ait. num. 12. item & fortiùs, debemus potiùs dicere, tale ſtatutũ nihil operari, quàm quòd aliquis indebitè damnum patiatur, iuxta notata per gloſſ. & communiter Scribentes in l. fi. §. in computatione. C. de iure deliber. Quã communem diſtinctionem vltra Alexand. ex plurib. confirmat Felin. in c. Rodolphus. extr. de reſcript. Pariſ. in conſil. 95. nume. 38. in 1. volum. & in conſil. 110. numer. 36. in 3. volum. conſil. Laurent. Syluan. in conſi. 28. numer. 6.

CONCLVSIO LXXXVI.

54 STATVTVM probari poteſt ſine ſcriptura etiam per teſtes, quia lex vel conſtitutio pro ſui eſſentia non requirit ſcripturam, ſecundum opinionem magis communem & veriorem, quam iudex ſequi tenetur in iudicando & decidendo, vt notatur in capite primo, de conſtitution. Et quòd ſcriptura non ſit de ſubſtantia legis vel ſtatuti, & ideò probari poſsit per teſtes, probatur per text. in leg. 1. ibi, quodcunque igitur. & in verb. interlocutus eſt. ff. de conſtitut. princip. leg. 2. §. his legib. ff. de origin. iur. & in c. conſuetudo. 1. diſtinctio. & in cap. 1. in princip. in verb. & non ſcripra. de iureiurã. lib. 6. & in c. 1. iuxta fin. de renunciat. lib. 6. quam deciſionem plurib. confirmat Henning. Gǿden, in conſil. 2. de iniur. & in ordi. conſil. 103. numer. 53.

CONCLVSIO LXXXVII.

55 STATVTVM excludens matrem exiſtente patruo non habet locum in patruo magno, id eſt, in fratre aui paterni, ita concludit Bald. poſt Iaco. Butriga. in l. 1. in prin. C. de ſucceſs. edict. inquiens ita Bononiæ conſultum fuiſſe. Et horum ſententiam Docto. communiter ibi approbarunt. Et hanc communem opinionem Doct. eſſe inquit ibid. numer. 2. & 3. Philip. Dec. & in conſil. 679. numer. 1. & 3.

CONCLVSIO LXXXVIII.

56 STATVTVM communitatis non valet, quo homines directò vel per indirectum coguntur ire ad molendina ſeu furnos ipſius communitatis. Ita egregiè conſuluit Petr. de Anchoran. in conſil. 298. vbi ipſe in vtrãque partem hanc quæſtionem explicauit, ad cuius deciſionem plures authoritates allegat Boër. in ſuis deciſ. quæ. 125. num. 4. Et hãc Doct. communẽ ſententiã eſſe dicunt Iaſ. in l. quo minus. num. 156. ff. de fluminibus. & in conſil. 161. in 2. volum. con. & Octauia. Cacheran. in deciſ. Sena. Pedemontani, deciſ. 17. numer. 8. vbi ipſe plures authoritates Doct. adducit.

CONCLVSIO LXXXIX.

57 STATVTVM, quod præfert patruos & alios agnatos fœminis, licèt ſit contra ius commune. §. conſequens. §. ſequenti. in Authen. de hæred. ab inteſt. venientib. colat. 9. Authen. defuncto. C. ad SC. Tertul. & Docto. in Rubri. extra de ſucceſs. ab inteſt. Tamen communiter Docto. tradunt, tale ſtatutum fauorabile eſſe, quia per illud conſeruantur agnationes, dignitates, & familię l. 1. §. & ſi ſeruus. ff. de vent. inſpic. conſeruantur enim agnationes & familiæ per maſculos & non fœminas. leg. pronunciatio. §. fin. & Bald. in leg. maximum vitium. in ſecunda quæſt. num. 2. C. de liber. præter. Ita conſulendo ſcribit Ioan. de Anan. in conſi. 69. Et hanc magis communem opinionem eſſe, multis adductis authoritatibus inquit Philip. Dec. in l. 2. numer. 5. in fin. C. de in ius vocan.

CONCLVSIO XC.

58 STATVTVM licèt poſsit tollere quãlibet exce-

exceptionem,non tamen potest tollere,secundum communem sententiam, exceptionem defensionis & innocentiæ.Bal. in repetit.l.edita.habita in studio Patauino, anno 1380.numer.115. C.de edend.Ioan.de Anan.in consi.59.in prin.versi.in quib. locis. Alex.de Imol.in con.113.numer.8.& ibi Carol. Molinæ.in addit.in verb.Innocentiæ.in lib.5.con.Hippol.de Marsi.in suis singul. singul.59.incip.innocentib.iura fauent.& Philip.Dec.in l.vt vim.ver.vnde statutum. numer.9.ff.de iust.& iure.

CONCLVSIO XCI.

59 STATVTVM imponens pœnam pecuniariam pro homicidio, cùm occasionem delinquendi præstet,non valere,multi Docto.voluerunt,quos referunt Panorm.in c. finali,circ.fin. numer.3, & ibi Apostilla. in verb.statutum.& in verb. pronitatem peccandi.Rochus de Curte,numer.190.versic. secundò infertur nō valere consuetudinem vel statutum.ext.de consuet. & Hippol. de Marsi.in l.1. numer.17. vers.item homicidium non potest puniri pœna pecuniaria,etiam ex forma statuti.ff. ad l. Cornel. de Sic. & in suis singul.singul.665. Licèt nonnulli sententiam contrariam amplexi fuerint referentib.Felin.in Rubr.extr.de homicid.volunt.& casua.& eodem Hippol.in d.singul. 665.& Ludo.Carer.in sua practic.caus.criminal.§.circa secundum iuxta legem Moysi. num.58.fol.lib.mei 228.Quam sententiam Docto.communiter tenere ipse ibi tradit: Prior tamen sentētia tanquam magis communis ab alijs Docto.approbatur.Dec.in c. cognoscentes.numer.2.vers. Et ad hoc facit in 1.lectur.extr.de rescript.Didac.in lib. 2.variar.resolut.cap.9.numer.2.& Roland. à Valle,in consil.98.numer.26.in 1.Tom.& in con.111.numer.39.in 2.Tomo consi. & Hippol.Riminald.in l.1.nume.195.ff. quod quisque iuris.Nec non Grauet. in con. 137. nume.2.& 3.& Gasp. Caballi.in suis gloss. ad Aegidianas constitutiones,lib.2. cap.2. in verb.Homicidio. Quod tamen statutum cum temperamento intelligi necesse est, si homicidium dolo commissum fuerit,dolus enim in materia homicidij sumitur pro animo occidendi. d. leg.1.§. Diuus Adria. Diuus Adrianus rescripsit, Iurisconsulto Martiano dicente, eum qui hominem occiderit,si non occidēdi animo hoc admiserit, absolui posse.& in l. 1.ibi, qui si probauerit, non occidendi animo hominem à se percussum esse.C. eod.Petrus Calæphatus in consi.92.numer.4.in 2.volum.consi. crimi. Propterea vno ore omnes Doct.tam in lecturis quàm in consilijs tradiderunt, etiam per statuta homicidia puniri non posse,nisi dolus interuenerit.Bald.in l.data opera.numer.7.versic. item si statutum præcisè punit homicidium ad mortem.C.de ijs qui ac cus.non poss.Paul.de Castro,in l.nemo.numer.5.C.de Episc.audien.in l. etsi seuerior. numer.5.Alex.numer.5.versic.Et ideò si statutum.C.ex quib.caus.infam.irrogetur. Et idem Paul.de Castr.in l.1.nume.3. C.vbi Senatores vel clariss.vbi ipse valdè eleganter loquitur:Si statutum contineret homicidā decapitādum esse, & quispiam per culpam sine dolo interfecisset hominem, iudices ignorantes consueuerunt dicere, quòd nō debeamus distinguere inter dolum & culpam,sed simpliciter standum esse verbis statuti,nam nō inspicitur animus,sed factum. l.Diuus.ff.ad l.Cornel. de Sicar. Verùm si ita nudè intelligere deberemus verba statuti,magnum absurdum & iniquitas ex eo sequeretur, quòd de homicidio casuali quis decapitari deberet,quod esset contra omnē æquitatem & iuris scripti rationem. Hanc sententiam vbique alij Docto.communiter sequuntur, Petr. de Anchora.in consil.283. numer.5.Barthol. Cepol.in consi.29.num. 22.versi.non obstat statutum.consi.30. nu. 3.versicu.item quia secundum statuta non inspicitur animus occidentis,sed solum factum.consil.31.numer.3.versicu. similiter. consil.33.numer.6.& in consil.37.nume. 4. & 5.Alex.de Imol.in consil. 109. numer. 5. in 1.volum.consil.140.nume.4.in 2.volum. consil.Dec.in consil.9.& ibi Carol. Molin. in verb.dolo.numer.1.& in consi.234.num. 3. & in consi.452.numer.8.Paul.de Castro, numer.10.in fin.& Ias.numer.19.in l.1.ff.de legib. vbi Ias.allegat l. cùm autem redhibitio.§.excipitur.ff.de ædilit.edicto. Ias.in l. in actionib.numer. 26.& ibi ipse attestatur hanc communem opinionem esse. & Dec. ibid.numer.20. ff. de in litem iur. pulchrè & copiosè Hippol.de Marsi.in consil.4. numer.28.consil.7.numer.17.consil. 25.num. 3.in 1.volum.con.77.numer.5.consi.91.numer.11.con.103.num.5.con. 128. numer. 21. & in consi.137.numer.3.in 2.volum. consil. Ioan.de Anan. in consi. 45. numer. 10. in 1. volum.consi.crimin.Ioan. Calæphatus, in d.consil.92.numer.3. Marian.Socin.Iun.in consil.

consil. 117. num. 15. in 3. vol. con. nouissimè Hartmann. Hartm. in practic. obseru. lib. 2. tit. de accus. capit. 12. homicidium quando committatur, & quomodo puniatur. Petr. Calæpha. in consil. 104. nume. 21. in Tom. 1. consil. ad causas crimin. recens editorum. Crauett. in consi. 6. num. 100. in 1. par. con. Marc. Blanc. in practic. crimin. §. visis indicijs per reum. num. 147. cum seq. Cattlian. Cotta in suis memorabilibus, in verb. homicidium. & Tiraquel. in præfat. tractat. de pœn. numer. 22. vbi ipse testatur, hanc sententiam communem esse. & nume. 21. nonnullos Docto. contrarium asserentes adduxit. Vnde Rostochiensis Reipub. & aliarum vicinarum ciuitatum statuta restringi debebant, ne homicidia dolo non commissa, morte, quemadmodum perperam fit, punirentur. Quæ enim est illa barbaries, à Doctorib. de meliori sententia nolle edoceri, quare prudenter ex iuris scripti ratione scribit Ias. statutum simpliciter disponēs, quòd committens homicidium debeat capitis pœna plecti, non debere ita præcisè intelligi, sed secundum granum salis, id est, iuris communis, si tale homicidium non fuerit commissum dolo: item si statutum punit homicidam ad mortem, & non faciat doli mētionem, tamen iudex, vbi non est dolus, debet sententiam temperare. l. quid ergò. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infam. nā statutum restringitur per rationes iuris cōmunis. l. si serui vestri. C. de noxalib. & voluntas & propositum distinguunt maleficia. l. qui iniuriæ. ff. de furt. c. cùm voluntate. ext. de sentent. excom. in consil. 137. numer. 1. in 1. volum. consi. Iacob. Nouellus in tractat. ad defensam. §. homicida. ex quib. caus. à pœn. mor. excus. nume. 85. Quæ doctrina adeò vera est, quòd non valeret statutum, quo caueretur, ne liceret cuique personam suam defendere ab iniuria: Nam neque consensus posset hoc facere, nec per cōsensum id fieri posset, per notat. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. imò nec Imperator hoc facere posset. Mar. Mantua. in cons. 314. numer. 58. in 1. vol. con. Multo fortiùs statutum, quod simpliciter loquitur de pœna, intelligitur loqui de casu culpabili, non de casu licito. d. l. si serui vestri, ne subiecta innocentia feriatur. l. fi. C. de accus. Imò statutū intelligitur, sicut intelligitur ius cōmune, imò est ipsum ius cōmune à quo videtur descendere, per not. in c. 1. de const. lib. 6. & sic meritò recipit interpretationē passiuā à iure cōmuni. c. cùm dilect. ext. de consue. cùm statutum debeat intelligi sanè, ita vt ipsum ratio & natura non respuat. c. erit autem lex. distinct. 4. certum enim est, quòd in pœnis corporalib. requiratur dolus. l. in lege Cornelia. ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. nec exemplum. C. ad l. Corn. de fals. & ita Bal. de Perus. consolendo scribit, cuius consilio plures Docto. subscripserunt, in cons. 19. in 1. Tom. consil. crimin. recens editorum. Sed hanc doctrinam limitandam esse multi existimarunt, si ius municipale seu constitutiones statuerent verbis generalib. & prægnātibus, veluti si quis quocunque modo occiderit, pœna capitis puniatur, per doctrinam Salycet. in l. 2. numer. 12. C. de noxalib. cuius sententia videtur ab omnibus approbata. Doctor. l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. noui nunciat. Dec. in Rubric. numer. 11. versicul. tertiò limitari probabiliter potest. extr. de probatio. Quam limitationem per bonas rationes rectè improbat Barthol. Romuleus in l. vt vim. numer. 192. versicul. sed huiusmodi limitatio. Meminit etiam huius conclusionis nouissimè Iohan. Hier. Card. Alb. in suis lucubrationibus in Bartol. in l. quicunque. numer. 2. & 3. C. de seruis fugiti. Etiamsi prædictum statutum extenderetur secundum nonnullorum sententiam ad eū qui defensionis gratia alium interfecit. Ludolph. Schrad. in cons. 40. numer. 71. in 1. Tom. consi. diuerso. Docto. Francoford. anno 1568. impressorum. Nihil obstabit præceptum, Non occides. Nam homicidium etiam in lege Dei excusabile erat. Denteron. cap. 19. Marc. Mantua. in consi. 214. numer. 46. nec non sæpiùs iura Diuina recipiunt modificationem & restrictionem ex aliqua probabili ratione, & causa, præsertim cùm nō agatur de articulis fidei. c. sunt quidam. 25. quæst. 1. Docto. in c. fin. extr. de consuet. & in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. An verò animus occidendi in dubio præsumatur, & cui onus incumbat probandi, copiosè multorum adductis authoritatibus prosequuntur Cæpol. in d. consil. 29. numer. 4. & Hippol. in l. 1. numer. 65. cum seq. C. ad l. Cornel. de Sicar. Ludouic. Carerius in sua practic. causa. crimina. §. homicidij autem species duplex est. vers. sed an in dubio præsumatur animus. numer. 80. cum seq. pagi. lib. mei 106. Lancillot. Conrad. in suo prætor. & Curia. breuiario. titul. de homicidio, & quæ requirantur ad defensionem necessariam, & ex quib. caus. homicid. probetur.

betur. Cæpol. in d. con. 29. Marc. Blanc. in practic. crimin. in §. tertia pars defensionis erit. & in præcedentib. §§. incip. Ijs sic præmissis. & §. secunda pars defensionis. Aym. Crauett. in consil. 119. numer. 7. cum seq. Iulius Clar. in lib. quinto senten. recepta. §. sed quomodo probatur quod fecit ad sui necessariam defensionem. Marc. Mantua in con. 216. in Tom. 2. consil. Matth. Vuesenbec. in suis Paratit. ff. ad ad l. Cornel. de Sicar. num. 22. Petrus à Placa, in epitom. delictorum. lib. 1. cap. 9. numer. 7. versi. Et in dubio cui incumbat onus probandi. Et Barth. Romul. in dict. l. & vim. numer. 75. vbi ipse, quomodo articuli & depositiones ad excusandum homicidam accusatum concipi, & quomodo testes deponere debeant, varijs recitatis Docto. sententijs, & indicata sententia communi, satis copiosè explicauit.

CONCLVSIO XCII.

60 STATVTVM non potest concedere & permittere præscriptionem malæ fidei in actionibus personalibus, vt malę fidei possessor præscribere possit. Bart. in l. omnes populi, nu. 24. vers. Ecce alia, dicit Statutũ, quòd per decem annos debitum suum non petierit, cadat à iure suo. ff. de iust. & iur. Et hanc sententiam communem esse dicit Alex. de Imol. in consil. 89. num. 13. vers. Item non obstat. lib. 3. Eandẽ sententiam defendit idem Alex. in consi. 99. numer. 8. versic. Nunc videndum est, quid de præscriptione statuti. in 4. volum. consi. Hanc quoq; communem esse nouissimè meminit Ioh. Hier. Card. Alban. in suis lucubrat. in Bart. in d. l. omnes populi. num. 25. Licèt plures alij contrariam sententiam secuti fuerint, quos referunt Ias. in §. 1. num. 101. Instit. de actioni. & Carol. Molin. in addit. suis ad cons. Alex. in d. con. 99. Et hanc posteriorem pro cautela posuerit Cæpol. cautel. 46. & communem dixerit Maria. Soc. Sen. in con. 40. nu. 10. versi. Nec obstat. in 1. vol. con. De qua conclusione copiosiùs scripserunt Thom. Ferra. in tract. caut. caut. 38. cautela ad faciendum, quòd currat præscriptio cum mala fide. & remissiuè per plures adductas authoritates Alba. d. loco, post num. 25.

CONCLVSIO XCIII.

61 STATVTVM etsi pœnã certam & determinatam delicti posuerit in aliquo casu, tamen Iudex illam ex causa minuere potest, secundum communem Doct. sententiam, vti referunt Dec. in c. de causis. nu. 19. ver. & retenta communi conclusione. ext. de offi. dele. & Ioh. Hier. Alb. Card. in suis lucubra. in Bar. in l. omnes populi. nu. 80. ff. de iusti. & iur. licèt alij contrariam sententiam amplexi fuerint, quia l. hodie. ff. de pœnis, non habet locum in pœnis à statuto impositis. Nam statutum præcisè obseruandũ est. Bal. in l. 1. nu. 1. C. Si aduers. delict. tamen prior sententia magis communiter approbatur, propter eam rationem quæ est in pœna, quæ imponitur à iure communi, vt ex causa remittere possit iudex pœnam, eadem quoq; militat in statuto. Deci. in d. c. de causis. nu. 19. in fi. Etsi ipse videatur contrarium asserere in rub. in 1. lect. nu. 6. & 7. in altera lectu. nu. 8. & 29. C. qui admitti ad bono. possessi. poss. Quam cõclusionem latiùs idem Dec. explicauit in l. si fugitiui. nu. 63. ver. & quòd dictum est, quòd iudex non necessitatur. & num. 68. ver. circ. primum, cum nu. seqq. C. de seru. fugiti.

CONCLVSIO XCIIII.

62 STATVTVM illud validum esse asserũt Doct. q. si vnus ex agnatis delinquat, cæteri quoque obligentur & puniantur. Bart. in l. iure prouisum. & ibi addit. C. de fabricen. lib. 11. Plures authoritates adducit Felin. in c. 2. numer. 2. extr. de constitutio. vbi & addit hanc sententiam, quòd ex causa valeat statutum, magis communiter approbari, modò nõ corporaliter puniatur quispiam. Ita quoque Dec. ibid. in 1. lectur. numer. 4. Refert nouissimè Ioh. Hieron. Card. Alban. in l. omnes populi. num. 104. ff. de iustit. & iur. de qua conclusione videantur Dec. & a postil. in 2. lect. nr. d. c. 2. ext. de constitut. & Ias. in l. de quibus. numer. 56. versicul. Confirmo per id quod signanter vult Baldus in fi. in verbis illis, Hoc verum in pœna pecuniaria, secùs verò in corporali. Et nume. 57. versi. Secùs est quò ad pœnam corporalem, & post. num. 60. versic. Concludo ergo. ff. de legit. Quia quemadmodum per pactum non potest quis pro alio fideiubere vel obligare ad pœnam corporalem, cùm nemo sit dominus membrorum suorum. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. eodem modo nec ratione statuti vel consuetudinis posset, vt copiosè ibidem. Ias. prosequitur.

XCV. XCVI. XCVII. infrà in Secunda parte.

CON-

CONCLVSIO XCVIII.

66 SVBSCRIPTIO facta per aliquem notarium, vel alium quempiam, si generalis illa fuerit, & non specialis, voluit Bartol. in eo casu requiri specialem subscriptionem. Bartol. in l. Diuus. §. item Senatus. num. 3. ff. ad l. Cornel. de fals. Sed alij contrariam sententiam sequuntur, Bald. in Authen. si quis in aliquo. numer. 10. vers. vlteriùs ponamus, C. de eden. Pet. de Anchoran. in cons. 242. Eamq; communem Doct. opinionem esse inquiunt Alex. de Imol. in cons. 147. num. 6. vers. & secundum magis communes opiniones. in lib. 2. consil. Phil. Dec. in c. quoniam contra. nu. 48. vers. circa primum. ext. de probat. & in con. 447. num. 12. in 4. part. con. Roland. à Vall. in con. 44. nu. 38. in 1. Tom. num. 3. vbi ipse eandem opinionem communem, à qua consulendo & iudicando non est recedendum, esse refert. Licèt Bald. contrariam sententiam in l. humanitatis. C. de impuber. & alijs substit. referente Barthol. Socin. in cons. 6. num. 2. in 3. vol. con. secutus fuerit. Etsi vera & communis sit ipsa hæc sententia, tamen recipit limitationem, vt locum non habeat, quando cum breuiloqua iuncta est compendiosa, quia vbi substitutio breuiloqua facta est cum clausula, Si quis eorum decederet sine filijs, &c. tunc post aditam hæreditatem ipsa substitutio breuiloqua transit in fideicōmissariam. Bald. in cons. 55. nu. 5. in 3. vol. con. Doct. in d. l. Lucius. Roland. à Valle, in cons. 25. num. 10. in 1. Tom. cons.

CONCLVSIO XCIX.

67 SVBSTITVTIO breuiloqua, siue sit facta verbis directis, siue verbis communibus, siue sit facta personis imparibus, siue parib. nunquam continet sub se nisi directas, vulgares, pupillares, & exemplares substitutiones, fideicommissariā autem nunquam. Et hanc communem doctrinam antiquorum & modernorum Doct. appellat Ias. in cons. 134. numer. 2. vbi ipse multas authoritates Doct. allegat in 1. volum. con. & hanc communiter obseruari scribit consulendo Phil. Dec. in con. 205. num. 6. & in cons. 292. nu. 3. & in con. 219.

CONCLVSIO C.

68 SVBSTITVTIO facta filio decedēti sine filijs de Titio & eius hæredibus, etsi secundum communem intelligatur de descendentib. & non extraneis, vt per Barr. in l. Gallus. §. etiam. ff. de lib. & posthum. cuius opinio communiter approbatur, secùs tamen est quando testator vsus fuisset signo vniuersali, omnibus, quoniam tunc veniunt extranei. Ita dicunt Philip. Dec. in cons. 284. num. 1. in fin. & num. 2. in princip. & Roland. à Valle, in cons. 96. numero 30. & 31. in primo Tomo consiliorum.

FINIS SEPTIMAE CENTVRIAE.

COMMVNIVM CONCLVSIONVM LAVRENTII KIRCHOVII

CENTVRIA OCTAVA.

CONCLVSIO I.

69 SVBSTITVTIO compendiosa facta filio impuberi non valebit vt pupillaris, sed erit omni tempore fideicōmissaria, matre existente in medio. Ita voluit Bart. in l. Centurio. in 3. q. prin. ff. de vul. & pu. subst. Quia in interpretatione fauore matris, & ne excludatur à luctuosa hæreditate filij, receditur à regula communi, queadmodum in tacita pupillari, ad quam substitutio vulgariter facta porrigitur, cùm non procedat illa regula

contra matrem. l. precib. C. de impub. & alijs substit. & l. fi. C. de inst. & substit. sub condit. fact. Item in re dubia illa pars eligetur quæ fauet matri, vt filio succedat. l. qui duas, in prin. iuncta gl. fin. in fin. ff. de reb. dub. Ang. de Vbald. in consil. 97. nu. 3. Et hanc communē Doct. opinionē esse, testantur Bald. in l. nam hoc iure. ff. de vulga. & pupil. & Ioan. de Anan. in consil. 79. nu. 1. quorum sententiā Lud. Bolog. ibid. In addit. suis sequitur, & refert Matth. de Afflict. in decis. sacri con. Neap. decis. 367. in consilio Neapolitano, post lōgam deliberationē iudicatum, substitutionem compendiosam factam per verba cōmunia, omni tempore matre existēte in medio fideicōmissariam esse: & hanc veriorem & communē opinionē esse. Alij multi contrariam sententiam secuti fuerunt, quorū nomina annotat Maria. Soc. Iun. in d. l. centurio. num. 265. vbi ipse inquit, contra Barr. & alios magis communem sententiam & opinionē esse, & ibi respondet ipse argumētis in contrariū adductis. vers. non obst. allegata in contrarium. & in consil. 94. nu. 28. inquit Soc. Iun. quòd hanc opinionē cōmunem omninò sequi debeamus, præsertim in iudicādo & consulendo. in 1. par. con. Et quòd talis substitutio compendiosa, etiā matre existente in medio, pro tēpore pupillaris ætatis, sit directa & non fideicōmissaria, multis authoritatib. & argumentis, pulchrè, vt soler, affirmat Rol. à Valle, in cons. 69. nu. 6. cū seq. in 1. tom. con. De quado ctrina DD. varij varia loquūtur, vt liquet ex Cōment. & Repet. Francis. de Rip. in d. l. centurio. nu. 118. & annotat. marginal. Carol. Mol. In cons. 12. & in con. 17. in verb. medio. lit. c. Alex. de Imol. in lib. 3. cons. Necnon ex addit. Balth. Quinct. Aquil. ad cons. Paul. de Cast. in cons. 26. in verb. sed fideicommissaria. nu. 29. cū seqq. in 3. par. con. Qua conclusionē nunc nouissimè in vtramq; partem, plurib. adductis auctoritatib. explicuit Bursatus doctissimus IC. in cons. 8.

CONCLVSIO II.

70 SVBSTITVTIO quādo esset facta verbis collectiuis, videlicet etsi omnes vel si quilibet, vel si ambo hæredes non erunt, tunc aditione vnius expirat substitutio, quò ad oēs. Bart. & alij, & ita in specie concludit Ang. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Treb. & ibi DD. cum communiter sequuntur, vt per Soc. in l. 1. nu. 47. ff. de vulga. & pup. nisi tamē contrarium testatorem sensisse probetur Sfortia Oddus, in tract. compēdiosæ substitutio. in prælud. in 5. q. vers. secundus casus est.

CONCLVSIO III.

71 SVBSTITVTIO fideicōmissaria nō extēditur de persona ad personā etiā expræsumpta mēte testatoris substituētis. Arct. in l. Gallus. §. & quid si tantū. nu. 18. vers. secundò adde in quantū. Bart. ff. de lib. & posth. Ias. in con. 220. in 4. col. vers. inprimis ergo pro hac part. & in con. 228. 2. col. ver. secundò pro eadē parte. in 2. vol. con. Quam sententiam cōmuniter approbari scribūt Crot. in d. §. & quid si tantū. nu. 53. & Meno. plurib. adductis auctoritatib. in cō. 97. nu. 91. ver. illud verò secundū dictū.

CONCLVSIO IIII.

72 SVBSTITVTIO licèt extendatur de casu ad casum ex mente præsumpta testatoris: non tamen extenditur, quando inducitur diuersitas personæ. l. si pater filiū. & ibi Ioh. & Alex. de Imol. notāt. ff. de vulg. & pu. Ias. in con. 220. 4. col. in fin. vers. secundò principaliter pro eadē parte. & in con. 228. vers. secundò principaliter. in 2. vol. con. Et hanc receptā opinionē esse nouissimè meminit Meno. in con. 97. nu. 92.

CONCLVSIO V.

73 SVBREPTIO non facit commissionem ipso iure nullam, sed tantū annullandam ope exceptionis. Estq; hæc sententia communis, vt tradit Paul. Paris. in cons. 124. nu. 22. vers. nec habet prædictis. in 4. part. cons.

CONCLVSIO VI.

74 SVMMARIE vt procedatur in causa, nō potest inferior principe cōmittere, cùm illius clausulæ cōmissio ad principem pertineat. Cassiod. decis. vlt. de rescrip. Hipp. de Marsil. multas citans in suis sing. sing. 102. Et hanc communē esse sententiam dicit Pet. Phil. Corn. in con. 329. nu. 3. lib. 1. cons. Licèt ipse addiderit, aliud de facto per inferiores seruari. Quint. Mand. in formula 3. cōmissionis. verb. attenta grauitate causæ. pag. 32. in praxi seu theoria commissio.

CONCLVSIO VII.

75 SVPERIORITATIS ius contra principem per præscriptionem antiquā, cuius initij memoria nō extat in contrariū, nō posse

posse præscribi, multi Doctor. voluerunt, cùm nullus possit præscribere, ne sit sub Cæsare aut Principe.c.cùm nō liceat. vbi Abbas notat nu.6. ext. de præscrip. & in c. per venerabilē.nu.37.ext.qui filij sint leg. Ludo.Rom.in cons.371.vers. dum autem quæritur.num.5. Alex.de Imo.in l.more. num.13.ff.de acqu.hæred. Et hanc senten tiam magis communē opinionē doctissimorum virorum esse inquit Bart. Socin. in cons.275.vers. si verò volumus. nu.5.in 2.vol.Ias.copiosè in con.208.vers.secūdò notabiliter respondetur.num.2.in 2.vol. cons.Contrariam aūt sententiam alij defenderunt. Bart.in l.1.§.deniq;.ff.de aqu. plu.arcen.l.infamē.nu.14.ff.de pub.lud. & in l.hostes.nu.6. ff.de capt. & postlim. reuer. Panor.in c.quòd translationē.nu. 1.ext.de offic.legar.& In con.82.nu.1.in 1. par.con.Felin.in c.cum nobis.nu.4.vers. circa supremā potestatem. Alex.de Imol. in cons.15.nu.4.in 5.lib. cons.Ias.in cons. 70.nu.1.in 3.vol.con.Et hanc opinionem quò ad principem temporalem, magis communē esse dicit Aym. Crau. in tract. de antiquit.temp.in par.4.§.incip.materia ista singularitatis testiū.nu.73.Quam sententiā etiam de iure cōmuni Romano veriorem appellat Vasquius Menchacensis,in lib.1.controuers.illustr. c. 2.nu. 14.in fin. vbi illius Codex ab impressoribus, vt ex deductis allegatis satis apparet, non fideliter impressus est.

CONCLVSIO VIII.

76 SVPPLICATIONIS instantia regulatur secundum instantiam appellationis. Ita voluit gloss.in l.vnica.in verb.post fuc cessionem Iudicis.circ. fin. C. de senten. præfecti prætori. Et ibi hoc annotârunt Bald.nu.2.& Salyc.num.5.&idem Salyc. in l. fin.§.cui consentaneum. nu.5.C.de tempor.& repara. appella.Bald.in tracta. statut.in verb.statuere.Statutarij.num.6. vers.statutū quod permittit recurri contra aliquam sententiam, ille recursus debet regulari secundū quod regulariter appellatio, quantum ad tempus exercitij & terminationis eius. Hippol. de Mars. in suis sing.sing.88.& Nicol.Boër.in suis decis.quæst.247.num.9.in fin. Licèt autem Lanfranc. de Orian.post Specul.aliter de iure responderit, in tract. de arbit. in vlt. part.quęst.21.nu.53.communem opinionem esse contra allegatā gl.in d.l.1.Quòd instantia supplicationis duret tanto tempore, quanto durat causa principalis, tamen pulchrè consulēdo scribit, primam sententiam communiori voto approbatam esse, per rationes & authoritates Doc. ibi adductas Roland. à Valle, in cons.94. nu.22.cum sequent.in 1.Tom.cons.

IX. in Secunda parte.

T.

CONCLVSIO X.

1 TESTAMENTVM ad pias causas cum duobus testib. valet de iure Canonico, quod seruatur vbiq;, & sic etiā in terris imperij, secundū Bart. in l.1. nu.75.76.80.81.82. & 83. Ias. in Repet. eiusdem l.num.28.C.de sacros.Eccle.pro qua sententia est textus expressus in c.relatum.1.extr. de testam.Thob.Non.in §. sed hæc quidem. post nu.4. vers.decimò non procedit.Inst.de testam. Si verò non sit ad pias causas, de iure Canonico in terris Ecclesię, valet cum duobus testib. idoneis,& presbytero Parrochiali, aut duob. testib.loco ipsius presbyteri curati.c.cùm esses.& ibi Docto. extr. de testam. Bened. Capra, in con.43. nu.1.2.3.4.5.& 6.Philip. Corne.in con.77. nu.4.cum seq. in 1.vol. Dec.in con.285.num.7.& 8.in 2.part.Marian.Socin.Iun. in cons.78.num.31. & 32. Quam sententiam communem Doct. opinionem esse Capra, Corn.& Dec. ibid. cum Hier.Cagnol.in d.l.1.nu.34. vers. secunda conclus.attestantur.

CONCLVSIO XI.

2 TESTAMENTVM ad pias causas subsistit, etiam si testes nō fuerint rogati. Bar. in l.1.nu.74.& 75.Bald.nu.38.C.de sacros. Eccles.Paul. de Cast. In l. hæredes palàm. §.in testamentis.nu.5. ff. de testam. Estq; communis conclusio DD. referente Alex. de Imol. in cons.4. attentis narratis. nu. 6.vol.7. Licèt alij contrariam sententiam secuti fuerint, quos referunt Tiraquel. in tractat.de priuil. piæ causæ.priuileg.3. & Quint.Mand.in additio.ad allegat.Lapi, alleg.29.in verb.rogati.lit.a.

CONCLVSIO XII.

3 TESTAMENTVM valere non poteſt ſi non habeat ſeptem teſtes. l. ſi vnus. l. hac conſultiſſima. §. per nuncupationem. C. de teſtam. & tot etiam requiruntur ſecundum communẽ ſententiam tempore peſtis. Matth. de Afflict. in deciſ. ſacr. conſil. Neapol. deciſ. 25. Licèt autem Alex. & alij Doct. voluerint illud ſubſiſtere, ſi modò duo teſtes interueniſſent, in l. ſcriniarios. nu. 6. C. de teſta. mil. Mynſing. in obſerua. iud. Imp. Camer. in 1. Cent. obſeru. 96. & ita in Camera indicatnm eſſe ipſe inquit, tamen ſententia magis communiter approbata eſt in cõtrarium, quæ requirit quinq; teſtes. Angel. Aretin. in §. fi. Inſtit. de teſt. ordin. Iaſ. in l. fin. C. de teſt. Et hanc ſentẽtiam vti iüridicam, æquiorem & magis communem eſſe dicũt per mnlta fundamenta & rationes Phil. Dec. in con. 284. & ibi Carol. Molin. in verb. æquiorem. & idem Dec. in d. l. ſcriniarios. nu. 20. Franc. Ripa in tract. de peſte. in c. de priuileg. vltim. volum. in. cauſa peſtis. verſic. aut ſumus. num. 12. Rolan. à Vall. in conſilio 81. nu. 47. in primo tom. conſ. De hac conclnſione quoq; eruditè ſcripſerunt Hier. Schurff, in con. 8. & Viglius Suichem. in con. 9. in 4. tom. conſil. à diuerſis ac præcipuis tum Academijs, tum Iureconſultis Germaniæ conſcriptorũ, & Franco f. anno 72. impreſſ. Nouiſſimè Ioh. Hier. Card. Alba. in ſuis lucubrationib. ad lecturas Bart. in d. l. fin. C. de teſta. nec nõ Thobias Nonius, in §. ſed hac quidem. verſ. decimoquarto. poſt nu. 4. Inſt. de teſtamento.

CONCLVSIO XIII.

4 TESTAMENTVM cæci requirit pro forma quòd procedat hæredis inſtitutio anteqnam fiant legata. l. hac conſultiſſima. in fin. ibi. vt antè latæ formæ declarant. vbi Cyn. num. 2. Bart. num. 1. annotârunt, aſſerentes id ſpeciale eſſe in teſtamento cæci. & Dec. nu. 7. C. qui teſtam. face. poſſ. vel nõ. & in §. cæcus ibi. per obſeruationem. & ibi Angel. Aret. num. 2. dicit, ſe non audere à ſententia Bart. & aliorum recedere, & quòd illa in practica obſeruatur, maximè cum tex. in d. l. hac conſultiſſima. in cæco regulam negatiuam, quòd non poſſit teſtari, niſi his quæ ibi traduntur ſeruatis, poſuerit. Inſt. quibus non eſt permiſſ. facer. teſtam. & idem Ang. in §. ante hæredis. Inſtit. de legatis. & Bart. Cæpol. in tract. cautel. caut. 90. Hac ſententia non refragante contrariam ſententiam Bald. defendit, inquiens in d. l. hac conſultiſſima. nu. 6. illum textum nõ continere cauſam formalem, ſed vſitatũ modum teſtandi, quo veteres vſi ſunt, qui ſemper hæredis inſtitutionem præfetebant. Qua re cùm hodie in quacunq; parte, vel in fine teſtamenti hæredis nomen ſcribatur, dicitur caput teſtamenti. l. pen. C. inſtit. & ſubſti. Cumq; talis omiſſio ſolennitatis ſit leuis, non debet vitiare teſtamentum. l. 1. in fin. ff. de ventr. inſpi. cuius ſententiam alij Doct. communiter ſequuntur. Paul. de Caſt. in d. l. hac conſultiſſima. nu. 5. in fin. Alex de Imol. nu. 17. & copiosè Iaſon per ſeptem argumẽta. nu. 1. 2. & 3. & ita ipſe quoq; conſulendo ſcribit in conſil. 26. nu. 1. in 1. vol. conſ. Hanc ſententiam magis communem eſſe teſtantur Brun. in tract. de form. & ſolen. in artic. Quãdo aliquid cenſeatur traditum pro forma. in 8. concluſio. verſ. & præpoſteratio. & in d. artic. in 11. verſ. prædicta concluſio. & Rolan. à Vall. in con ſ. 82. nu. 16. ibi, præſertim cùm ſimus in articulo, in quo adeſt communis pro nobis. & nu. 17. verſ. ſecundò dicitur, in 1. Tomo con. vbi ipſe argumentis, quæ in contrarium adducuntur, ordinè reſpondet. Et illam etiam ſequitur Ioan. Dilectus, in tractat. de arte teſtanti, tit. 1. de his qui non habẽt factionẽ teſtamenti. cautel. 8. Quo remedio ſuſtineatur vltima voluntas cæci. verſ. tertiò quòd legata. nu. 2. Huius cõcluſionis meminit quoq; Burſ. in cõſ. 47. nu. 10.

CONCLVSIO XIIII.

5 TESTAMENTVM ſi totum frangeretur, & caduca fieret omnis teſtatoris diſpoſitio, videlicet quia pater duorum filiorum, vnũ inſtituerit, alium verò ab eo quidem gradu præterierit, ſed inſtituto ſubſtituerit: Nam vterqne admittitur pro æquali portione, Paul. de Caſt. in l. ſi filius qui. num. 30. ff. de lib. & poſth. Sed contrarium magis communiter receptum eſſe videtur. Soc. in l. 1. poſt nu. 31. ff. de vulga. & pupill. Sfortia Oddus in tract. compendioſæ ſubſtitutionis, in præludijs, in 5. quæſt. verſ. quartus caſus eſt.

CONCLVSIO XV.

6 TESTAMENTVM vires aſſumere poteſt

testâ tacita vulgari substitutione. Bart. in l. 1. nu. 30. ff. de vulga. & pupill. substit. per l. neq; enim. §. fin. ff. de milit. test. Et Bartoli sententiam communem esse fatetur Iaf. in d. l. 1. num. 57. vers. tertiò principaliter quærit Bartolus. ff. de vulga. & pupil. cuius decisionis quoq; meminit Sfortia Oddus, in tract. compendiosæ substitut. in prælud. in 5. quæst. vers. communiter.

CONCLVSIO XVI.

7 TESTAMENTVM posterius patētum valere dicunt DD. etiamsi aliud prius factum fuisset, modò in secundo testamento pariter essent instituti liberi, & istud secundum esset ipsis liberis magis fauorabile, idque adeò vt primùm non solenniter conditum reuocetur per secundum solenne, sed quod maius est, etiamsi primum esset perfectum & solenne, & istud secundum magis fauorabile esset imperfectum, & minus solenne. Eo tamen casu primum reuocatum intelligitur. gloss. in Auth. in §. & siquidem. in verb. perfecta. de testam. imperfect. Et declarat hoc ibi Angel. de Perus. num. 5. inquiens: Ex hoc ergo patet, quòd testamētum conditum inter liberos, licèt imperfectum, non reuocatur per secundum conditum inter extraneos, quantumcunq; solenne, nisi testator expressim dicat, prioris voluntatis se pœnitere. Sin autem secundum esset conditum inter liberos, sicut primum per secundum reuocetur, primum etiam si secundū esset imperfectum, quia quantum ad filios secundum testamentum est imperfectum, sicut & primum, &c. Bald. in Auth. hoc inter. num. 4. C. de testam. Lud. Rom. in cons. 385. in casu præmisso. num. 2. Soc. Iun. in cons. 133. num. 33. lib. 1. Estq; hæc communis DD. sententia referentibus Iaf. in d. auth. hoc inter. num. 1. in fin. & eodem Soc. Iun. Nepot. in cons. 127. nu. 10. lib. 1. & cons. 144. num. 57. in 2. vol. con necnon Horat. Mando. in addit. ad con. Lud. Rom. in d. cons. 385. in verb. numerus. Explicat quoque Clar. in §. testamentum. quæst. 98. libro 3. senten.

Tertius agens pro suo interesse, quem oppositorem appellamus, debet in eo statu quo causa reperitur solummodò audiri. DD. in l. sæpè. ff. de re iudica. Matth. de Afflict. in decisio. sacri concilij Neapolit. decis. 235. De tertio producente testes post publicationem in causa. Francisc. Marc. in decisio. Senatus Delphinatus, quæst. 272. inquit, numer. 2. quod tertius sciens litem seque non opponens, nec à lata sententia appellans præiudicium saltem quò ad possessionē sibi parat, & hanc communem DD. sententiam esse scribit. Et quòd tertius iudicium acceptet eo in statu, in quo tunc reperiatur, cùm ad iudicium accedit, est textus expressus in ca. fin. in fin. vt lite penden. nihil innouet. in 6. Plures auctoritates adducit Aymo Crauet. in consil. 14. nume. 4. & post eum Iacob. Menoch. in tractat. de arbitrar. iud. quæstio. libr. 2. Cent. 1. casu 18. Quando tertius pro suo interesse audiatur, & de tempore intra quod de suo interesse probare debet. Multa notatu digna quid sit præcipuè obseruādum, vbi qui nondum litigauit, litis & causæ examini se offerat, quem tertium oppositorem appellari diximus, congessit Didac. Couartu. in suis practic. quæstio. cap. 13. De hac doctrina multa quoque lectu non indigna scripserunt ad Oct. Vest. in Rom. aulæ actionē, & iudiciorum mores Isagogen, lib. 5. cap. vlt. in verb. ex quo admissio, lit. i. & Hartman. Hartman. in lite. n. practic. forens. sub tit. de actore. cap. 10. Tertius quando & quomodo possit pro suo interesse in iudicio comparere. & Rebuff. in tract. de arrestis opponentibus contra ea, in tomo 3. commentatiorum, in constitutiones regias Gallicas.

CONCLVSIO XVII.

8 TESTAMENTVM coram Principe vel Imperatore cōditum requirit aliquot testes, secundum glossæ sententiam, in l. omnium. in verb. testibus. C. de testam. Licèt ea non declaret quot testes requirantur, cuius sententiam Bart. Bald. Ang. Salycet. & Alex. ibi probant: tamē solummodò in numero variāt, Quia Angel. requirebat septem, Salycet. tres, Bart. Bald. & Alex. dicunt, duos sufficere, argumēto l. vbi numerus. ff. de testib. VetūmPaul. de Castr. Fulgos. & Iaf. voluerunt nullum testem requiri. Sed communis opinio Doc. est, quòd aliqui requirantur, saltem duo. Ita referunt Marian. Socin. Iun. in consil. 138. nume. 10. in 1. part. consil. & Didac. in titul. de testam. in 2. part. Rubr. nume. 2. versic. imò testamentum factum præsente ipso

P 3

te ipso Cæsare, vel Rege supremo. in 1. tom. Nouissimè Thob. Non. in §. sed hęc quidem. post num. 4. versic. tertiò limitatur. Instit. de testament.

CONCLVSIO XVIII.

9 TESTAMENTVM imperfectũ ratione voluntatis, etiam inter liberos non seruari tradiderunt Scribentes in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. Et hanc communem opinionem Doct. esse dicit Alex. de Imol. in cons. 76. num. 13. in lib. 3. consil. Nouissimè pręclarè Ioh. Hier. Catd. Alba. in suis lucubrationibus ad lecturas Bartol. in d. §. ex imperfecto. Plenè Nicol. Boër. in suis decis. quæstio. 240. num. 4. & 5.

XIX. XX. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO XXI.

12 TESTATOR si legauerit 100. aureos Ecclesiæ, nec tamen mentem & sententiam declarauerit, cui Ecclesiæ illos relinquere voluerit, intelligitur illud legatum Ecclesiæ Parrochiali relictum esse. Cyn. in l. 1. num. 7. vers. quintò quæro. C. de sacros. Eccles. Bart. in l. quæ conditio. §. fin. nume. 1. ff. de condit. & demonst. Ias. in §. ex maleficijs. nu. 46. Instit. de act. & idem in d. l. 1. num. 1. & eiusdem Repet. num. 4. Et hanc communem Doct. sententiam esse inquiunt Bart. Socin. in d. l. quæ conditio. d. §. fin. numer. 1. in fin. Et Hieron. Cagnol. in d. l. 1. num. 24. C. de sacrosanct. Eccles. argumento illius §. fin. Si testator iusserit aliquid in foro fieri, intelligitur in foro domicilij ipsius testatoris, eò quòd maiorem affectionem censeatur habuisse ad illum locum. Ita consulendo scribit Ludouic. Rom. in cons. 408. num. 5.

CONCLVSIO XXII.

13 TESTATORIS prohibitio de non diuidendo, si est factum ad tempus certum, valet per tex. in l. 4. quem ad hoc not. Bal. nu. 1. vers. secundò nota. ff. de cond. instit. Paul. de Castro, in l. si non sortem. §. si centum. num. 4. ff. de condict. indeb. vbi ipse distinguit, si testator mandasset, vt non diuiderent vsq; ad certum tempus, tunc valeret, secùs verò si mãdasset, vt nunquam diuiderent, quemadmodum in pacto distinguitur. l. in hoc iudicio. §. si cõueniat. ff. communi diuidundo. Barthol. Socin con. 278. nu. 11. vers. aliquando & secundò apponitur pactum. in vol. 2. con. Mantua in Mantissa ad 2. cons. Tom. cons. 326. in ord. nu. 2. Quam sententiã latiùs defendit Ias. in d. §. si centum. nu. 3. cum seq. Licèt Alex. de Imol. ibidem contrariam sententiam amplectatur, tamen priorem cõmunem Bart. Socin. in d. con. 278. num. 12. & æquiorem Ias. in d. §. si centum. num. 5. appellãt. Sed quid in tempore incerto, puta ad vitam alicuius, vt nõ fieret diuisio, dicendum. Et in conuentione responderat Flor. in d. §. si conueniat, eam in tempore incerto ad vitam alicuius subsistere, ita quoq; posset testator pręcipere, ne sui hęredes etiam quamdiu viuant, hæreditatẽ diuidãt, cùm societas ad vitam à iure non improbetur. l. 1. ff. pro socio. & quod in d. §. si conueniat, asseritur nõ valere pactũ, ne omninò diuisio fiat, intelligi de pacto, de non diuidẽdo in æternũ. l. nulla. ff. pro socio. Alex. de Imol. in con. 59. nu. 9. in 5. vol. con. Ias. in §. quædam. vers. quid diceretis de casu isto. num. 41. Inst. de act. Dec. in cons. 265. & ibi ipse nume. 2. inquit, d. §. si conueniat, intelligendum esse, ne omninò diuisio fiat, cùm illa dictio, omninò, naturam habeat præcisam, & intelligatur quòd nullo modo fiat diuisio. c. etsi Christus. vbi Abb. extr. de iureiur. & idem Dec. in l. si quis in conscribendo. nu. 24. & Alciat. num. 17. vers. quòd si conuenerit. C. de pact. Steph. Bertran. in consil. 76. in volum. 2. parte priore. Ioan. Dilect. in tract. de arte testand. titulo octauo, de varijs testato. præceptis. Cautel. octaua. Carol. Molin. in suis additionib. in verb. ad tempus. in decimooctauo consilio. Alex. lib. secundo. Et hãc Doctorum communem sententiã esse consulendo scribit Rolan. à Valle, in consilio octuagesimoquarto, in primo Tomo con. Quamuis Bart. Socin. in d. consilio ducentesimo septuagesimooctauo. contrariam sententiã communem dixerit.

CONCLVSIO XXIII.

14 TESTATOR si rem duob. seorsum legat, ambo per concursum admittuntur. Bart. in l. re coniuncti. nu. 7. ff. de legat. 3. & in l. sicut. ff. de adimen. legat. & in l. si Fortidianum. C. de legat. quã doctrinam latiùs declarârunt Alex. in d. l. si Fortidianum. & in cons. 169. lib. 5. Ias. Crot. & nouissimè

uissimè

uissimè Romul. in d. l. re coniunctì. Estq; communis opinio, Quòd si legatum sit secundo, non videtur ademptum primo totum, sed ambo per concursum admittuntur, vti referunt Ias. in d. l. re coniunctì. nu. 24. & Mar. Ant. Natt. in suis addit. ad consil. Alex. de Imol. in d. cons. 169. in verb. & æqualiter.

CONCLVSIO XXIIII.

15 TESTIS in parte verus, & in parte falsus, in toto reputatur falsus. Hanc Doct. communem opinionem esse refert Hip. de Mars. multis allegatis authoritatibus Doct. in suis sing. sing. 76.

CONCLVSIO XXV.

16 TESTIS dictum reprobatum in vno, non admittitur etiam in alijs. cap. testimonium. extr. de testibus. Et hanc opinionem esse communem, testatur Alex. de Imola, in consilio 27. nu. 3. vbi Carol. Mol. in verbo, in alijs. plures authoritates allegat in secundo vol. consil. Item si testis dicit falsum in vno, repellitur à toto testimonio. l. qui falsò vel variè. ff. de testib. Et hanc quoq; communem esse dicit Dec. in cons. 105. post nu. 5. vers. similiter testis vltimus. Meminit huius dicti Hier. Grat. in cons. 50. nu. 3. in 2. lib. respons.

CONCLVSIO XXVI.

17 TESTIS dictum primum semper attendi solet. capi. sicut nobis. & Abbas plenè in capit. cùm in tua. num. 9. versic. vltimò hic quęro. ext. de testibus. vbi ipse distinguendo eam doctrinam egregiè explicat. Quod adeò generale est, vt etiã procedat, quando aliquis interrogaretur de se & alio, staretur suæ primæ dispositioni: Licèt contrarium posteà in quæstionib. & tormentis diceret & fateretur. Bartol. in l. 1. §. quæstioni. ff. de quæstionib. Dec. in consil. 185. numer. 8. versic. secundò respondetur. Et hanc communem Doctor. sententiam esse, quod primum dictum attendatur, scribit consulendo Philip. Dec. in consil. 189. numer. 10. versic. secundò principaliter. in prima parte consil. & Roland. à Valle, in consilio 16 num. 23. in primo Tomo consil. vbi ipsi plures authoritates Doct. adducunt.

CONCLVSIO XXVII.

18 TESTIBVS dicentibus se precibus alicuius falsum testimonium tulisse in nullo dandam esse fidem, consuluit Fulgos. in cons. 173. Et istam verã & communem opinionem esse scribit consulendo Dec. in consil. 189. num. 9. in 1. part. consil. Ita quoq; refert Rolan. à Vall. in cons. 16. nu. 7. in 1. Tom. cons.

CONCLVSIO XXVIII.

19 TESTIS periurus repellitur à testimonio, quia tota fides testis pẽdet à iuramento, etiam si falsum deponeret super articulo impertinenti, adhuc tamen diceretur periurus. Alex. de Imol. in con. 28. nu. 4. in 6. vol. con. & Crauet. in con. 6. num. 19. in 1. part. con. Et hanc sententiam communem esse ex sententia eiusdem Alex. scribit consulendo Rolan. à Valle, in cons. 7. numer. 22. & 33. in 1. volum. con. & licèt in causa ciuili periurium aut infamia testis purgetur per torturam, & stetur dicto testis in tortura, secùs tamen est in causa criminali. Dec. in consil. 189. num. 11. versic. nec obstat quòd infamia, in 1. part. consil. Quod etiam nõnulli Doct. procedere extendunt, vt periuri repellantur à testimonio in ciuilib. etiam emendati de delicto, vt tradit post alios Rolan. à Valle, in con. 16. nu. 11. 12. & 13. in 1. tom. con.

CONCLVSIO XXIX.

20 TESTIS si qualitercunq; protulerit dictionem (plus) illam nihil operari, cùm dubia probatio nihil releuet. c. in præsentia. extr. de probat. l. non hoc. C. vnde legitimi. Communem & veram conclusionem Doct. esse scribit Ias. in l. etsi post tres, nu. 7. & 14. vbi ipse tamen aliquot limitationes præcedenti doctrinæ adiecit. ff. si quis cautionib.

CONCLVSIO XXX.

21 TESTIS quando vnum dixit extra iudicium, & aliud in iudicio solẽni cum iuramento, statur secundo dicto: Quia ex quo secundum dictum est iuratum, & coram iudice, præsumendum est pro illo, & quòd tunc magis dixerit veritatem, tum propter reuerentiã sacramenti, tum propter iudicis authoritatem, tum etiã, quia tunc liberiùs loquitur, cùm pars non sit

præsens. Ioan. Pet. de Ferrat. Papien. post alios in sua practic. in forma opponendi contra testes, in verbo, ac etiam varij. numero 2. versic. secundo autem casu. Hanc veram & magis communem conclusionem Doctorum esse dicit Alex. de Imola, in consilio ducentesimo vigesimosecundo, numero decimotertio. vbi Carol. Molin. in verb. solenniter. plures authoritates Doct. hoc asserentium adducit in secundo libro consiliorum. Quæ tamen sententia recipit aliquot limitationes relatas & explicatas ab Aymon. Crauett. in consil. 6. numer. 45. & 46. in prima parte consil. & Roland. à Vall. in cons. 40. nu. 9. cum sequent. in 1. tomo cons.

CONCLVSIO XXXI.

22 TESTIS an pater spiritualis esse possit pro illo, quē leuanit de sacro fonte, DD. inter se nō conueniūt. Bald. voluit eum testem esse non posse. in l. generaliter. ff. de in ius vocand. quia inter istas personas contrahitur quædam spiritualis cognatio, quæ est par carnali cognationi. Alex. de Imol. in con. 143. num. 6. vers. quidam etiam ex illis testibus. Plures authoritates adducit Franc. Curt. in tract. de testib. conclus. 30. Alij voluerunt eum admittendum esse. Bald. sibi contrarius in l. parentes. num. 3. C. de testib. Alex. de Imol. In con. 42. nu. 18. lib. 3. cons. quia edictum de testibus est permissorium, & qui non inuenitur testificari prohibitus, intelligitur permissus. l. 1. ff. de testibus. Et idem Alex. in cons. 125. num. 4. in 4. lib. & in con sil. 237. nu. 8. vers. Est verum, quod in hoc aliqui contradixerunt, volentes quòd tale vinculum cognationis spiritualis non inhabilitet testem. & ibi Carol. Molin. in verb. volentes. lib. 6. con. Idem Alex. in l. generaliter. ff. de in ius vocan. Crauet. in con. 169. in princ. Et hanc sententiam approbat idem Curt. in d. cons. 30. vers. sed in contrarium decidūt. Et eandem communiter DD. amplecti refert Ioh. Crot. in tract. de testib. part. 4. num. 69. vers. contrarium tamen communiter concludūt DD. & ibi Pet. de Moncad. etiam alias authoritates non adductas in verb. Doct. lit. b. allegat.

CONCLVSIO XXXII.

23 TESTES domestici & familiares, id est, de domo & familia à testimonijs repelluntur. l. 2. C. de testib. c. in literis, ext. eod. Specula. in tit. de teste. in §. opponitur autem contra testem. numer. 11. vers. Item excipitur, quòd est domesticus, vel familiaris. Quæ doctrina secundum communem & receptam Doctor. sententiam intelligitur, siue cohabitent domino, siue non, dum tamen ei sint subiecti ratione patriæ vel dominicæ potestatis. Zas. plures citans in con. 19. nu. 7. lib. 11. cons. Et hanc conclusionem latiùs declarârunt Ant. de Butr. Abb. Fel. & alij in d. c. ex literis. Nouissimè Lancillot. Conrad. in suo prætorio & curiali breuiario. §. personas testium aggrediendo. in verb. domestici. & Iob. Campeg. in tractatu & regulis de testibus, reg. 11.

CONCLVSIO XXXIII.

24 TESTES post publicationem admitti possunt super ijsdem articulis vel omnino contrarijs, quando simul cum eis producitur instrumentum. Nam eo casu cessat timor subornationis propter concomitantiam instrumenti. c. series. & ibi Anto. de But. in 3. notab. nu. 2. Ioh. de Imol. in 1. notab. extr. de test. Lud. Rom. in suis singularib. sing. 81. Bart. Soc. in tract. fallentia. reg. 403. Testes publicatis attestationib. in causa principali, & in causa appellationis super antiquis capitulis produci non possunt. numer. 47. vers. Fallit, quia etiam post publicationem. Et hanc sententiam communiter approbari scribunt Apostil. ad d. singul. Roman. d. sing. 81. & Ioh. Hiero. Catd. Alba. in suis lucubrat. in Bart. in Auth. qui semel. num. 4. C. de probat.

CONCLVSIO XXXIIII.

25 Testes singulares probant quando tractatur de probando aliquid in genere, secundum sententiam magis communiter approbatam. Licèt nonnulli contrariam sententiam secuti fuerint. Aym. Crauetta, in cons. 71. nume. 32. cum sequent. in 1. part. & Iacob. Mandel. Albensis, in cons. 25. num. 1. 2. & 3. cum sequent. per multas authoritates ibi adductas. Vnde satis est probare mulierem esse inhonestæ vitæ, & in eo casu sufficerent testes singulares, vt pulchrè tradunt Alex. de Imol. in consil 13. nu

13.nu.24.vbi Carol.Molin.& Natt.plures authoritates addunt,libr.7.conf.& idem Natta in con.205. & ibi ipse dicit num.4. etiam admitti testes ad testimoniũ, qnan do probetur, aliquam meretricem esse, qui cum ea rem habuerunt.

CONCLVSIO XXXV.

26 TESTES licèt fuerint de falso accusati & condemnati, talis sententia non præiudicat producenti. Ita valdè eleganter inquiunt, Bart. in l. Lucius Titius. num. 1. Quod licèt producens condemnaretur de falso, hoc non præiudicaret testib. & è conuerso, Licèt testis condemnaretur de falso, hoc non præiudicaret producenti. & Bald. num.3. Quod crimen falsi ventilatum cum parte, nõ noceat testi, nec cum teste, officiat parti. Vnde quamuis testis accusaretur de falso, non suspenditur processus. ff. de his qui not. infam. & Bart. in l. si testamentum. nu.3. ff. de petit. hæred. Quam doctrinam & Cyn. in l. 1. nu. 15. & 16. C. qui accusa. non poss. Bart. & Bald. in l.2. & Bald. in fin. num.7. C. de fide instru. latiùs prosequuntur. Et hãc communem Doctor. opinionem esse meminerunt Panorm. in con.16. nu.6. in 2. par. & Roland. à Valle, in con.13. nu.13. in 2. Tom. con.

CONCLVSIO XXXVI.

27 TESTES non iuratos iudex admittere posset, si in rescripto illo clausula, omni iuris solennitate remissa, apposita esset: Quia nihil aliud est procedere sine solennitate, quàm sine figura. Bart. in l. filiusfamiliàs. ff. de dona. Ita firmat Felin. in c. dilecti filij. vbi ipse multos Doct. nu.5. extr. de iud. allegat. Et hanc opinionem magis communẽ esse inquit Octauian. Cacheran. in decis. senat. Pedemon. decis. 1. nu.17. Licèt contrariam sententiam ipse Felin. in cap. constitutus. num.16. extr. de rescript. & alij Doct. secuti fuerint, vti latiùs declarat d. Octauian. in d. decis. 1.

XXXVII. XXXVIII. XXXIX. XL. XLI. XLII. XLIII. XLIIII. Inf. in 2. part.

CONCLVSIO XLV.

36 TESTIMONIO singulari plenè non creditur, etiamsi persona sit honesta, & agatur de proprio facto & gesto. Quæ sententia communiter approbatur, vt duob. locis nouissimè pluribus adductis auctoritatibus tradit Iacob. Menoch. in tracta. de arbitra. indic. quæst. & caus. lib.2. cent. 1. casu 99. Disputatio accurata quando credatur testimonio singulari illis, qui de gestis à seipso deposuit. & in cons. 98. nu. 16. vers. tertia accedit vera illa & magis recepta sententia, vnde Dec. de iure respondit, non credi testimonio asserentis se de alicuius mandato scripsisse, in cons. 510. numero 2.

CONCLVSIO XLVI.

37 IN Transactione secundum veriorem & magis communem opinionem, remedium l. 2. C. de rescind. vend. locum habet. Bart. in l. si quis cùm aliter. nu.5. vers. quæro quid si in contractu transactionis. ff. de verb. obligat. & idem Bartol. in l. 2. nu.7. vers. quæro vtrùm hæc lex habeat locum in contractu transactionis. C. de rescind. vendit. Licèt alij multi Doct. reclament, Alex. de Imol. ibid. nu.8. vers. iuxta hoc quærit hîc Barto. & hanc sententiam ipse tutiorem appellat. & Ias. nu.13. vers. contrariam opinionem. atq; Dec. in con sil. 216. nu.4. in 2. part. con. Et hanc quoq; DD. restringunt, vt scilicet non procedat, si in ea sit euidens calumnia. l. in summa. in prin. ff. de con. indeb. Bart. in l. sub prætextu instrumenti. nu.4. C. de transf. Ang. de Vbal. in con.94. nu.6. vers. pro hac parte. Tiraq. in tract. de vtroq; retract. in ver. de retraict. lignagier. §.24. num. 4. versic. quod tamen intellige, pag. libri mei 459. vbi ipse communem sententiam eam esse dicit, quæ negat in transactione locum esse remedio d. l. 2. tamen prior sententia magis æqua & communis est. Chalderin. in con.3. in tit. de transact. Ioan. de Anan. in con.33. nu.4. & ibi Ludou. Bolog. nu.7. Fabian. de Monte, in tract. de emp. & ven. in 8. q. prin. nu.8. cum seq. & nu.13. inquit: Sententiã Bart. æquiorẽ & tenendam esse, in 5. vol. tract. Doct. Dec. & Mandell. ex communi voto Doct. scribunt hanc magis communẽ esse. Dec. in cons. 60. nu. 4. vers. ex quo infero, in 1. par. & in con. 597. nu.10. In 4. par. con. Mandel. in con. 1. nu. 12. in suis con. Quamuis non ignorẽ Philip. Dec. has sententias contrarias Doc. secundum Phil. Corne. doctrinam, in con. 27. liter. F. vers. non obstat. in 4. vol. confœdere distinctionis concordari posse existi-

existimasse. Dec. in l. cùm te. C. de trāsact. & in con. 203. num. 4. in 1. par. con. & in d. cons. 597. nu. 10. in 4. par. Quia si excessus vltra dimidium iustæ æstimationis sit in modico, quòd tum procederet opinio negatiua, si autem esset magnus excessus, tum opinio affirmatiua locum haberet. Nouissimè in vtramque partem adducit auctoritates Ioh. Hier. Card. Alba. in suis lucubrationib. in Bartol. in d. l. 2. versic. posteà Bartolus.

CONCLVSIO XLVII.

38 TRANSACTIONEM factam non inspectis nec cognitis verbis testaméti, non valere, expressi iuris est. l. de his. l. non est ferendus. ff. de transact. l. 1. ff. quemad. testam. aper. Secùs autem si iuramentum interueniret, quod habet vim specialis consensus. Bald. in l. 1. nu. 4. vers. secundò quæritur. C. commodati. Quia legibus prohibitiuè loquentib. cum iuramento renunciari potest. Ioan. de Imol. in c. cùm contingat. num. 96. extr. de iureiur. Alex. de Imol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbor. oblig. & in cons. 11. nu. 14. vers. tamen indistinctè videtur, in 2. lib. cons. Bart. Soc. in cons. 103. nu. 6. vers. præterea. in 3. vol. cons. Phil. Corn. in cons. 6. liter. K. vers. tamen iuramentum, in 1. volum. cons. Socin. Iun. in cons. 116. nu. 75. & 76. vbi inquit etiam sufficere generalem renunciationem, in 1. par. cons. & Ludouic. Bologni. addit iuramētum tantùm operari; etiamsi non vidisset testamentum, nihilominus valere dictam conuentionem & transactionem, in cons. 32. num. 9. Quare si per verba generalia omni iuris auxiliō renunciatum fuerit, videbitur renunciatum dispositioni. d. l. de his. Marc. Anto. Baucrius in tract. de virtu. & virib. iuramenti. num. 51. vers. trigesimoquinto. in 5. vol. tract. Doct. Multi autem alij Doct. contrariam sententiam de iure veriorem & magis communē esse arbitrantur, Philip. Corne. in cons. 135. lit. R. versic. potest. in 2. vol. cons. And. Barbat. in con. 55. nu. 13. in 2. vol. cons. Quia si renuncietur alicui iuri prouenienti ex aliquo testamento, nisi saltem in specie fiat mentio de tali testamento, renunciationem non tenere. Et hanc sententiam communiorem Doct. opinionem esse, consulendo post aliorum Doct. authoritatem deductam, scribunt Marian. Socin. Iun. in con. 129. num. 32. in 1. part. cons. Rolan. à Valle, copiosè satis in cons. 13. num. 27. cum sequent. in 1. Tom. cons. quorum allegationes transscribere non est necesse. Contrarijs authoritatib. & fundamentis satis benè à Valle respondetur.

CONCLVSIO XLVIII.

39 TREBELLIANICAE detractionem, secundum communem Doct. sententiam, testator in suo testamento prohibere potest, gl. in §. si verò expressim. in verbo, substitutis. in Auth. de hæredit. & falcid. Bart. in l. Marcellus. num. 7. vers. secunda quæstio est. ff. ad Senatuscons. Trebel. Et hanc sententiam Doct. communem esse scribunt passim interpretes, Angelus, Aretin. in §. sed quia. num. 3. Instit. de fideicom. hæred. Alex. in cons. 67. num. 1. vers. & licèt an dicta prohibit. in 1. lib. & idem Alex. in cons. 5. num. 16. Sed hodie secundum magis communem opinionem in 3. vol. con. Ias. in d. §. Marcellus. num. 40. cum seq. & idem in cons. 84. num. 9. vers. tamen tenendo aliam opinionem, quæ apud Docto. videtur esse communior. in 1. vol. & in cons. 99. num. 2. vers. tamen tenendo. in 4. vol. cons. Dec. in cons. 81. nu. 3. vers. similiter Marian. Socin. in consil. 137. in 1. par. nu. 6. vers. est enim magis. & in con. 28. nu. 2. in 2. par. con. Licèt autē multi alij Doct. reclament, eorumq; sententiam veriorē esse referat Alex. in d. §. Marcellus. nu. 8. vers. & quanquam prima opinio sit satis communis, tamen hæc opinio verior videtur per multas authoritates & fundamenta, tum per Ias. tum per Alex. adducta. Hanc tamen communem sententiam in filijs primi gradus non procedere testantur allegati Doct. Ias. in d. §. Marcellus. nu. 53. vers. nunc istam communem conclusionem Dec. in con. 269. nu. 15. in 2. par. con. Maranta in con. 103. nu. 9. & 10. in 1. vol. con. Soc. Iun. in d. con. 137. nu. 7. Roland. à Valle, in con. 12. nu. 6. in 1. Tom. cons. Etsi Ferdinand. Vasq. sententiam contrariā remissiuè sequatur in lib. 2. de succes. resolu. §. 10. nu. 27.

CONCLVSIO XLIX.

40 TREBELLIANICA an per non confectionem inuētarij perdatur. De hac quæstione adeò vario modo Doct. loquūtur, vt vix

vt vix diſcerni poſſit, quæ ſit vera quæúe commnnis opinio. Quidam dicunt, Trebellianicam amitti per non confectionē inuentarij, per tex. in §. ſi verò non fecerit inuentarium. in Auth. de hęred. & falcid. & hanc ſententiā ſibi placere ſcribit Soc. in l. Marcellus. §. quòd autem. nu. 14. verſ. circa tertiam quæſtionem. ff. ad SC. Trebell. & ita conſuluit Philip. Dec. in conſ. 236. nu. 5. verſ. quintò quæritur de articulo valdè diſputabili. in 2. part. & in conſil. 480. numer. 15. cum ſeq. verſ. poſtremò in iſto caſu. in 4. part. con. atteſtando veriorem & magis communem hanc Doct. opinionem eſſe, id nititur ipſe oſtēdere per allegationes multarum ſcripturarum, authoritatum, & præſertim conſiliorum, quæ transſcribere nō eſt neceſſe. Sed contrariam opinionem æquiorem, benigniorem, magis communem & tenendam eſſe, quòd non perdatur Trebellianica per non confectionem inuentarij, ſcribunt nouiſſimè multorum Doct. authoritates adducētes Hier. Cagnol. in l. Papinianus. §. meminiſſe. num. 15. verſ. ſed contraria opinio. ff. de inoff. teſta. in Tom. 1. oper. ſuorum. Didac. Couar. in c. Raynutius. §. 11. num. 10. ext. de teſtam. in Tom. 1. Relection. & Roland. à Valle, in conſ. 27. num. 27. in 1. Tom. conſ.

CONCLVSIO L.

41 TREBELLIANICA etſi detrahi ſoleat de ſubſtitutione, illud intelligitur de ſubſtitutione fideicommiſſaria, non autē de breuiloqua, quæ naturaliter non cōtinet fideicommiſſariā. l. iam hoc iure. in verb. vulgarem duntaxat. ff. de vulga. & pupill. ſubſt. & in l. 2. C. de impub. & alijs ſubſtit. vbi Bart. multùm commendat illum textum, ſubdens ſe ita conſuluiſſe Doct. in l. ex teſtamento. C. de teſtam. milit. Bart. & alij in l. Lucius. ff. de vulg. & pupil. Barth. Soc. in conſ. 6. nu. 2. in 3. vol. conſ. & Dec. nu. 6. in conſ. 205. in 2. part. con. teſtantur ſententiam Bart. communiter obſeruari, & approbatam eſſe, Rolan. à Vall. in con. 25. nu. 2. in 1. Tom. con.

CONCLVSIO LI.

42 TVTORVM, curatorum, prælatorum, & aliarum perſonarum bona, quādo pro mala adminiſtratione obligentur, an à tempore ſuſceptæ adminiſtrationis, vel à tempore malæ adminiſtratiōis, inter DD. diſceptatur, Et ab ijs duæ opiniones referuntur, quarum prima, quòd bona cenſeantur obligata ex tempore ſuſceptæ tutelæ, per text. in l. cùm oportet. §. fin. C. de bon. quæ lib. Altera verò eſt, quòd tutor & aliæ perſonæ primùm à tempore, quo adminiſtrationem malè adminiſtrâtunt, obligentur. l. hac edictali. §. pen. C. de ſecun. nupt. quam ibi glo. approbare videtur. Gloſſa autem in l. pro officio, in verb. obligata. C. de adminiſt. tuto. ambas opiniones refert, nihilq́; cōcludit. Cæterùm communis DD. ſententia eſt, tutores & alias perſonas à tempore ſuſceptæ adminiſtrationis teneri, eorumq́; boña tacitè hypothecata eſſe. Sal. in d. l. pro officio. Ad contraria autem argumenta, & ad d. l. hac edictali. §. pen. reſpondet Socin. Sen. in conſil. 62. nu. 1. in 1. vol. conſ. hancq́; communem eſſe atteſtatur. Ita etiam Anto. Neguzant. in tract. de pignor. & hypoth. in 4. membro. 2. part. principal. nu. 12. in 9. vol. tract. & nouiſſimè Ioh. Hier. Card. Alba. in ſuis lucubrationibus in Bartol. in dict. l. cùm oportet. §. fin. C. de bon. quæ liber.

CONCLVSIO LII.

43 TVTOR ſi allegetur ſuſpectus, dubiū eſt, an in totum ſit remouendus, vel alter ei adiungendus ſit, in tutore non coniuncto certum eſt, quòd in totum remoueri debeat, ſi autem eſt coniunctus, ei dādus eſt conſocius, ſi ſuſpitio ſit debilis, & parui momēti. Bart. in l. ſi tutor. ff. de ſuſpect. tuto. l. quod ſi fortè. §. ſunt quidam. & ibi Paul. de Caſtr. num. 2. ff. de ſolutio. Ang. Aret. in prin. nu. 4. in glo. dicendum. Inſt. de ſuſpect. tuto. vnde pendente lite ſuper eiuſmodi ſuſpitionem non debet ei adminiſtratio interdici. Bart. in d. l. ſi tutor. nu. 3. & in d. l. quod ſi fortè. §. ſunt quidā. nu. 4. & 5. Licèt nonnulli contrariam ſententiam ſecuti fuerint, tamen hæc communis eſt vt refert multis adductis auctoritatibus Borgninus Caualcantus in tract. de tutor. & curato. capitulo primo, numero 19. Secùs ſi non fecerit inuentarium, vel bona dilapidauerit, aut pupillam ante tempus, vel non condigno maritare voluerit. Matth. de Afflict.

in ſuis

in suis decis. decis. 207. & per alias auctoritates à Botgnino prędicto loco adductas.

CONCLVSIO LIII.

44 TVTORI cuilibet vel curatori antequã administret, debet decerni administratio à Iudice, nec prius administrare potest, quàm ei decernatur. l. tutores. in fin. l. 4. cũ gl. in verb. diuisa. ff. de administ. tuto. l. legitimas, & ibi gl. In ver. fecit tutores. ff. de legit. tut. l. fi. §. illo procul dubio. C. arbitriũ tute. Idq; in omni tutore etiã testamẽtario ꝓcedit. Batt. in d. l. legitimas. nu. 2. vers. quæro vtrũ in quolibet genere tutorũ. Ioh. Pet. de Ferr. Pap. in forma libelli, quo agitur ad reddendã rationem tutelæ, in verb. in suo vltimo testamento. num. 19. vers. veniet secundum, vbi & ipsi limitationes huius doctrinæ referunt & explicant, Ioh. de Plat. Inst. de legit. agnato. tutel. versic. Primò quod accipier res cum decreto. Angel. Aretin. nu. 3. versic. quæro. Mynsing. in prin. tit. num. 9. & 10. vers. Postremò vt ei prius administratio. Schneid. num. 13. vers. primum decretum iudicis. Aug. Bero. in con. 146. num. 15. in 2. vol. cons. & Ioh. Cephal. in con. 248. nu. 27. in 2. part. cons. Deinde tutor vel curator debet inuentarium conficere antequam administret res vel bona pupilli vel adulti. l. tutores vel curatores. 24. C. de administ. tuto. vbi dicitur, Tutores vel curatores mox quã fuerint ordinati, sub præsentia publicarum personarum inuentarium rerum omnium & instrumentorum solenniter facere curabunt. Aurum, argentumq;, & quicquid vetustate temporis non mutatur, si in pupilli substãtia reperiatur, in tutissima custodia collocent, ita tamẽ vt ex mobilibus aut prædia idonea comparẽtur, aut si fortè, (vt adsolet) idonea non potuerint inueniri, iuxta antiqui iuris formam vsurarum crescat accessio, quarum exactio ad periculum tutorum pertinet. Et tutor suscepta tutela inuentarium quàm primum facere debet, vt pulchrè explicat Iaco. Menoch. in tract. de arbit. iud. quæst. lib. 2. Centur. 2. casu 174. quando inuentarium conficere debeat tutor, suscepta tutelæ administratione. Quæ autem requirantur ad Inuentarij confectionem, explicantur à IC. in l. tutor qui repertorium. Bart. & alijs DD. ff. de administr. & peric. tutor. Item vltra confectionem inuentarij tutores vel curatores libros rationum tutelarum continentes expresiè & specificè debita & credita, reditus & expensas facere oportcat, à IC. in l. 1. §. officio. ff. de tutel. & ratio. distrah. Barth. Socin. in con. 46. nu. 4. in 1. & melius in con. 159. in 2. vol. con. Maria. Soc. Iun. in con. 148. nu. 6. in 1. part. con. & Hie. Schurff. in con. 9. nu. 4. & con. 41. nu. 7. & 8. In 2. Cent. Et tales libri rationũ debent continere reditus & fructus qui percipiuntur ex bonis administratis nõ confusè nec in genere, sed sigillatim & distinctè Lud. Gozand. in con. 17. nu. 10. & Rol. à Vall. in cons. 49. num. 22. in 1. tom. cons. Et si tutor inuentarium non fecerit, præsumitur dolo malo suscepisse tutelam, & tanquã suspectus remouetur ab officio. d. l. fin. C. arbit. tut. & tenetur ad omne interesse pupilli per iuramentũ æstimandũ, propter dolũ enim præsumptum iuratur contra tutorem in litem. d. l. tutor qui repertorium. & l. 4. C. de in litem iurando. Soc. sen. in con. 213. num. 3. in 2. vol. cons. Phil. Dec. in con. 178. nu. 3. & con. 192. nu. 5. Lud. Gozan. in d. con. 17. nu. 9. Aug Bero. in con. 128. nu. 14. 15. in 3. vol. cons. Bernar. Wurmser. in 1. lib. pract. obseruat. tit. de tutel. & cura. c. 10. Tutor inuentarium non faciens. Hier. Grat. in con. 105. nu. 10. lib. 2. con. quæ omnia latiùs explicat Ioh. Plot. in l. si quando. in §. 4. in fi. & toto §. 5. incip. dicam cum Virgiliana Didone. & §. 9. nisi à testatore fuerit remissa inuẽtarij confectio. d. l. fi. C. arbit. tut. Lud. Goz. in con. 18. nu. 14. Et est communis opinio, quòd valet remissio facta per testatorem, Plot. in d. §. 9. num. 21. quod tamẽ cum eo temperamento intelligitur, nisi Iudici ex causa aliter visum fuisset. Bart. in d. l. qui repertorium. nu. 18. Plot. in d. §. 9. nu. 21. valdè egregiè hoc explicãrũt Carol. Rui. in con. 69. nu. 10. cũ seqq. in 2. vol. consil. Pet. Paul. Paris. in con. 21. nu. 54. cũ seqq. in 2. part. cons. & Rol. à Vall. in cons. 49. in 3. vol. con. Etsi autẽ liberatus fuerit tutor à testatore ab inuentarij confectione, nihilominùs tenetur facere simplicem descriptionem bonorũ pupillarium petentibus agnatis pupilli ad faciliorẽ probationẽ, & ne bona dilapidentur. Ita consuluit Bal. quẽ refert & sequitur Fran. Curt. in l. vnic. nu. 17. in fi. C. de prohib. seques. pecu. in 7. vol. repet. in 5. volum. tractat. est. nume. 16. in fin. Meminerunt quoque Nicol. Balb. in consilio quodam, incip. Nuper

Nuper exorta.nomer.28. quod refertur in decisionibus sacri Senatus Pedemontani, post decision.68. & Gaspar. Caballi. in suis additionibus ad Aegidia.constitutio. lib.5. cap.9.nu.17. Et sufficit secundum commonem Doctor.sententiam, quòd illud iouentarium fiat per publicom tabellionem extra iudicium.Bart.in dict.l.tutor qui repertorium.nume.8. Et hanc opinionem omnium Docto.esse,testatur Iohan.Petr.de Ferrari. in d.verb.In suo vltimo testamento, nume. 12.Referunt etiam Mynsin.nu.8.& Schnei. numer.16.Instit.d.tit.de agnato.tute.Reliqua requisita, quæ reqoirantur antequam tutor administret res pupilli. Doct.in locis allegatis latè prosequuntur, videlicet quòd tutor iurare debeat vtilia facere,& inutilia prætermittere.§.fin. in authen.vt ij qui oblig. se hab. perh.res minor. Et promittant suscipere defensionem ipsorum minorum. l.fin.§.omnem.C.de admi. tuto.Soci. Iun. in d.consi.148.oum.8.& con.22.nomer. 4. in 2.part.Iohan. Ceph.con.58.num.40.& con.65.num.38.in 2.part.con. Sed hæc & alia requisita plenè prosecuti sunt, Gui.Pap. in suis decisionib.quæst.330.Capy. in decisioni.decis.50.Vital.in tract.clausularum, in verb.Nil nouarij inuentarij confectione pendente. nu.92. cum seqq.Aufrer. in suis addit.ad decisio.Capellæ Tolosanæ,quæst. 63.Gabr.Saray in suis addit.ad sing.Mathe. Mathesi.sing.107. Item,an nullitas tutelæ propter defectum solennitatum posset opponi per ipsum tutorem. Item,an omissio satisdationis, omissio ioueotarij & liceotia administrandi non petita à iudice. Item omissio promissionis de defendendo pupillo & faciendo quod erit vtile,operentur oullitatem tutelæ,consuleodo scribit Iacob.Mãdos.in consi.21.

CONCLVSIO LIIII.

45 TVTOR datus in testamento & per iudicem confirmatus,non testamentarius sed datiuus est,Accurs.in §.fio.in verb. confirmandus.Instit.de tutel.Bar.in l.1.nu.5.& 6. ff.de confir.tutor.Angel.in d.§.fi.in d.verb. cõfirmandus.Port.nu.8.& 9.Io.de Plat.ver sic.Sed an tutor datus in testamento, Licèt eum testamentario similem appellari voluerit Mynsing.ibid. num. 8. tamen præcedens opinio communis Doctor. est sententia,quòd sit datiuus. Sapit autem naturam testamentarij in duobus,quòd non teneatur satisdare pupilli rem saluam fore.l. qui à patre.ff.de confirma.tutor. qood reliqui tutores facere tenentur.Institu.de satisdation.tutor.in princip. Secundò tutor datiuus excusando se à tutela non perdit legatum relictum in testamento, sed sic excusans se à munere totelæ prioator legato, sicut testamẽtarius.leg.Nesennius, cum 2.ll. seqq. ff. de excusat. tutor. Ioann. Schneid. ibidem nu.18. De hac aũt quæstione satis erudité & copiosè disputat in dict. §. fin. Aldobrand. cuius dicta transcribere non est necesse.

CONCLVSIO LV.

46 TVTORES non dantur à patre filijs suis in codicillis, nisi sint testamento confirmati. l.3.ff.de testamenta.tutel. Etcùm hodiè sempet censeantur tacitè confirmati testamento.§.non tantum.Institu.de codicil.Bart.in d.l.3. ff. de testam.tute. Non est igitur dubiũ, datum tutorem in codicillis, iore datum esse intelligi, Et hoc si testamẽtum sit factum. Aldobrand. in §. permissum est.numer.16.Institu.de tute. Si enim codicilli essent ab intestato facti,tunc datio tutoris non valeret.Bald.in d.l.3. versic.Secondò quæro, vtrùm ab intestato possit dari tutor à patte, verbi gratia in codicillis factis nullo condito testamento,Dic quòd nõ valet datio per se. Alberic. ibid. in princ. & Angel.Aretin.in dict.§.permisum est.numer.4.allegantes l. sæpè.ff.de verb. signifi. Et ita communiter Doctor. conclodere, post alios refert Ioan.Schneid.in dict.§. permissom est.numer.7. Quare quamuis vt in utiliter datus à patre sit, tamen confirmari per iudicem potest.leg.1.l. qui à patre. ff.de coofirmat.tutor.quam doctrioam & Aldobrand.& Schneid.copiosè explicarunt.

CONCLVSIO LVI.

47 TVTOR finita tutela, tenetur reddere rationem administrationis,leg.1.in fin. l.nisi finita.l.si tutor. ff.de tutel.& ration. distrahend. etiam non requisitus. gloss. in Clemen.quia contingit. in verb.annis singulis.de religios.domib. Quam communiter approbari dicit Barthol. Socin. in cońsilio nonagesimosecundo, nomero decimoseptimo, in quarto volum.consilio.

CONCLVSIO LVII.

48 TVTOR licèt debitum liquidum

Q remit-

remittere non poſsit, ſecùs tamen eſt in debito non liquido, vt annotant Accurſ. in verb. remittentes. Bartol. Paul. de Caſtr. Alex. de Imol. num. 4. & Iaſ. nu. 3. in l. pactũ curatoris. C. de pact. Et hanc communem Theoricam & concluſionem Doct. appellarunt. Panor. in con. 39. verſic. ſed hoc non obſtante. nu. 1. in 1. part. con. Phili. Dec. in conſil. 297. num. 5. De cuius doctrinæ veritate videantur ea quæ Alex. in d. l. pactum. & alij Doctor. in l. præſes prouinciæ. ff. de tranſact. tradiderunt. Et hoc dictum ad quæſtionem notatu dignam Paul. de Caſtr. in d. l. pactum curatoris. num. 2. applicauit. An tutor vel curator poſsit facere pacem de iniuria illata patri pupilli vel adulti, & remittere pœnam. Nam ſi iniuria fuerit notoria, inquit ille poſt alios, tutorem vel curatorẽ non poſſe, aliàs ſecùs: Alij verò & melius reſponderunt, etiamſi fuerit liquida aut notoria, ſi tamen expediret pupillo vel adulto, tutorem vel curatorem potiùs remittere, quàm vindictam expetere debere, vbi ipſe plures authoritates adducit.

CONCLVSIO LVIII.

49 TVTORVM & curatorum vnuſquiſque habet authoritatem in ſolidum. l. 1. C. ſi ex plurib. tutorib. vel curatorib. omnes vel vnus agere pro minore vel conueniri poſſ. l. fin. C. de author. præſtan. Quæ doctrina in officijs publicis authoritate & vtilitate priuatis recepta eſt. Bart. in l. 1. §. ſi plures. ff. de exercito. actione. Panorm. in ca. prudentiam. num. 14. verſ. venio ad ſecundum membrum. ext. de offic. & poteſt. iud. delega. Et hanc communem cõcluſionem DD. eſſe annotat Dec. in conſ. 297. numer. 1. vbi ipſe quærit, an idem in plurib. Syndicis, quorum officium videtur publicum, nõ ſolùm authoritate, ſed etiã vtilitate. l. 1. §. quibus. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis. receptũ ſit.

CONCLVSIO LIX.

50 TVTOR vel curator etiam in die feriato in honorem Dei dari poteſt, niſi fiat cum inquiſitione, iudice pro tribunali ſedente, Specu. in tit. de ferijs, in §. 2. nume. 7. verſic. Ergo tutores. & numer. 8. Eſtque ſententia hæc communis. Balb. in ſuis deciſionib. deciſ. 352. Quintil. Mandoſ. in praxi commiſ. in 13. formu. in verb. ferias. verſic. Sextò quæro an tutor.

LX. infrà in Secunda parte.

V.

CONCLVSIO LXI.

1 VASALLVS non tenetur petere inueſtituram à domino feudi, quando tertius poſsidet, Quia qui non habet commoditatem feudi, non tenetur ſubire onera feudi. Ita tradit Bald. in l. ſolennib. num. 6. circ. fin. C. de rei vindica. Idem Bald. in conſil. 429. in 1. volum. conſil. Licèt alibi ipſe in conſil. 466. eiuſdem vol. contrariam ſententiam ſequi videatur, priorem tamen ſententiam communiter Doct. tanquam communi voto receptam ſequuntur, Petr. de Anchor. in conſil. 172. numer. 5. verſicul. poſtremò concluſiuè. vbi ipſe poſt Bald. in d. l. ſolennib. inquit: Quod ad hoc, vt Vaſallus amittat feudum, requiratur quòd ſit in dolo. cap. fin. de prohib. feud. alienat. per Lothar. Sed non poteſt ipſi aſſcribi dolus non poſsidendo, cùm non habeat commoda feudi, onera ſubire non cogitur. Item non debet ei imputari tempus iſtud, quam diù litigat cum poſſeſſore. Barthol. Socin. in conſil. 66. in 3. volum. conſil. Iaſ. in conſ. 159. numer. 4. verſi. & iſte eſt propriè caſus. in 2. vol. con. & per alias authoritates, quas deducit Roland. à Valle, in conſ. 18. num. 17. in 1. Tom. conſi.

CONCLVSIO LXII.

2 VASALLVS poteſt de feudo teſtari, quã do ipſi facta eſt conceſsio pro ſe & hæredib. quibuſcunque. Bald. in c. imperialem. nu. 19. verſ. ſed quid ſi conceſſum eſt feudum. de prohib. feud. alien. per Federic. Et hanc communem ſententiam eſſe referunt Ioa. Franciſ. de Ripa, in l. ex facto. §. ſi quis ita. numer. 16. ff. ad SC. Trebell. & Roland. à Vall, in con. 42. nu. 13. in 1. Tom. con.

CONCLVSIO LXIII.

3 VASALLVS poteſt Dominum ſuum in ius ſine venia vocare. Ita affirmat gloſſ. in verb. ſalua reuerentia. in vſib. feud. titul. de milit. Vaſal. qui contumax eſt. & ibi hoc annotarunt Bald. numer. 24. in. fin. Iacob. Aluarot.* numer. 8. Matth. de Afflict. numer.

nume.44. Licèt Specul.contrariam sententiam sequatur in tit.de feu.§.quoniam. nu. 33.versicul.decimoseptimò quæritur, ibi, Item Vasallus non debet famosam actionem mouere contra Dominum, nec eum vocare in ius sine venia. Cuius sententiam Iaso. num.4.& Zas.num.7.in l.generaliter.ff.de in ius vocan.approbarunt. Cõmunis tamen sententia Doctor.est in contrarium, idipsũ Alex.de Imol.numer.7.& Zas.d.num.7.in d.l.generaliter.attestantib. Quamuis Alciat.distinguendum esse putet, vt si de ipso fiduciario fundo litigetur, eo in casu impetrari veniam oportere, alioquin extra eam causam secùs esse, magis enim hi clientes sunt quàm liberti.in l.1.num.3.in fin.C.de in ius vocand. Cuius sententiam approbat Myusing.in §.pœnales.num.4. Institut.de action. Sed cõmunior est sententia, Vasallum non teneri petere veniam, idque indistinctè Ias.in l.si non sortem.§.libertus.nu. 24.versic.in ea gloss.ibi, in l.venia.ff.de cõdict.indebi.Zas.in d.§.pœnales.nu.26.ver. quid autem de Vasallo. Nicol. Euerhard.in locis legalib. Loco à liberto ad Vasallum, non procul à fine. vers. non tamen semper procedit hæc argumentatio. Et hanc sententiam Cameræ assessores secutos esse refert Mynsing.in suis Obseruat. Obseruat.92.in 4.Centur. Licèt Hartmann. Hartman.in lib.2.Pract.foren.in tit.de feud.§.45.in addit.dicat in Camera Impetiali Vasallum agere volentem contra dominum suum petere veniam, idque processibus inseri debere. Quemadmodum iudicatum est in causa Massow contra Episcopum Caminensem. Cæterùm communis Docto. opinio rationib.fortiorib. defendi potest. dixi in l.1.nu. 30.vers.de Vasallo.C.de in ius vocand.

CONCLVSIO LXIIII.

4 VASALLVS committens causam priuationis feudi, feudo priuatur, Sed id non procedit, si per metum fecisse appareat. Gloss. quam communiter sequuntur Scribentes, præsertim Aluarot.& Præpos.in c.1.§.sed qui delator. Quæ fuit prima cau.benef.ami. gloss.in §.similiter. De consuet.recti feudi. Hinc est, quòd si Vasallus reliquit dominũ in prælio periclitantem. causa euitandi periculum, euitando vim hostium, excusatur. Ita voluit Iacob.de Ardiz, quem refert Præpos.in dict.c.1.§.est & alio.Thom. Grammat.in consilio decimotertio. num. 30.&31.

CONCLVSIO LXV.

5 VASALLVS non potest propter delictũ aut feloniam priuari feudo ipso iure, sed per sententiam.cap.1.de feud.sine culpa non amittend. Et illa est opinio communis, vt refert Socin.Iun.in eleganti consilio pro Duce Vuirtembergensi, quod est 134.numer. 110.versicul.Secundò posito.in 3.volumine consil. Meminerunt quoque Curt.Iun.in tractat.feud.in 4.part.numer.155.versicul. Post enumeratas, pa.299.300.301.302.Zas. in epitom.feud.in 10.part.de feud.amissio. numer.71.versicul. An autem Vasallus ipso iure, per Socinum adducti. Iul.Clar.in §.feudum.62.quæst.Fichard.in suis additio.ad cõmunes opiniones Baptistæ à Villalobos in verb.feudum. Pulchrè Hierony.Schurff,in consil.10.numer.12. cum seqq.in 3.centur. Herman.Herman.in suis practicis obseruatio.lib.2.tit.de feud.cap.24. An & quando Vasallus à domino priuari possit feudo.

CONCLVSIO LXVI.

6 VASALLVS potest renunciare feudum inuito domino in manibus domini, c.1.de Vasal.qui contra constitutio.Lothar. Et ratio huius decisionis esse dicitur, quia cum feudum consideratur principaliter in fauorem Vasalli, potest ipse fauori suo renũciare. c.ad apostolicam.ext.de regular. Et transeuntib.ad religio.per notata in l.si quis in cõscribendo.C.de Episcop.& cleric.& l.pen. C.de pact. Secùs in alijs contractibus, qui ex post facto sunt necessitatis.l.sicut.C.de obligat.& actio. Et ita omnes Doctores asserere inquiunt Panorm.in c.quæ in ecclesiarum.num.19.versicul. Doctores tamen cõmuniter.ext.de constit.vbi Feli.nu.77.tradit, eam regulam in quinque casibus limitari: & Curt.in tractat.feud.in 4.part.ex quib. causis feudum amittatur.nu.135.versic. Trigesimosecundò & vltimò in hac materia quæro, An Vasallus possit renũciare feudo. Alij tamen Docto.contrariam sententiam tanquam magis communem secuti sunt, quos congerit Iul.Clar.libr.4.sententia.in §.feudum.quæst.34.Alciat.in l.postquam liti.numer.3.versic.Qua ratione idem quoque in cliente.C.de pact.

LXVII. LXVIII. LXIX. ☞.in 2. parte.

CONCLVSIO LXX.

10 A vectigalib.immunis, si semel & pluries soluat, propterea non videtur renunciare priuilegio. Bar.in l.1.ff.de priuileg.veteran. nec præiudicat sibi quo ad futuras solutiones, sed solùm in eo quod est solutum. Cyn. & Salyc.in l.voluntariè.C.de excusat.tuto. Sed requiritur quòd solutio fuerit facta saltem per 30.annos, vt eleganter prosequitur Alexan.de Imol.in consil.193.in lib.2.& consil.33.in 5.lib.con. Et hanc communem magis opinionem esse, quòd ad tollendum priuilegium requiratur tempus 30.annorum, quando quæstio in his, quæ reiterationem recipiunt, vertitur, secùs tamen quando quis passus est se describi in libro debentium soluere collectas & alia grauamina, & ab eo non appellauit, tradit Ludou. de Gozadin.in consil.93.numer.9.versic.non obstanti contraria.

CONCLVSIO LXXI.

11 VENATIONEM hominibus suis Dominus & Magistratus per proclamata prohibere non potest. L.1.2.& 3.ff.de acquir.rer. domin.§.feræ igitur bestiæ. Instit.de rerum diuis. Vnde si dominus faciat statutum, ne liceret venari, aucupari, dicitur inferre violentiam, nisi interuenerit consensus eorū, quorum interest, puta populi. l. iniuriarū actio.§.fin.ibi, Et sæpè rescriptū est, non posse quem piscari prohiberi, sed nec aucupari. ff.de iniu. Quod plurib.authorit. cōprobat Dec.in con.197.nu.1.& 2.& ibi Caro.Moli. in verb.non valet.& in con.271.nu.1.& ibi Carol.Molin.in verbo, venari. Quam communem Doctorum opinionem esse dicunt Iason in consil.119.nu.1.in 4.vol.& Roland. à Valle, in consi.9.numer.12.in 2.Tom.con. Quam multis declarationibus & exemplis egregiè explicarunt Iacobin.de S.Georg.in tract.feud.in verb.& cum venationib.pag. 112.& in verb.& cum piscationib.pagin.116. lib.mei. Henning. Göden.in cons.76.in ordin.de iure venandi. Hieronym.Schurff.in consil.1.in 3. Centur. & Hartmann. Hartmanni in lib.2.practic.foren.titul.de seruitut.cap.7.aucupium & venatio. Et quid si homines aut subditi talibus proclamantibus pœnalibus & prohibitionibus non contradixerint, & per longa tempora acquieuerint, an tunc Dominus ius acquiratur, vel in quasi possessione prohibendi cōstituantur, valdè eleganter explicat Roland.in d.consilio nono, numero decimoquarto, cum sequentibus, & in consilio vigesimosecundo, numero vigesimoseptimo, eodem Tomo.

CONCLVSIO LXXII.

12 VENDITOR si in instrumento dicat, quòd nullo modo velit teneri de euictione, tunc emptor non potest agere contra venditorem de euictione, sed solùm ad precij restitutionem. l. emptorem.§. qui autem. versicul.Ibidem ait. Vbi Paul.de Castr. nu. 2.annotat.ff.de actio.empt. Alcia.in cons. 148.incip. Allegatum est. Id autem intelligitur, vbi in genere euictio excipitur. At si ita conuentum sit, vt retineam verba Didaci, vt venditor non teneatur de euictione, si res empta euicta fuerit à Titio, vel ex causa libertatis, secùs erit, quia nec ad precium agere poterit emptor, per multas Doctor. authoritates, quas deducit And. Tiraquel. in tractat. de vtroque retract.proximita.§. 12.glos.1.versicul. Porrò vnum aliud.nume. 14.pag.415. Hanc communem opinionem esse testatur Didac.lib.3.varia.resol.cap.17. euictionis materia ad Gregorianæ constitutionis interpretationem expenditur.nume. 2.versic. Ego non diffiteor.& post eum Gaspar Caball.in tractat.de euiction.§. quinto. numer.26.versic. Et hæc est communis. Licèt nonnulli Doct. eam impugnent. Anto. Rubæ.l.hoc edicto.§.morte.nume.446.ff. de noui oper.nun.in 5. volum. repet. cuius argumenta cum adiecta cautela refert quoque Cabalin.in d.§.5.d.numer.26. versicul. Nouiores. Didac.d.c.17.numer.2. versicul. Ego non diffiteor hanc opinionem.

CONCLVSIO LXXIII.

13 VENDITOR tenetur præstare cautionem de euictione, si precium vel residuum precij consequi velit, quando res vendita est in limine euictionis. leg.si post perfectam, & ibi Doctor. C.de euictio.l. habitationum.§. ante precium solutum. ff. de pericul. & commod. rei vendit. Alexand. de Imol. in consil. 55. numer.2. libr.5.& in consil. 235. numer. 9. versicul. adducitur etiam libro sexto consiliorum. Fabia. de Monte in tractat. de emptio. & venditio. in 6. quæst. princip. in 12. membr. numer. 51. Roman. in consil. 8. numer. 3. Anton. Burgos.in c. fin.post nume.27.ext.de emp & ven

& venditio.Iohan.de Neuiza.in consil.37. post numer.11.versicul.Confirmatur.Hier. Grat. in consil.135.numer.5.lib.2. responso. & Gaspar. Cabal.in tractat.de euictio.in §. 2.numer. 8. Plures alios Doctores adducens. Estque hæc communis Doctor. sententia,referente Horat.Mandosi.in suis additio.ad consi.Ludou.Roman.in d. consil. 8.in verb.immineat,quæ tamen limitatur, vt non habeat locum,si is à quo cautio petitur,substantiam & patrimonium sufficiens habeat.Lud.Roman.in consil.67.Ias.in l.1. numer.18.multas authoritates allegans.ff. qui satisda. cogan.Hippol.de Marsil.in rub. ff.de fideiusso.numer.270.versic.Et pro ista limitatione facit. Quam conclusionem egregiè cum alijs declarationibus explicuit Mar.Anton.Natt. in consi.262.cuius dicta non transcribo.Nouissimè Gomez.in commentarijs varijsque resolutionibus,sub titu. de empt.& vendit.numer.39.versic.Primò nisi in limine contractus.& Ioha.Hier.Alb. in lucubrationib. in Bart. in d.l. habitationum.§.ante precium.remissiuè tamen,meminerunt.

CONCLVSIO LXXIIII.

14 VENDITOR si Dominus est,& possidet,& habet facultatem rei tradendæ, præcisè cogitur tradere. Ita affirmat post Martin.Bartol,in l.1.numer.12.versic.item quæro.ff.de action.empti.Hanc veram & communem opinionem esse dicit Fabian. de Monte in tractat.de emptionib.& venditionib.in 6.quæstion. princi.versic.ad octauū an venditor cogatur possessionē rei venditę præcisè tradere.numer.38. in quinto volumine,tractat. Doctorum. Quam sententiam Bal. intelligit, si commodè tradere possit,id est,si res non fuerit subiecta euictioni, & de facili tradi posiit.Et hanc esse communem,in l. vnica.nu. quinquagesimonono. versic.sed vltimò quæro.Cod. de sentent. quæ pro eo quod interest proferuntur.& Apostilla. Paul. Paris. ad lecturas Bartoli in d.l.prima,in verbo, vtrùm vēditor inquiūt.

CONCLVSIO LXXV.

15 VENDITOR qui solum constituit ratione emptoris se possidere,non est liberatus perfectè ab actione ex empto,quia tenetur ad realem traditionem. gloss. in d.l.Iulianus.§.ex vendito. in verb.precaria.Cyn. in l.1.nu.7.vers.septimò quæritur. C.quando liceat ab empti. decedere.Paul.de Castr.in d.l.Iulianus.§.ex vendito.nu.7.& l. ab emptione,nu.20. ver. alij dicunt cōtrarium.ff. de pact.Ioa.Petr.de Ferr.in sua pract.in forma libelli,in causa vendi. in verb.ad tradendum,num.2. & per multas alias authoritates,quas adducunt Alex.de Imo.in con.28. numer.7.in 2.Tom.Et Dec.in con.281.nu. 4.vbi ipsi attestantur,hanc veram & magis communem opinionem Doctorum esse, quos etiam Caro.Molin.in addit.margina. ad con.Alex.in d.con.28.in verb.Ex empt. & in d.con.281.in verb.Teneatur. adductis quoque aliorum authoritatib.qui sententiā contrariam amplexi fuerant,sequitur copiosè Tira.in tract.de iure const.possessorij,in 1.part.num.9. & 10. Nouissimè Gabr. Sar. in suis additio. ad singularia Math.Matthesilani,singulari 67.nume.2.vers.vetùm quę suprà dicta sunt.

CONCLVSIO LXXVI.

16 VERBVM,Solitus,etiam in vno actu verificatur.l.Mela ait.§.sed si alimēta,ibi,quæ mortis tempore præstare solitus erat. & ibi notat hoc Bart. nu. 1. & notat hoc præclarè Alex.in addit. ad Bart. in verbo, sed etsi alimenta,ff.de alim.& cibar.lega.& idem Bar. in l.1.nu.7.cir.fi.C.quomodo & quādo iud. senten. proferre debeat.Alex.de Imo.in cō. 5.nu.23.in lib.5.cons. Pet.Philip.Corne.in cons.28.nu.21.in 5.volu.con.Philip.Dec.in cons.441.num.11.in 3.par.con. Et hoc dictū cōmuniter approbatū esse scribunt Paul.de Castr.in d.l.1.nu.4. vers.& illud dictum cōmuniter tenetur,& Dec.in l.certi cōdictio. §.si nummos.nu.7.ff.si certum petatur.

CONCLVSIO LXXVII.

17 VERBVM,succedere,de quo in Authen. prætereà.C.vnde vir & vxor.secundum cōmuniorem opinionem intelligitur etiā ex testamento. Licèt nōnulli Doct. voluerint, quòd intelligatur ab intestato, & nō contra testamentum,tamen verior est illorum sententia,quòd d.verbum comprehendat tam successionem ex testamento, & contra voluntatem, quàm ab intestato, vt est textus expressus,quem ad hoc annotarūt Baldus, Fulgos.Paul.de Cast.Alex.& Dec.in d.Authen.prætereà,vbi quarta,in qua debet succedere viro diuiti vxor inops,ita debetur ex testa-

testamento, & contra voluntatem, sicut ab intestato. Philip. Corn. in con. 4. in. 4. volu. con. Socin. Sen. in consil. 108. numer. 1. in 1. volum. con. & in consil. 121. numer. 7. & 16. in 4. volum. & Roland. à Valle, in consil. 72. nume. 59. in 1. Tomo consil. In quibus locis & Socin. & à Valle, hanc sententiam communem esse dicunt.

LXXVIII. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO LXXIX.

19 VESTIVM preciosarum traditio & iocalia facta vxori per virum, non censentur facta causa donationis, sed causa vsus, ideò soluto matrimonio morte viri ista hæredibus eius restitui debent, non vt donata per vxorem retineri. Et hanc opinionem communem esse scribit consulendo Perr. de Anchora, in consil 181. numer. 3. versicu. probo etiam hoc euidenti ratione. Et Ludoui. Roman. tradit communem sententiam esse eandem, maximè si preciosæ & magnæ æstimationis fuerint, in consil. 146. numer. 1. versic. tertio casu. Ita quoque voluit Alex. de Imola, in consilio quadragesimosecundo, numero quarto, versic. item quoad annulos, & alia quæ non probantur fuisse magni precij, in libro quinto consiliorum. & idem Alexā. in consil. centesimo quinquagesimoquinto, numero nono, versicul. prætereà etiam, in septimo volumine consiliorum, & in consilio quadragesimosecundo, numero duodecimo, versicu. nam exceptis his, quæ erant ad quotidianum vsum mulieris, in primo volumine consiliorum. & hāc sententiam iuri magis consentaneam, & communem Doctorum opinionem esse scribit Corneus in consilio octuagesimoprimo, liter. i. versicul. non obstantibus, in primo volumine consiliorum. & sequitur Rolandus à Valle, in consilio decimo, numero duodecimo, in primo volumine consili.

CONCLVSIO LXXX.

20 VESTES lugubres vxori hæredes mariti præstare debēt, quia sunt appendices luxus, & quasi expensæ funebres, vt inquit Bald. in Margarita ad Innocentium, in verb. Maritus de suis proprijs: si de consuetudine eam talibus vestibus indui consuetum est. Angel. de Peruf. in l. si vsusfructus. §. dos legata, in fin. ff. ad leg. Falcid. & in l. si ex re. §. illud quæsitum. numer. 3. ff. de stipul. seruor. Quod intelligit Iohan. de Imol. tales vestes vxori esse datas, si sint vilis precij, & concessæ ad vsum quotidianum, secus si fuissent magni valoris & festiuæ, vt ipse loquitur. Quia eo casu tamdiu videntur c[illegible] sæ, quamdiù vidua permanserit, vt seruet honorem mariti, in d. l. si ex re. §. illud. num. 4. Cuius sententiam sequitur Alex. de Imo. in d. §. dos legata, num. 5. excepto eo, an velit dicerentur donatæ vxori, etiamsi viduitas finita esset. Et ita antea illum Ioann. de Imol. quoque voluit, in l. in his autem. §. seruus. num. 5. ff. solut. matrimon. Iohan. Campe. in tractat. de exactio. dot. commod. vel incom. 56. incip. quid de vestib. vidualibus. in 6. volum. tract. Et ita consulendo respondērunt, Petr. de Abyss. in consil. 11. numer. 7. in consilijs ad causas vltima. volunta. & Rolād à Valle, in consi. 10. num. 18. in 1. vol. consil. Licèt autem alij voluerint, mariti mortui hæredes non teneri dare vxori vestes lugubres, nisi quando maritus esset vir nobilis & insignis, quo casu tam vxor quàm tota familia debet vestes lugubres & lamentabilē habitum deferre, propterea nonnulli afferunt, lugubres vestes vxori non deberi, nisi à viro decedēte relinquantur. l. fi. in fi. C. de infirmand. pœn. cœliba. Guid. de Guidon. in consi. 63. num. 47. & 48. in dictis consil. ad caus. vltima. volunt. Refert quoque has diuersas sententias Balth. Quinct. in addit. ad consil. Paul. de Castr. consil. 52. in verb. pannos viduales. numer. 6. in tertia parte consil. Sed prior sententia videtur cōmunior, Angel. de Peruf. in l. decreto. Cod. ex quib. caus. infam. irrog. Paul. de Castr. in d. consi. 52. Angel. Arer. in §. fuerat. num. 26. vers. debet etiam ipsa mulier vestiri. Instit. de action. Ioha. Bertachi. in suo Reperto. in verb. vestes lugrubres debentur vxori. Apostillat. ad decisiones Capellæ Tholosa. quę. 336. numer. 3. Hartman. Hartman. in lib. 2. pract. obseru. inter miscellanea ex iure Ciuili, conclu. 10. vxori viduæ debentur vestes lugubres, pag. 420.

LXXXI. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO LXXXII.

22 VIDVIS & pupillis concessum est ab Imperatoribus priuilegium [illegible] os suos trahendi immediatè cor[illegible] libus suis. l. vnica. C. quando I[illegible] pupill. vel viduas, vel mil[illegible]rabil. per[illegible] gnoscat. Eo iuris beneficio, vt vid[illegible]

pupillus gaudere posit, requiritur, quòd vidua vel pupillus sit pauper & non diues. Doctores communiter in capit. significantibus. extrà, de offic. delega. Alexand. de Imola in consil. 121. versic. secundò respondeo. numer. 14. in 1. libro consil. & Andræas Tiraquell. in l. si vnquam. in verbo, facultatum. C. de reuocand. donat. Et hanc Scribentium communem sententiam esse affirmant Ripa in l. 1. numer. 48. ff. solut. matrimon. & Roland. à Valle, in consil. 20. numer. 12. cum sequentib. & numer. 20. in 2. Tom. cons.

LXXXIII. infrà in Secunda parte.

CONCLVSIO LXXXIIII.

24 VNIVERSITATIS duæ partes adesse debent ad hoc vt actus valeat. l. nulli. ibi cùm duæ partes. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. l. nominationum. C. de decurion. libro decimo. Et ex his duabus partibus debet ad minùs cõsentire maior pars. l. quod maior. ff. ad municipalem. Hanc opinionem Legistarum & Canonistarum communem esse inquit Panormitan. in capit. cùm omnes. numer. 11. Felin. numer. 33. versicul. extra gloss. ponit hic D. Abbas. & Deci. numer. 11. versicul. postremò. extrà de constitu. Licèt Iohan. de Imola in capit. final. numer. 13. versicul. item nota ex glos. voluerit hoc solummodò de iure Ciuili procedere, secùs verò de iure Canonico, cùm illud nullibi in iure Canonico statuatur, propterea secundum iuris Canonici dispositionem sufficere maiorem partem vniuersitatis fuisse præsentem. extrà, de maior. & obedien. Sed optimè respondet Dec. quòd etiam iura Ciuilia simpliciter dicant attendendum esse, quòd à maiori parte fit. dict. l. quod maior. l. aliud. §. refertur. ff. de regulis iuris. & tamen ea recipere declarationem secundum alia iura, quæ duas partes præsentes requirunt, Ergò iura Canonica, quæ simpliciter loquuntur, ita debent declarari, quia cùm hoc expressum sit de iure Ciuili, debet etiam habere locum de iure Canonico, cùm Canones expressè non contradicant, per notata in capit. 1. extr. de noui oper. nunc. Et huius communis sententię meminit Dec. quoque in capit. licèt euitanda. numer. 30. extr. de elect.

CONCLVSIO LXXXV.

25 VNIVERSITAS an posit excommunicari, variæ variorum Doctor. fuerunt sententiæ. Quidam añt putarunt, nõ excommunicari, cùm non habeat animam, & ideo eam puniri non debere, quia pueri, mulieres & aliæ personæ punirentur, quę non delinquunt. Alij verò contrariam sententiam amplexi sunt, quorum opinionem cõmuniter approbari, dicit Oldrad. in consil. 65. numer. 7. Hic agitur de duobus. Ita quoq; nouissimè refert Hieroym. Alban. in lucubrationibus ad Bart. in l. metum. §. animaduertendum. ff. quod metus causa. de qua conclusione, multa non contemnendæ lectionis congessit Iohan. Oldendorp. in tract. de iur. & æquita. cap. Ciuitas, corpus seu vniuersitas hominũ, an & quatenus posit puniri per sententiam Iudicis, tit. 14. adde etiam D. Ioachi. Mynsing. in suis singularib. obseruatio. iudicij Imperij, vt vocant Cameræ, Centuria quarta, obseru. 78. & obser. 79. vbi ipse addit, quid in iudicio Spirensi, cùm ea quæstio in causa fractæ pacis tractaretur, cognitum & sententiatum sit. Valdè notabiliter de hac doctrina scribit Didac. Couar. lib. 2. varia. resolutio. c. 8. numer. 9. vbi ipse explicat c. Romana. §. in vniuersitatem. De sentent. excommun. in 6. Nouissimè Gaspar Caballi. in suis glos. ad Aegidianas constitutiones, lib. 3. capit. 7. in verb. interdictis.

CONCLVSIO LXXXVI.

26 VNIVERSITATIS singulorum nomina in instrumento alienationis bonorum necesse est exprimi. Bartol. in l. 1. numer. 5. ff. de Alb. scriben. l. fin. C. de venden. rebus ciuita. lib. 11. Bald. in l. ciuitas. circ. fin. ff. si cert. peta. Et hanc Doctor. communem opinionem esse, quando tractaretur de actib. multùm ponderosis, vt de actu alicuius alienationis rerum publicarum, quæ seruando seruari possunt, vel de actu alicuius submissionis, inquit Alexand. de Imol. in cons. 1. num. 3. in 4. vol. cons. Ita quoque referunt Dec. in d. c. cùm omnes. numer. 12. & Roland. à Valle, in cons. 90. numer. 21. in 1. Tom. cons.

CONCLVSIO LXXXVII.

27 VNIVERSITATIS villæ & castra habent restitutionem in integrum, sicut habet Respub. ciuitatis. Ita voluerunt Bald. numer. 2. in fin. Salyc. num. 3. & Paul. de Castr. circ. fin. in l. Respublica. C. quibus ex causis maiores in integr. restitu. Licèt autem Accurs. in verb. Respub. ibid. contrariam sententiam amplectatur, & Bartol. secundum La-

Iacob. de Butr. inter villas magnas & paruas distinguat, tamen prior sententia communiter approbatur. Ita consulendo scribit Philip. Corne. in consil. 148. numer. 9. & 10. in 1. volum. consil. Sequitur & hanc sententiam Roland. à Valle, in consil. 90. numer. 27. in 1. Tomo consil.

CONCLVSIO LXXXVIII.

28 VOLVNTAS vltima in pijs causis potest cõferri in voluntatem tertij, secundum communem opinionem Doctor. Bartol. in l. 1. in 3. quæst. 5. quęst. princip. num. 63. & 64. C. de sacrosanct. Ecclesijs. & in l. Theopompus. numer. 6. ff. de dot. prælег. Et in l. quidem. num. 7. in fin. & in l. vtrùm. §. cum quidam, ff. de reb. dub. Hieron. Schurff, in con. 48. numer. 4. in secunda Centuria consil. Et Andr. Tiraq. in tracta. de priuileg. piæ causæ. priuileg. 64. vbi ipsi & aliorum Doctot. authoritates contrariam sententiam amplectentium recensent. Et hanc sententiam magis communem esse inquiunt Ias. in l. captatorias. numer. 12. & Dec. numer. 20. vers. sed tamen non videtur, & numer. 22. versic. Et cùm ista sit communis opinio. Vbi ipse contrarijs argumentis respondet. C. de testament. milit.

CONCLVSIO LXXXIX.

29 VOLVNTAS vltima in dubio valet, vt valere potest, etiamsi non fuerit adiecta clausula, omni meliore modo, Barto. in l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. Estq; communis sententia. Curt. Iuuior, in con. 114. numer. 9. & consi. 115. numer. 7. Quintil. Mandos. in additio. ad allegat. Lapi, allegat. 29. in verb. l. 3. liter. n.

CONCLVSIO XC.

30 VSVFRVCTVARIVS fundum fructilem detinet pro fructibus percipiendis, & nihil habet aliud, quàm vel detentionem, vt aliqui volunt, vel naturalem possessionem, vt habet communis opinio, per ea quæ tractantur in l. naturaliter, in princ. ff. de acquir. possess. Ita quoque nouissimè consulendo scribit Iacob. Hinrichmann. in consilio secundo, in princip. in primo Tomo con. Quod tamen non est illius, sed D. Vdalri. Zasij, vt satis apparet ex 4. consil. seq. quod Hinrichmanni esse puto. Idem asserit prædictus Zas. in consi. 18. numer. 5. versic. Nam vsufructuarius. lib. 2. con. Henning. Göden, in con. 40. in ordine. post nume. 22. vel potiùs facultas Iutidica studij Moguntinensis inter consilia Göden.

CONCLVSIO XCI.

31 VSVFRVCTVARIVS tenetur præstare cautionem de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, quamuis per testatorem ei remissa fuerit, secundum sententiam communiter approbatam, per textum expressum l. 1. vbi Doctores annotarunt. C. de vsu & habit. Alexand. de Imol. in consi. 58. numer. 10. versi. non obstat. & ibi Carol. Molin. in verb. remitti. in lib. 3. consi. Deci. in consi. 415. num. 16. Quia talis cautio est de forma vsusfructus, & debet præstari à quocunque, etiam valdè idoneo. Dec. post Bald. in consil. 565. Aym. Cranett, in consil. 187. numer. 7. in 1. parte. Et hanc communem Doctorum opinionem esse inquiunt Socin. Senior, in consi. 131. numer. 14. in 1. volumine. & Roland. à Valle, in consil. 92. numer. 1. cum sequent. in 1. Tomo consil.

CONCLVSIO XCII.

32 VSVFRVCTVARIVS tenetur conficere inuentarium. l. 1. §. rectè autem facient. ff. vsufruct. quemadmodum caueat. Et talis confectio inuentarij per testatorem prohiberi non potest. Et vbi per testatorem esset inhibitū vsufructuario facere inuentarium sub pœna, eo non obstante tenetur illud facere. Panor. in consil. 4. numer. 8. versic. formatur & sextum dubium. in 2. part. consil. & Nicol. Boër. in Decis. suis, quæst. 61. numer. 12. versicul. quinimò & fortius. In eo casu tamen, cui esset remissa confectio inuentarij, non teneretur illud conficere secundum solennitatem, sed sufficeret facere aliquam descriptionem, secundum communem opinionem, quæ appellatur inuentarium. Roland. à Valle, in d. consilio nonagesimo secundo, per multas ibi allegatas authoritates, numer. 16. cum sequentibus.

CONCLVSIO XCIII.

33 VSVFRVCTVARIVS omnium bonorum tenetur ad solutionem æris alieni, secundum doctrinam Barto[l]. in l. fin. numer. 5. versicul. quæro quid si alicui legatur vsusfructus om-

ctus omnium bonorum. ff. de vsufruct. leg. Dec. in con. 278. numer. 11. Sed contraria sententia verior est. l. 1. C. si cert. pet. l. 2. C. de hęred. vel act. vend. & hæc sententia communior est refereutib. Dec. sibi cōtrario in cous. 485. Quia creditorib. solutio debet fieri ab hærede, & hæres debet satisfacere creditoribus de bonis hæreditarijs, Et hoc modo vsufructuarius erit priuatus vsufructu, & hæres proprietate in rebus legatis pro ære alieno soluendo, per text. in leg. vsufructu bonorum legato. ff. ad l. Falcid. Ita inquit Paul. de Castr. in l. fin. §. fin autem. C. de bon. quæ liber. & eodem Dec. in consil. 536. numer. 13. & in cons. 590. numer. 4. Ioan. Dilecto in tractat. de arte testan. titul. 6. de lega. cautel. 42. numer. 7. Socin. Iunior, in cons. 109. nume. 13. 14. & 15. in 1. par. cons. Aym. Crauett. in cons. 187. numer. 1. & Roland. à Valle, in consil. 8. numer. 13. in 2. Tom. cons. Vnde inquit Bald. hunc modum seruandum esse, quod primò debeat satisfieri creditoribus, & solui funeris impensæ, de fructibus quos testator reliquit in suo patrimonio, tempore mortis, si sufficiat, sin autem non per venditionem immobilium, & de residuo posteà legatarius vsufructus habebit vsufructum, in consil. 87. in 5. volum. cons. Propterea dicit Paul. de Castr. in fin. hanc practicam esse, quòd hæres antequam tradat bona vsufructuario deducat æs alienum, & vendat bona mobilia & immobilia, si aliter solui non potest, & posteà detur residuum vsufructuario, in con. 388. incip. In causa quæ vertitur Bononiæ. versicul. sed hæres antequam tradat. in 3. col. secundum veterem impresionem.

CONCLVSIO XCIIII.

34 VSVFRVCTVARIVS omnium bonorum nō soluit legata, sed onus soluendi legata incumbit hæredibus, Bart. in d. l. fin. per l. Sempronio. ff. de vsufruct. leg. Qui vsufructuarius in vsufructu legato concurrit cum alijs legatarijs particularibus. Guido Pap. in Decis. Gratianop. quæst. 541. nume. 2. Augel. Aretin. in §. constituitur. numer. 3. Institu. de vsufruct. & in tracta. de testam. in verb. item reliquit. d. B. eius vxorem. numer. 7. in 7. vol. tractat. Hanc sententiam Doctor. communem esse, licèt alij refragentur, inquiunt Deci. in cons. 590. num. 3. Socin. Iunior, in cons. 109. numer. 27. & in cons. 115. numer. 10. in 1. part. & Roland. à Valle, in cons. 8. numer. 26. in 2. Tom. cons. vbi ipse hanc sententiam latiùs declarat post Aym. Crauet. in consil. 188. in 1. part. Et ibid. Roland. numer. 36. multis adductis authoritatib. Docto. declarat communem sentētiam esse, vsufructuarium omnium bonorum cōcurrere in vsufructu cum legatarijs. de qua Decisione plura scribunt Dec. & Cagnol. in l. in toto. ff. de reg. iur. Licèt non ignorem, Carol. Molin. hanc doctrinam aliter explicare in suis addit. ad consil. Decij, in cons. 607. in verb. omnium.

CONCLVSIO XCV.

35 VSVRARIVS an pœna aliqua criminaliter puniri posset, Doc. dubitarunt, & voluit Butrig. in l. improbum. C. ex quibus caus. infam. irrogatur. vsurarium committere dolum in exigendo vsuras contra iuris prohibitionem, & ideò teneri crimine stellionatus, & puniri pœna extraordinaria, Cùm iure sit receptum quòd pro quolibet delicto etiam priuato, ratione interesse publici procedatur ad pœnā extraordinariam. l. locatio. §. quòd illicitè. ff. de publica. Iohan. Baptist. Caccialupus in Repet. l. cunctos populos, nume. 49. C. de sum. Trin. & fide cathol. Petr. Philip. Corne. in consil. in 19. numer. 11. & in consil. 159. numer. 4. in 3. vol. cons. Robert. Marant. in tract. de ord. iud. in part. 6. nume. 198. cum sequen. & in dispur. 5. quæ est in fin. eiusdem tract. de ord. iud. Et hanc sententiam post aliorum quorundam allegatas authoritates sibi magis arridere, quia est magis communis, inquit Alciat. in capit. 1. numer. 54. extr. de offic. iud. ord. vbi ipse argumenta, quę in contrarium adduci solent, soluit. Alij verò contrariam sententiam sequuntur, cùm sit crimen Ecclesiasticum, glos. in verb. secundum quod. in d. c. 1. cumq; criminaliter, quia hoc legibus non exprimitur, crimine stellionatus agi non posit. Nam tale crimen requirit dolum, qui nō videtur interuenire ex quo ipsi contractus fiunt partibus consentientibus. Bald. in d. l. improbum, numer. 2. versic. ex quo crimine. & Salyc. numer. 3. Vnde volenti & consentienti non fit dolus. l. nemo videtur fraudare. ff. de reg. iur. Et hanc sententiam multis argumentis confirmat Philip. Dec. in cons. 170. Sequitur eandem idem Dec. in leg. rogasti. §. si tibi. in fin. ff. si cert. peta. Et horum sententiam approbarunt & alij, Ias. in consil. 153. num. 3. vers. condescendo ad secundum dubium. in 4. volum. consil. Ripa in c. decernimus. numer. 8. extr. de iud. Crauett. in cons. 6. numer. 101. Et hanc sententiam magis communem esse, argumentis in

tis in vtramq; partem adductis, & contrarijs solutis, refert Roland. à Valle, in consil. 75. numer. 13. cum sequent. in 1. Tom. consil. Licèt Carol. Molin. priorem sententiam, defendens opinionem Butrigarij, vbiq; sequatur, in suis addit. ad con. Dec. in d. consil. 170. in verb. stellionatus. & in tracta. contract. & vsur. redituumq; pecunia constitutorum in 10. quæstio. versicu. hic occurrit quæstio. numero centesimo quinquagesimosexto. in 5. volum. tractat. Videatur quoque Quint. l. Mando. in suis additio. ad allegationes Lapi, allegat. 3. in verb. tractat.

CONCLVSIO XCVI.

36 VSVRARIVS manifestus, quemadmodum prohibetur testari, secundum dispositionem c. quanquam. de vsur. in 6. ita etiam prohibetur donare causa mortis. Hanc magis communem opinionem Doctor. esse dicunt Alexand. de Imol. in l. discretis. num. 2. multis adductis authoritatibus. C. qui testament. face. poss. & Iohann. Dilect. in tract. de art. testand. tit. 1. de his qui non habent testamenti fact. cautel. 8. numer. 2.

CONCLVSIO XCVII.

37 VSVRAE quando petuntur non tanquam vsuræ, sed tanquam interesse, omni iure sunt concessæ & permissæ. capit. conquestus. & ibi glos. in verb. de feudo. c. salubriter. vbi Doctor. ext. de vsur. gloss. & Doctor. in l. curabit. in verb. ratio. C. de act. empti. Doct. in l. 2. C. de vsur. Socin. Senior, in cons. 133. allegans elegantem text. in l. socium qui in eo. ff. pro socio. numer. 3. in 1. vol. consil. Philip. Dec. in cons. 39. numer. 4. circ. fin. Et hanc sententiam communiter Doctor. approbare scribunt Petr. Philip. Corne. in consil. 145. numer. 7. in 2. vol. & Roland. à Valle, in consil. 14. in princip. in 2. Tom. consi. Quam materiam egregiè & copiosè prosequitur Carol. Molin. in tract. contract. & vsurarum, redituumq; pecunia constitutorum. numer. 25. cum sequentibus.

CONCLVSIO XCVIII.

38 VSVRAE pro dote non soluta viro debentur, & licitè etiam in foro conscientiæ ab eo exiguntur, propter onera matrimonij. Quare maritus dotem & fructus dotis percipere dicitur, l. dotis fructum. ff. de iure dot. l. pro oneribus. C. eodem titul. & ideò propter compensationem onerum promissio alicuius rei, seu fructuum alicuius prædij loco alimentorum, vel vsurarum, valet. capit. salubriter. extr. de vsur. Bartol. & Doctores in l. si insulam. §. vsuras. ff. soluto matrimonio. Bal. & alij in l. fin. §. prætereà. C. de iure dot. & hanc sententiam veram & communem esse, scribit Petr. Philip. Corne. in consil. 212. numer. 1. in 3. volum. cons.

CONCLVSIO XCIX.

39 VXOR non potest sine consensu mariti vel proquinquorum, si ita in statuto esset pro usum, testari. Nam potestas testandi vni magis quàm alteri concessa, & declaratio qui testari possint, vel ne, dicitur de iure Ciuili introducta, vt per Dyn. & alios in capit. indultum. de regulis iur. in 6. Vnde cùm statuta in ciuitate quapiam dicantur ius Ciuile. l. omnes populi. & ibi Bartol. & alij Doctores. ff. de iusti. & iur. infertur quòd tale statutum valere debeat, quasi limitatiuum potestatis testandi mulieribus de iure communi concessæ. Ita expressè affirmat Angel. de Perus. in §. prouinciarum. Authentic. vt factæ nouæ constitutiones. Contrariam sententiam multi alij Docto. approbarunt, Paul. de Cast. in l. ex facto. numer. 6. Francisc. de Acolit. Aretin. numer. 7. Alexand. de Imol. num. 14. ff. de vulgar. & pupill. substit. Et idem Alex. de iure ita respondit in consil. 155. numer. 6. versi. in tantùm, quod dicit Paul. de Cast. in 2. libro cons. & in consil. 55. numer. 8. versic. prætereà. in libro 1. consil. Et hanc esse veram & communem sententiam inquit Ias. in d. l. ex facto. numer. 9. Licèt ipse ibidem contrariam sententiam defendat. versic. ego teneo contrarium. Quam etiam Marian. Socin. Iunior, in puncto iuris sustineri posse arbitratur. in l. stipulatio hoc modo concepta. versic. secundo. vbi ipse à numer. 3. in ver. ex isto textu, cum num. sequentibus. ff. de verb. obligat. egregiè illam doctrinam explicat. Verùm hanc quæstionem in vtramque partem multis adductis hinc inde argumentis & authoritatibus Doctor. latè & copiosè Andr. Tiraq. in tract. de legibus connub. in gloss. 5. numer. 94. versic. Imò verò sunt qui negant posse statutum, cum seq. 95. 96. 97. & 98. & in glos. 8. numer. 120. versic. & in eadem quoq; sententia prosequitur.

CON-

CONCLVSIO C.

40 VXOR dotem repetere poteſt à marito, qui propter caſum fortuitum etiam ſit pauper ſine culpa ſua. Doctor. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. Et hanc ſententiam communem opinionem Legiſtarum appellat Panorm. in capit. per veſtras. numer. 12. ext. de donat. int. vir. & vxor. Allegant Docto. ad probationem huius doctrinæ, l. in ambiguis. ff. de regul. iur. Sichard. in d. l. vbi adhuc. numer. 29. verſicu. Quòd communis ſententia Legiſtarum ſit. Ioan. Crot. in 2. repet. l. ſi conſtante. numer. 60. verſ. tenendo tamen concluſionem Bart. ff. ſolut. matrimon. in 3. volum. repetitio.

FINIS OCTAVAE CENTVRIAE.

CONCLVSIO XIX.

25 VXORATVS qui rem habuit cum ſoluta, non poteſt accuſari de adulterio. gloſ. in l. 1. in verb. declarat. & ibi Bald. numer. 3. C. ad l. Iul. de adult. Salycet. in Auth. ex complexu. C. de inceſt. & inutil. nupt. l. ſi quis illuſtris. numer. 4. C. ad S C. Orfic. & in dict. l. 1. numer. 2. Alexand. de Imol. in conſ. 129. ver. plus dicit. nõ procul à fine conſ. in lib. 1. Quoniam adulterium dicitur alieni thori violatio, & quaſi tranſitus ad alterius thorum, vel tranſitus thori vnius ad alterum. Vnde non eſt adulterium, ſi maritus aliquam ſolutam cognoſcit. Hoſt. in ſumm. titul. de adult. §. 1. quid ſit adulterium. Barthol. Socin. in conſ. 148. numer. 3. & Bald. de Bartolinis in ſubſcriptione conſilij numer. 8. in 1. vol. conſil. Propterea vxoratus non poteſt ratione illius delicti criminaliter, ſecundum iuris Ciuilis diſpoſitionem, puniri. Angel. Aretin. in §. nouiſsimè. numer. 4. Inſtitu. de S C. Orfic. Dec. in conſil. 311. nume. 1. & Bernhard. VVurmbſerus in pract. Obſerua. lib. 1. ſub titul. de matrimon. capit. 9. vxores duas habens quomodo puniatur. Et hanc indubitatam Doctor. ſententiam appellat Roland. à Valle, in conſ. 74. numer. 12. in 1. Tom. conſil. De iure verò Canonico coniugatus dicitur committere adulterium, etiam cognoſcendo ſolutam. capit. nemo. c. dicat. 32. quæſt. 4. Ita annotat Panorm. ratione illius textus, in capit. tranſmiſſæ. numer. 5. ext. de eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ. addit. in d. l. 1. C. ad l. Iul. de adult. & Lancilotus Conrad. in ſuo prætorio & curia. breuiario. cap. de adulter. num. 2. & 3.

CONCLVSIO XX.

26 VNIVERSITAS poteſt per particulares homines poſſeſsionem præſcribere, abſq; ſuo mandato, dũmodò ſcientia vniuerſitatis vel eius regentium interueniat, quæ ſcientia per patientiam præſumitur, & patientia loco mandati habetur. Hæc videtur eſſe cõmunis opinio Doctor. referente Hieronym. de Monte in tractat. de finibus regen. capit. 72. quam ipſe ibi latiùs proſequitur.

FINIS PRIMAE PARTIS.



CON-

CONCLVSIONVM LAVRENTII KIRCHOVII, PARS ALTERA.

A.

CONCLVSIO VIII.

8 ADVLTERIVM non committitur si quis habuerit rem cũ vidua, cùm illud dicatur violatio alterius thori, quasi ad alterius thorum accessio. c. lex illa. versi. adulterinm verò. 36. quæst. 2. Marian. Socin. Senior, in Rubr. numer. 3. & in cap. 2. nnmer. 5. ext. de adult. Philip. Dec. in cap. at si Clerici. §. de adulterijs. num. 1. extr. de iud. Sed stuprum, quod propriè dicitur cum vidua vel virgine. l. inter stuprum. ff. de verb. signif. cum similib. adductis per Dec. in dict. §. de adulterijs. nnme. 1. cuius pœna est publicatio dimidiæ partis bonorum, si persona honesta sit. §. sed eadem lege. Instit. de pub. iud. Alex. de Imol. in cons. 13. numer. 4. in 7. volu. cons. Angel. in tractat. malefic. in verb. Chehai adulterato la mia dona. versi. quæro quid sit pœna stupri. numer. 53. Hippol. de Marsi. in cons. 83. numer. 29. & Thom. Gramm. in voto. 7. numer. 2. Si verò humilis fuerit persona, tunc est pœna coërcionis corporis cum relegatione. dict. §. sed eadem lege Iulia. Azo in summ. C. ad l. Iul. de adult. vers. nunc de stupro dicamus. numer. 23. Alexand. in d. consil. 13. Roland. à Valle, in consil. 35. nnmer. 23. 24. 25. & 26. in 2. Tom. consil. Guilh. de Cu. in l. raptores. C. de Episc. & Cleric. quem refert Thomas Gramm. in voto 4. numer. 23. inquiens: Quòd si quis cognouit virginem vel viduam sine violentia & sine armis, non habet locum pœna raptus, sed si est noblilis, debet amittere dimidiam partem bonorum: si autem vilis, debet corporaliter puniri, non tamen vt moriatur, d. §. sed eadem lege, cùm ibi in textu dicatur, sine vi stuprauerit. Ideò talis pœna non excedit relegationem. Idque etiam procedit, etiamsi mulier honesta volens cognita fuerit, quia habebit locum talis pœna siue volens, siue nolens, cùm præsumatur seducta bonis verbis. l. vnica. §. 1. C. de rapt. virg. secus si violentia interuenerit. d. l. vnica. Quod latiùs declarant Andr. de Isern. in titul. quæ sint regalia. in verb. contrahentium incestas nuptias. nnmer. 40. versi. multis videtur hoc esse verum. Alber. de Gandino, in suo tracta. malefic. sub Rubr. de multis quæstionibus, dependentibus à statutis, quæ incidunt circa maleficia. ver. item pone quæstionem de facto. numer. 19. Hippol. de Marsi. in suis sing. sing. 65. Ioan. Caccialupus in l. si qua illustris. C. ad S C. Orfic. Ludoui. Carerius in sua pract. crim. §. circa igitur quartum de stupro. numer. 5. cum alijs seq. pag. lib. mei 205. Follerius in prac. crim. in verb. & si confitebuntur. versic. ad quorum corroborationem. num. 16. Ex quibus apparet, hanc communem sententiam Doct. esse, quo iure etiam vtimur, si Iudæus tale delictũ cum Christiana vidua vel virgine perpetrasset, vt pulchrè consulendo scribunt Alexand. de Imol. in d. cons. 13. & Roland. in d. consil. 35. quorum dicta & rationes non transscribo.

CONCLVSIO IX.

9 ADVLTVS curatore carens, iuramentum deferre potest. Ita in specie post alios affirmat Ias. inquiens: eam opinionem communiter approbatam esse. in l. iusiurandum. §. pupillus. numer. 12. vers. quid autem esset, si adultus non haberet curatorem. ff. de iureiur. De qua quæstione multum scribit Rolan. à Valle, in cons. 54. in princ. & seq. numer. in 2. Tom. con.

CONCLVSIO XVII.

17 ALIMENTA petere non potest mulier ab hæredibus primo anno dilationis, à lege hæredibus mariti statutæ, finito, ad soluendum ei dotes consistentes in pecunia. Doctor. in l. diuortio. ff. solut. matrimonio. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. act. Quia cùm mulier primo anno elapso in sua potestate habuerit exigere dotem, quam repetere neglexit, sibi imputabit si illam non exigit, & ideò peream non possunt peti alimenta ab hæredib. viri, per ea quæ notantur per glos. & Doctor. in leg. 1. C. de senten. quæ sine certa quanti. profer. vbi qui habebat in potestate exigere sortem, non potest deducere in iudicium

dicium vſuras futuri temporis, quas aliàs deducere potuiſſet. Alexan. in d.l. diuortio. numer. 23. Et hanc ſententiam communem eſſe inquiunt Alexand. de Imol. in con. 27. in 4. lib. conſ. Iaſ. in d.l. diuortio. numer. 28. verſic. circa quintam concluſionem. & Roland. à Valle, in conſil. 55. num. 1. in 2. Tom. con. quam doctrinam reſtringit, ibidem Iohan. de Imol. numer. 6. verſ. Idem videtur ſi hæredes viri fuiſſent in mora reſtituendi dotē, & mulier fuerit cōſueta pecunias ſuas ad honeſtum lucrum mercatoribus dare, tunc ratione moræ deberet haberi ratio intereſſe conſiſtentis in lucro, quod verſimiliter mulier percepiſſet, per ea quæ notantur in l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco. cuius ſententiam ſequitur Alexan. de Imo. in d. conſ. 27. in verb. conſueta. liter. a. Aliàs ex cōmuni ſententia, (licèt pleriq; alij contrarium teneant referente Barthol. Socin.) mulier poſt annum etiam data mora reſtituendi dotem, non poſſet alimenta petere, per multas authoritates in con. 126. num. 5. verſic. quibus præmiſsis. in 1. vol. & in conſ. 180. nu. 6. quod eſt repetitum in 2. vol. con.

CONCLVSIO XVIII.

18 ANTIQVVM factum dicitur ſpacium quadraginta annorum, ſecundum opinionem Anton. de Butr. in c. veniens, 1. extr. de teſtib. Plures authoritates adducit Barthol. à Chaſſan. in conſ. 15. nume. 19. Alij voluerunt quòd hoc iudicis arbitrio relinqueretur, quando tempus dicatur de antiquo in materia probationis. Anton. de But. in cap. quoniam contra. extr. de probat. Alexand. de Imol. in conſ. 4. numer. 12. in 2. lib. conſil. Matth. de Afflict. in Deciſ. S.C. Neapol. Deciſ. 83. num. 7. Alij dixerunt, quòd requireretur tempus centum annorum metam excedens. Alexand. de Imol. in conſ. 6. numer. 7. in 1. vol. conſ. Quod latiùs declarant Philip. Dec. in cap. 1. num. 7. extr. de appel. & in con. 12. inci. pro tenui facultate mea. num. 8. Iaſ. in l. cùm aliquis. C. de iure deliber. & nouiſsimè Crauett. in tractat. de antiquita. temp. §. 1. incip. circa primam partem. & ſparſim in eod. tract. & ibid. nume. 5. dicit hanc tertiam opinionem communem eſſe, & ante illum Cagnol. in l. 4. in fin. ff. de reg. iur. quę tamen non procederet, quando non ageretur de magno præiudicio, quia tunc ſufficeret 40. annorum ſpacium, ad inducendam plenam probationem, prout exemplificari poſſet in finib. Diœceſium, quia non ſunt magni præiudicij, ſecundum Abb. in c. cùm cauſam. in 1. notab. ext. de probat. ſeu arbitrio iudicis relinqueretur. Hier. de Monte, poſt alios in tract. de finib. regen. c. 70.

CONCLVSIO XXVII.

27 APPELLATIO vbi ex natura cauſæ in poſſeſſorio eſt prohibita, pariter etiam prohibita videtur ſupplicatio. Ioan. de Im. in conſ. 142. Philip. Dec. in l. fin. num. 50. C. de edict. D. Adrian. tollend. Nam non poteſt appellari in cauſa poſſeſſorij, quia præiudicium reparari poteſt in petitorio, & iſta ratio etiam militat in ſupplicatione. Licèt Paul. de Caſtr. in d. l. fin. numer. 16. contrariam ſententiam ſequatur, præcedentem tamen obſeruādam eſſe inquit Philip. Dec. in d. num. 50. Nam qui non poteſt appellare à ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam, pariter aduerſus eam ſupplicare non poteſt, cùm in vanum impetratum videatur, quicquid dicitur contra ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam. l. fin. vbi gloſſ. & Doctor. C. vt lite pend. Hanc tamen opinionem tanquam magis approbatam ſequitur Roland. à Valle, in con. 38. verſ. quib. tamen non obſtantibus. numer. 10. cum ſeqnentib. in 2. Tom. conſ.

CONCLVSIO XXVIII.

28 APPELLATIO admittitur in omnib. poſſeſſorijs, ſecundum communem Doct. ſententiam, de iure Canonico pertext. in Clemen. vnica. & ibi Cardin. in 1. oppoſit. de cau. poſſeſ. & proprieta. Frideric. Senen. in conſ. 76. incip. Domino adiutori. Alex. de Imol. in conſ. 99. ver. & præſuppono primò. in 5. vol. conſ. Sed de iure Ciuili ſecundum communem opinionem ſecùs. l. vnica. C. ſi de momen. poſſeſ. fuer. appel. c. ex conquæſtione. ext. de reſtit. ſpoliator. Iaſ. in conſ. 60. num. 5. in 1. volum. & in conſil. 187. in 2. vol. conſ. Philip. Dec. in l. 1. num. 6. C. de bonor. poſſeſs. ſecundum tab. & Roland. à Valle, in conſil. 38. num. 13. in 2. Tom. conſ.

CONCLVSIO XXIX.

29 APPELLATIONEM ſi tollat ſtatutum, illud quidem valet, non tamen à tali ſtatuto ſupplicationis vel querelę recurſus tollitur, cùm ſint diuerſa remedia, vt d. eſt in verb. appellare nō licet. Appellatio enim

arguit iniquitatem vel imperitiam iudicantis.l.1.ff.de appella.supplicatio verò vel querela respicit proprij erroris veniam, vel aduersarij circumuentionem.leg.1.§.præfecti etiam prætorio.ff.de minorib.Bald.in l.fin. §.fin.C.de tẽpor. appella. Hippol. de Marsi. in sua practic. criminal. §.oportunè. nu.53. mihi, vers. vltra prædicta, Marc. Anto. Natt. in cons.172.nu.9.& 13.in 1.To.cons.& Laur. Sylua.in cons.63.nu.4.in 2.lib.con.Et hanc Docto.communem opinionem esse inquit Philip.Dec. in cons.533. nume.2.Quam tamen latiùs explicat Roland.à Valle,in cons. 38.nnmer.7.8.9.&20.in 2.Tom.cons.

CONCLVSIO XXX.

30 APPELLANTI ad prosequendum appellationem nõ aliter biennium concedi oportere, nisi in primo anno diligentiam à se adhibitam fuisse probauerit, cõmuniter scribentes voluerunt in c.ex ratione. ext.de appellat.& in Authen.ei qui appellat.C.de temp.& reparatio.appellatio. Alex. de Im. in con.79.in causa & lit.nu.1.2.& 3.cũ seqq. in 7.vol.con. Additio ad processum Chilia. Kǿnning.post ca.126. de desertio. appellat. Et cùm Iudex in culpa fuerit, quin causa finiatnr, tunc protestari oportet, aliàs negligentia in Iudice nequaquam præsumeretur. Alex.de Im.164.post nu.5.6.& 7.lib.2. & cõ. 14.nu.3.& 4.lib.5.con.licèt alij contrariam sententiam secuti fuerint, quos refert Dec. in c.fin.nu.4.extr.de appellat.& in l.in omnibus causis.nu.12.ff.de reg.iur.Carol.Molin.remissiuè in suis additio.ad con.Alex.in d.con.14.in verb.protestatus: tamen communior est in contrarium, Marant. in tract. de ord.iudic.part.6.de appellat.nu.219.ver. Sed iuxta hoc quæritur.& nu.222.vers.octauò põdero distinguens inter impedimentũ proueniens à Iudice & aliud impedimentũ aliũde quàm facto Iudicis, proueniens, primo scilicet casu requiri protestationem, altero non requiri, sed satis esse, vt posteà impedimentum probetur, Multas authoritates adducit nouissimè Henning. Gǿden, in cons. 61.in ordine.nu.5.Meminerunt & huius cõclusionis Socin.Iun.in con.117.num.3.in 2. part.cons. Et copiosiùs Octau. Cachera.in decisio. sacri Senatus Pedemontani. decis. 12.& Nicola. Anton. in suis analyt.annotatio.ad Octau. Vestrij in Romanę aulę actionem & iudiciorum mores introductionem, lib.3.c.5.vbi ipse nu.8. addit, Gomesium asserere, quod Rota determinauerit sufficere loco protestationis, vt probetur impedimẽtum. Cæterùm Hier. Cagnol.in. d.l.in omnib.nu.10. & 12.scribit, cõmunem DD. opinionem esse in oppositũ, quòd protestatio non sit necessaria, sed vtilis, plures DD. authoritates adducens. De hac quoq; conclusione multa scribit Ioan. Francis.de Ripa,in tractat.de peste.c.de priuilegijs iudiciorum causa pestis. inci. Condescendo ad tertiam particulam secundæ partis principalis. numer.21.22.23.24.25.26.cum seqq.

CONCLVSIO XXXI.

31 APPELLATIO extraiudicialis quando interponitur, aut appellatnr à Iudice extra iudiciũ, tunc debent in ea causæ vel probabiles coniecturæ exprimi.c.bonæ.ext.de appellat.aut appellatur extraiudicialiter ab aduersario, tunc non est necesse exprimere causam appellationis: ita refert post Hostiens. Panor.in c.cùm sit Romana.nu.20.ext. eod.Et Hostiensis sententiam communiter DD.sequi, idem Panor. attestatnr. Repetit & hanc eandem sententiam tanquam communiter approbatam Nicol.Anto.Grauat. in suis analy. annotat. ad Octau. Vestrij in Romanæ aulæ actionem & iudiciorũ mores introductionem, lib.3.c.7.nu.3.de qua conclusione DD.copiosè in c. consuluit.2. in d. c.cùm sit Romana. & ibi Hier. Gigas ad lectur.Decij in verb. causa requiratur. & in d. c.bonæ.ext.de appellat.scripserunt. Meminit quoq; remissiuè D. Maranta in tract. de ord. iudicio.par.6.de appellat.nu.146.vers. An autem in appellatione extraiudiciali requiratur expressio causæ.

CONCLVSIO XXXII.

32 APPELLATIONE iudiciali interposita, omnia attentata post appellationem simpliciter reuocãtur. Sed in extraiudiciali illa solummodò retractari debent, quæ fiunt post & contra appellationem, c.cum nobis, & ibi Innocent. & Panorm. numer. 2. ext. de elect. Et idem Panorm. in c. 1. numer. 4. & ibi apostil.in verb.post appellationem.& in c.consuluit.extr. de appellat.Socin.Sen. in cons.46.nu.5. vers. circa hanc dubitationem omitto.in 1.vol.con. Estq; hęc sententia communiter approbata, Dec.in c.bonæ memoriæ.nu.18. vers. duodecima differentia est.ext.de appellat.& Nicol.Anto. Grauat.in Octau.Vest. in Romanæ aulæ actionem & iudiciorum mores introductionem, lib.3.cap.7.numer.5.

CONCLVSIO XXXIIII.

34 ARBITRORVM vel arbitratorum potestas

poteſtas dependet à compromiſſo. l. ſi cum dies. §. plenum, leg. non diſtinguemus. §. de officio. vbi I C. Paul. inquit, de officio arbitri tractantib. ſciendum eſt omnem tractatum ex compromiſſo ſumẽdum. Nec enim aliud illi licebit, quàm quod ibi, vt efficere poſsit, cautum eſt. Non ergo quodlibet ſtatuere arbiter poterit, nec in qua re libet, niſi de qua re compromiſſum eſt, & quatenus compromiſſum eſt. ff. de recept. arbit. Socin. Senior, in conſ. 20. num. 1. in 1. vol. conſ. Quare quando arbiter vel arbitrator excedit fines compromiſsi, debet talis exceſſus retractari, ſecundum doctrinam Bartol. in l. cum Aquiliana. poſt nu. 4. ff. de tranſact. Alex. de Imol. in conſ. 124. num. 4. verſ. Accedit id quod notabiliter voluit. lib. 2. cõ. plures auctoritates adducit Iaſ. in d. l. cũ Aquiliana. num. 7. Eſtq; communis DD. ſententia, vti refert Franciſc. Curt. Iunior, in conſ. 79. numer. 2. verſic. ſtante præmiſſo fundamento, in 2. part. conſ.

CONCLVSIO XXXV.

35 ARGVMENTVM à contrario ſenſu habet locum in vltimis voluntatib. l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſtam. l. ſi cũ dotem. ff. ſolu. matrim. l. apud antiquos. C. de furt. Et hæc eſt communis concluſio Doct. referente Roder. Suarez in allegat. ſuis. Alleg. 1. num. 1. Sed de hac doctrina latiùs ſcribunt Euerhar. in locis argum. legalium in loco à contrario ſenſu, & Viuius in ſuis Cõmunib. opinion. in verb. à contrario ſenſu.

C.

CONCLVSIO LI.

2 CAPI non poteſt quis ad inſtantiam procuratoris non habentis ſpeciale mandatum. Hanc cõmunem opinionem eſſe meminit Ludo. Roma. in con. 241. num. 11. verſic, ſecundò principaliter, niſi in mandato adſit clauſula cum libera & plena poteſtate, quæ idem quod ſpeciale mandatum operatur. Philip. Dec. in conſ. 404. numer. 6. Iaſ. in l. ſi procurator. nu. 11. in 3. notab. C. de procur. & nouiſsimè Pet. Ioã. Anchoran. in lib. 2. famil. iuris quæſt. q. 3. nu. 18. & 19. & Gaſpar Caballin. in ſuis gloſ. ad Aegidi. conſtitut. lib. 6. c. 11. in verb. Procuratorum. verſ. 38.

CONCLVSIO LII.

3 CAPTVRA & incarceratio non conceditur etiam in cauſis criminalib. niſi anteà fuerit habita aliqualis informatio, licèt indicia ſufficientia ad torturam non præceſſerint. Quam tamen ſententiam multi improbare videntur. Bart. in l. cum eo. ali às l. ſacrilegij. §. Labeo. nu. 2. ff. ad l. Iul. pecula. inquiens: Pro cauſa criminali indiſtinctè aliquem capi poſſe, quod ibi Alex. in verb. capi à iudice, approbat, per authoritatem Baldi dicentis, in criminali ſemper incipi poſſe à captura, in l. conſentaneum. nu. 11. verſ. ſed in criminalib. Idque etiam videtur eſſe de mente D. Bartoli. ibid. nu. 12. verſ. ſequitur tertia pars. ibi, dicit gloſ. regulariter ordinarius poteſt capere perſonam quãdo vult. C. quando iudex ſenten. profer. debeat. & in l. 2. numer. 3. verſic. & nota quòd iudex in criminalib. poteſt incipere à captura perſonæ. & ibi Apoſtilla. in verb. criminalibus. C. de his qui latro. vel alios criminis reos occult. Ang. de Peruſ. in §. ſcientes. nume. 8. verſ. ſed an poteſtas. in Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. per tex. in c. ſi Clericos. ext. de ſenten. excommu. Alex. de Imol. in con. 240. numer. 3. verſ. quartò quan. obijcitur crimen alicui, eſt in arbitrio iudicis adhibere modum cuſtodiæ circ. perſonam talis, ne proceſſus & ſententia redderentur poſteà illuſoria. l. 1. ff. de cuſto. reor. & ita illam l. ſummat Bart. & intelligit, ibi, & iudex etiam ante inchoatum proceſſum, laborante aliqua ſuſpicione cõtra aliquem de delicto poteſt incipere à captura perſonæ, adducens Bald. in l. ſi quis curialis. nu. 1. verſi. nota hîc argumentum. C. de Epiſc. & Cler. & nonnullos alios locos ex Bald. Pariſ. de Putr. in tract. de ſyndic. in verb. captura. nu. 13. & in verſ. an poteſtas poſsit. & in verb. quia plærunq; nu. 1. pag. lib. mei 357. in 2. vol. tractat. refert. Quod quoq; multi intelligunt iudici cõceſſum eſſe indicijs nõ præcedentib. Bal. in l. etſi certus. ff. ad Sylleia. Ang. in l. item apud Labeonem. §. quæſtionis. ff. de iniur. prout illos allegarunt & ſecuti ſunt Hippol. de Marſ. in l. 1. in 1. notab. nu. 1. ff. de quæſt. & in ſuis ſing. ſing. 93. incip. iudex licèt ſine indicijs, & Cyril. Fulgeon. in ſumm. crim. in 3. parti. tit. de pœn. iud. malè indican. §. 2. nu. 7. verſ. ſciendũ eſt, quod in maleficijs quandocunq; placuerit à captura incipere ei per mittitur. & Iohan. Bertact. in ſuo aureo Repert. in verb. captura permiſſa eſt in criminalib. & in verb. malefactor capi poteſt. Sed priorem ſentẽtiam requiri informationem aliqualem DD. tanquam magis cõmunem

amplectuntur. Salyc. in l. nullus. nu. 4. vers. nota quintò. C. de exhib. & transmit. reis. & idem Salyc. in l. fin. circ. fin. si rectè intelligatur. C. de quęst. Ang. Aret. per ea quæ ipse scribit in tract. malefic. in verb. hæc est quędam inquisitio. vers. secundò principaliter. nu. 30. in verb. quòd fama publica præcedente. nu. 4. vers. ani maduertendum est. & August. Apostil. post nu. 7. in Apostil. incip. tu aūt adde hic in quantum. Et idem Ang. hoc adhuc meliùs declarat in verb. iudex cōmisit quod Laicus. nu. 4. vers. sed cauti iudices prouident, quia habita quali quali informatione de delicto iubent reum capi, si crimen sit tale quòd pœna sit corporis afflictiua, ne verbali citatione præcedēte reus auffugiat. Francisc. Brun. in tract. de indic. & tortu. in q. 9. 2. part. num. 4. vers. & aduerte. licèt ipse nōnulla addat. Dec. in con. 189. in fin. Hipp. de Mars. in l. qui cęden. nu. 19. ff. ad l. Corne. de Sicar. allegans Ang. dicētem: non valere capturam quam iudex decreuit contra allegatum suspectū, nisi saltem cognouerit de qualitate personę, in l. si ab arbitrio. §. 1. ff. qui satisda. cogan. & in d. l. 1. nu. 1. ff. de quæst. Quamuis ipse ibi dicat, in criminalib. causis si iudici videatur posse illū capturam etiam indicijs nō præcedentib. incipere, per authoritates anteà adductas, tamen posteà annectit Salyc. authoritatem antè indicatam, requirentem probabilem aliqualem informationem, quam sententiam Hipp. latiùs declarat in sua pract. crim. in verb. constante. nu. 1. 2. 3. 4. & 5. Et hanc sentētiam tanquam magis approbatam recentiores Scribentes secuti sunt Pet. Foller. in pract. crim. in Rubric. notatus capiat. nu. 1. Marc. Ant. Blanc. in tracta. de indic. ff. ad l. fin. de quæst. nu. 6. dicens illam conclusionem cōmunem esse, quòd iudex habita aliquali informatione possit procedere ad torturā & carcerationē rei. Aegid. Bos. in tract. rer. crim. titu. de captu. nu. 3. aiens ita cōmuniter decidere DD. in d. c. si Clericos. Ita etiā intelliguntur Bal. in l. quòd si euitandi. in fin. Quòd quis non debeat capi ante summariam fidē, vel probabilē suspicionem de recessu. C. de cōdict. ob turp. cau. & Alex. in l. neminē. in verb. permiserit. C. de custo. & exhibit. reor. Bald. in d. l. quòd euitandi. allegat quoq; Rober. Marant. in tracta. de ordin. iud. in verb. de citatione. 1. memb. iudi. nu. 60. vers. hinc dicit. Marc. Anton. Blanc. in sua pract. crim. §. ijs sic pręmissis veniendo modò ad materiā defensionum reorum. nu. 26. vers. sed aduerte circa prædicta. pag. 126. Roderic. Suarez in suis allega. c. vltim. de fideius. in cau. crim. nu. 5. vers. practica iuridica est hæc, quòd vbicunque aliquis accusatur de tali crimine, cuius pœna sit corporis afflictiua, informatione prius à testib. habita, sine aliqua citatione verbali, mittunt Algazelū ad capiendū reum, & sic prouident iudices moderni, ne si verbalis citatio præcederet, accusatus conscius de crimine, arriperet fugā. Hoc ꝓbat tex. singularis in l. nullus. C. de exhiben. reis, ibi, ei verò qui reducendus erit, iuncta gloss. singulari, ibi superparte, erit, quæ dicit, scilicet re & verbo, per quā dicit ibi Salyc. Quod approbatur practica qua vtuntur iudices, quia informatione habita de maleficio, & malefactore, & sine alia verbali citatione mittunt ad capiendum reum, ne aliàs conscius de crimine fugam arriperet. & nu. 7. vers. & ad hoc vt sit carcerandus, sufficit quòd summatim per aliquam informationem constet de delicto. Lancillot. Conrad. in suo prætorio & curia. Breuia. titul. de capt. nu. 2. & 3. Francisc. Casenus in suis singul. quæst. criminal. cap. 9. de captu. & carcere, in prin. in vol. trac. crim. Anno, &c. 70. Venetijs impressorum. & ita respondi de iure Reipub. VVismariensi, quam prudentissimus consul Dionysius Sagerus per multos annos fideliter & cum summa dexteritate gubernauit. Quam sententiam Iul. Clarus in lib. 5. senten. §. fin. in quæst. 28. rectè & doctè explicat, quòd iudex habita informatione debeat formare inquisitionem, & deinde capi facere reum, intelligi de processu informatiuo, qui formatur à iudice assumendo indicia & informationes contra aliquem specialiter, ex quib. iudex deinde elicit titulum criminis, qui est forma & substantia ipsius inquisitionis siue processus, de quo ipse antè fecerat mentionem in quęst. 3. ver. & aduerte. Nouissimè hanc doctrinam pulchrè quoq; explicat Gaspar Caballi. in suis gloss. ad Aegid. constitutiones. lib. 3. c. 3. in verb. inquisitio. Cæterùm hic Basis & fundamentum sit huius doctrinæ. l. 1. ff. de custod. & exhib. reor. qua asserit Vlpianus, de custodia reorum proconsulem æstimare solere, vtrùm in carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda, vel fideiussorib. cōmittenda, vel etiam sibi, hoc autem vel pro criminis quod obijcitur qualitate, vel propter honorem, aut propter amplissimas facultates, vel pro innocentia personæ, vel pro dignitate eius, qui accusatur, facere soler.

Quare

Quare si iudex omissa talium circumstantiarum consideratione, quem carceri mãciparit, quem non debet, potest iniuriarum agi contra talem iudicem. l. nec magistratib. ff. de iniur. & ita iudicatum esse in Camera Imperiali meminit Frederi. Schenck ex liberis Baronib. à Tautenberg in suo Viridario cõclus. Iuridicarum, conclus. 98. Etsi aũt in criminalib. aliquando propter suspicionem fugæ rei. Iacob. Nouell. in tracta. crim. in 1. c. incip. Superiorib. annis. vers. indicia quæ præcedere debent. nu. 23. in fin. ibi. Quę quidem regula relinquatur arbitrio iudicis, an à personæ captura incipere velit, Bartol. Bald. in d. l. consẽtaneum. Alex. in addit. Bartol. in d. l. sacrilegij. §. Labeo. Si tamen is qui capi iubetur, offerat idoneos fideiussores, audiendus est, nec debet iudex recusare fideiussores, nisi fortasis essent crimina grauia, in quib. cautioni fideiussoriæ tutò credi non posset. d. l. diuus. ff. de custo. reor. Dicuntur autem grauia crimina, ex quibus imminet supplicium mortis. Specul. in tit. de accusa. §. 1. Qualiter autem in accusatione procedendum sit. nu. 8. vers. sed pone, qui eleganter ibidem distinguit, fideiussores non admitti in grauib. at in non grauib. esse recipiendos, & dicit Bart. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. nu. 2. vers. tertiò nota. ff. qui satisda. cogan. captũ ducere eum qui vult dare fideiussorem idoneum, iniuriam esse, & sic magistratum teneri iniuriarum, qui in carcere detinet volentem cauere idoneè. Idem tenent Angel. Paul. de Cast. & Ias. in d. §. qui pro rei. volentes, quòd iudices qui aliquem capi iusserunt fideiussorib. non acceptis iniuriarum posint conueniri. Vnde dicit Alberi. ibid. nu. 8. Mihi iniuriam facit trahendo me personaliter ad iudicem, si satisdare volo de me præsentando. & inquit ibi Alex. quòd in omnib. casib. in quib. in causa criminali non potest carcerari, dimittendum esse, qui ducitur, id est, qui capitur dato fideiussore, & si captus esset, relaxandum, tenerią; iniuriarum iudicem, qui fideiussorem idoneum nõ acceptat. Et quòd de criminali asseritur, Ias. intelligit, si pro criminali pecuniaria pœna sit inferenda, per d. l. 1. 2. & 3. ff. de custod. reor. in d. §. qui pro rei. nu. 4. in 2. notab. Ita in specie consulendo scribunt Vdalricus Zas. in con. 19. nu. 26. 27. 28. 29. & 30. in lib. 1. con. & Hieron. Schurff, in cons. 87. nu. 1. 2. & 3. in tertia Centuria. His addantur quæ refert Paul. Grilland. in tract. de relaxat. carcerat. tit. de fideiussor. reor.

CONCLVSIO LVII.

7 CAVTIO iuratoria non admittitur, vbi alio remedio consultum esse potest vtriq; parti, quam per iuratoriam cautionẽ. Ita vult text. in l. si constante. §. quotiens. vbi Paul. de Cast. nu. 3. & Alex. de Im. versic. sed contra istũ text. annotarunt. ff. solut. matri. Et hanc communem Theoricam esse refert adiunctis exemplis & declarationib. Rolan. à Valle, in con. 43. nu. 49. cũ seq. in 2. To. cõ.

CONCLVSIO LX.

10 CESSIO bonorum non habet locum, vbi quis tenetur ex delicto vel quasi, sed pœna pecuniaria debet cõuerti in corporalem, quia qui non habet in ære, luat in corpore. l. fin. de in ius vocand. l. 1. §. generaliter. ff. de pœnis. Ias. in §. pœnales. nu. 43. cum seqq. & §. fin. nu. 13. Inst. de actio. Idem Ias. in l. si quis id quod. nu. 28. ff. de Iurisd. omni. iud. Estq; hæc sententia cõmunis, vti refert post alios Cæpol. in con. 9. nu. 3. in crim. Quam Ias. d. locis & alij DD. in d. l. si quis id quod. Aufrer. in suis additio. ad decisiones Capellæ Tolosanæ, q. 61. nu. 3. Didac. Couar. lib. 2. varia. resolutio. c. 1. nu. 8. latiùs declararunt. Meminerunt nouissimè Natt. in con. 361. nu. 9. & Gasp. Cabal. in suis scholijs ad Aegidian. constitutio. lib. 4. ca. 98. in verb. consimile, circ. fin.

CONCLVSIO LXVII.

17 CITATIONEM non continentem diem, in qua citatus comparere debeat, tanquam obscuram non valere Bart. voluit, in l. aut qui aliter. §. 1. ff. quod vi aut clam. cum alijs Bartoli locis & aliorum DD. authoritatib. citatis per D. Alex. de Imo. in l. liber homo, qui bona. nu. 5. ff. de verb. oblig. sed alij, quorum sentẽtia communiter approbatur, sunt in contraria opinione, quos referunt idẽ Alex. in d. l. liber homo. & Philip. Dec. in c. cum parati. nu. 6 ver. Postremò. ext. de appellat. Specul. in tit. de citatio. §. sequitur videre. num. 20. vers. quid si non præfixeris. Anto. de But. in c. fi. nu. 25. ext. de ferijs Item in d. c. cum parati. in 4. notab. num. 4. & Panor. ibi. nu. 6. Nam debet citatus comparere, quàm primum cõmodè potest, per text. in c. eos. in fin. ext. de sentent. excom. in 6. cum quodam tamen temperamento. Non enim tenetur illicò currere, Collectar. in c. omnis vtriusq; sexus, nu. 10. circ. fin. ext. de pœnit. & remissio. Aufrer. in suis additio. ad decisio. Capellę Tolosa. q. 303. in fi. Et hanc cõmunem quoq; esse sententiam testantur

Felin. in c. consuluit. nu. 5. vers. sed tenendo opinionem. extr. de offic. & potest. iud. delega. Apostill. ad lectur. Panor. in d. c. cum parati. in verb. sine termino. lit. b. & Nicol. Anto. Grauat. ad tract. Octau. Vestrij in Romanæ aulæ actionem & iudiciorum mores, lib. 4. cap. 2. nu. 11. licèt alij variè distinxerint, Lanfranc. in cap. quoniam, in verb. citationes. numer. 13. vers. quidam voluerunt. extr. de probat. Alexand. de Imol. in d. l. liber homo. Dec. adhuc aliter in d. c. cum parati. d. numer. 6. vers. sed distinguendum est, quorum distinctiones hic referre longum foret. Et copiosè de hac conclusione scribit quoque Boër. in suis decisio. quæst. 235. Nouissimè Mauser in suo processu Iur. de citatio. pag. 8. vers. Secundum substantiale citationis est.

CONCLVSIO LXVIII.

18 CITATIO à procuratore incipere potest. Bart. in l. solent. in vlt. notab. nu. 17. ff. de aliment. & ciba. legat. Idem in l. quamuis. nu. 10. de damn. infe. & in l. meminerint. nu. 5. C. vnde vi. quod tamen DD. intelligunt, si Dominus non fuerit præsens, quia eo in casu citatio ab illo incipere debet. l. aut qui aliter. §. & si fortè. ff. quod vi aut clam. l. 1. §. 1. ff. de liber. agnosc. Fulgos. & Paul. de Castr. in l. eum qui. nu. 2. C. de procurato. Quorum sententias quoq; referunt ibidem Alex. de Imol. adiecto tamen temperamento. nu. 2. Ias. nu. 1. Et hanc sententiam, quòd citatio à procuratore incipere posit, cõmunem esse testantur Ias. in d. l. eum qui. d. nu. 1. & Nico. Ant. Grauat. ad tract. Octa. Vest. in Romanæ aulæ actionem & iudiciorum mores, lib. 4. ca. 3. nu. 10. quamuis tutiorem practicam iuris Canonici esse post alios referat Sichar. vt quò ad fieri posit, semper prima citatio fiat principali, in d. l. eum qui. numer. 3.

CONCLVSIO LXIX.

19 CITATIO facta die feriato, vt quis cõpareat die non feriato, nunquid valeat DD. inter se non cõueniunt, sed eam citationem non valere, si citetur die feriato ob honorem DEI, si autem citetur die feriato ob necessitates hominũ instituto, eo casu citationem valere voluit Bart. post Oldra. ab eo citatum in l. 1. §. nũciatio. nu. 30. ver. sed dicit D. Oldrad. duo verb. ff. de noui oper. nu. Bald. in l. fi. nu. 2. C. de ferijs. Et hanc cõmunem DD. sententiã esse refert Lanfran. in c. quoniam. in verb. citationes. nu. 18. extr. de probatio. de qua cõclusione copiosè in d. §. nunciatio Alex. de Imol. nu. 26. vers. successiuè quærit Bart. Ias. nu. 8. vers. in quantũ quærit & concludit Bart. Rui. nu. 166. ver. successiuè Bart. relatis opinionib. cõtrarijs venit ad opinionem Oldrad. Ioan. Crot. nu. 77. vers. prima conclusio. omnes attestantes de communi sententia differunt. Itidem DD. in c. fin. ext. de ferijs, licèt alij aliter respõderint quorum sententias refert Tiraq. in tract. de vtroq; retractu, in verb. de retraict lignaier. ad fin. tit. nu. 79. ver. de citatione aũt nõnihil dubij est cum seqq. nu. 80. & 81. adde Dominos de Rota, concl. 1. de ferijs, in nouis. Casiodorum decisio. 5. de dolo & cõtumac. & Octa. Vest. in Romonæ aulæ actionem & iudiciorũ mores Isagog. li. 4. c. 3. nu. 6. ver. generaliter aũt omnis citatio, quocunq; tempore etiam feriarum generalium vel aliàs die feriato, etiam in honorem DEI exequi poterit in curia, vel extra in prouincijs. Et ibi in annotationib. Nic. Ant. Graua. in ver. Generaliter. nu. 33. & Vantium in tract. de nullita: procesf. c. de nullitate ex defectu citationis. nu. 46. versic. contrarium tamen videlicet, de hac conclusione scripserunt quoq; Bartol. & alij DD. in l. ex quacunq;. ff. si quis in ius vocatus non ierit. Idem Bart. in tract. de citatione. nu. 8. in 6. q. Maran. in tract. de ordin. iudicio. part. 6. tit. de citatione. nu. 119. ver. venio ad quintum dubium principale, scilicet quando debeat fieri citatio, vbi ipse prædictam generalem regulam cum suis limitationib. declarat. Nouisimè VVormbser. in lib. 1. practic. obser. tit. de in ius vocando seu citatione. cap. 7. citatio ad diem feriatam. Quintil. Mandos. in praxi commisionum, forma 13. in verb. ferias. vers. Tertiò quæro, an citationi obstent feriæ, vbi ipse latiùs eam quæstionem prosequitur.

CONCLVSIO LXX.

20 CITATIONEM eius non requiri multi DD. voluerunt, qui dixit, se nolle ad iudicium venire. Et licèt alij voluerint, eum adhuc citandum esse, quia potuit se emendare: Tamen prior sententia, referente Ioan. Sodoleto in l. quod te. nu. 89. vers. Quinimò etiam in citato. ff. si cert. peta. in 2. volu. repetitionum, magis communiter approbatur, quod in eo casu procedit, si in iudicio se nolle comparere dixerit, At secus verò si extra iudicium dictum fuerit. glo. iuncto textu in c. venerabilibus. §. secùs. in verb. in iudicio. De sentent. excommu. in 6. Ioan. Baptist. Asini. multos Doctor. allegans, ad statutum

tutum Florentinum, de modo procedendi in ciuilibus. §. septimo, cap. 77.

CONCLVSIO LXXI.

21 CITATIO generalis ad totam causam, vt aliquis compareat singulis diebus & horis, ad omnes actus vsque ad sententiam, valet, quando aliquis citatur in locis remotis & longinquis, secus verò in locis propinquis. Quia tum in omnib. act. requiritur specialis citatio. Panor. in. c. fi. nu. 11. extr. de dilat. Ias. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. nu. 73. ff. de offi. proconsulis & lega. vbi ipse plures authoritates Doct. adducit, Estque hæc sententia communis Doct. conclusio, vti refert Marant. multos Doct. cum distinctio nib. allegans in tract. de ordi. iudic. par. 6. tit. de citat. nu. 118. versi. An autem possit fieri citatio generalis ad totã causam. Vurmbser. in lib. 1. practica. obseru. tit. De in ius vocatione seu citatione, cap. 16. citatio ad quẽ libet actum. Quã conclusionem quoque latiùs explicant Nicol. Ant. Grauat. ad Octa. Vestr. tract. in Roma. aulæ actionem & iudiciorum mores, lib. 4. cap. 4. nu. 15. & Ioh. Baptist. Asini. ad statutum Florenti. de modo procedendi in ciuilib. §. septimo. cap. 2. Redeundo igitur ad statutum nostrum. Sed alij nullam distinctionem de locis longinquis & remotis vel propinquis faciunt, existimantes sufficere generalem citationem, ne multarum citationum necessitas sequatur, Innoc. & alij in c. consuluit. extr. de offi. & potest. deleg. Alias plures authoritates adducit Alex. de Imo. in l. qui ante Calendas. num. 11. ff. de verb. oblig. Et dicit Iasfre. Balb. hanc sententiam cõmuniter probari eamque etiam communiorem & ita in Camera frequentari inquit Mynsi. in suis obseru. Cameræ Impe. Imper. Centur. 4. obser. 34. Cæterùm in Romana Curia ex benignitate & sacri palatij stylo ad proteruitatem non cõparentis magis conuincendam, citatus in partibus consueuit (etiam quòd nullo modo comparuerit) contra ipsum processus per edictum publicum seu audientiam contradictarum decerni, & ad omnes alios subsequentes actus in dicta audientia publicè citari. Ita refertur in decisio. 1. alias 223. inter. Si committatur causa tempore feriarum, de ferijs. pag. libri mei 148. secundum impressionem Lugdunensem anno 1568. secundũ impressionẽ verò Lugd. anno 1531. habetur illa decisio sub titu. de dilatio. fol. 48. in nouis. Quam doctrinam latiùs explicat Sebast. Vant. in tractat. de nullitatib. processuum, ca. de nullitate ex defectu citationis, & vnde ac quib. modis regulariter proueniat. nu. 110. versicul. Et quamuis contra taliter citatum.

CONCLVSIO LXXIIII.

24 CIVES habitãtes in aliqua ciuitate, similiter Originarij, vel habitantes in territorio Domini habẽtis merũ & mixtũ imperiũ, tenentur ei præstare iuramentũ: Quòd adeò generale est, siue teneant res feudales à Domino, siue nihil teneant, sed solum habitẽt, siue faciant aliquam artem siue mercantiã vel aliquam industriã, debent per iusiurandum assecurare Dominũ, & iurare. Ita habemus textum de Vasal. & familiari, toto titu. de feud. qualiter iurare deb. Vasal. Domino fidelita. vbi Andr. de Iser. nu. 2. & 3. Bald. nu. 2. vbi ipse triplex iuramentum, iuramentũ Vasalli, iuramentũ domestici, & iuramentũ quod præstãt ratione iurisdictionis subditi, eruditè explicat. Quod latiùs sibi prosequitur D. Aluarot. num. 1. & ibi in tertia specie iuramenti fidelitatis, dicit ipse, quòd hoc domino præstetur, vel ratione bonorum nõ feudalium, quæ ille tenet in loco subiecto iurisdictioni Domini, vel ratione habitationis, quam habet in in d. loco supposito iurisdictioni Domini. Vnde ratione iurisdictionis, quam habet Dominus in eum, vel ratione bonorum tenetur habitans fidelitatem iurare, propter illud iuramentum assecurationis appellatur, cùm Dominus terræ habeat iurisdictionem in suo territorio. l. si pupillus, §. territorium. ff. de verbor. significationib. Cum mque per tale iuramentum remoueatur suspicio, & assecuretur dominus. De quibus iuramentis & alijs multa præclara congesserunt Matth. de Affli. in d. tit. qual. iurare deb. Vasal. domino fidel. & Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. in verb. qui quidẽ inuestiti præstiterunt iuramentum fidelitatis. Meminit quoque Guid. Papa ratione habitationis quem dici subditum, & propterea iusiurandum præstandum esse, ne domino sit nociuus, sed fidelis, in suis decisio. Gratianopol. quæst. 307. Et hanc tam Feudistarum quam Legistarum cõmunem Theoricam appellat Roland. à Vallo, in cons. 53. numer. 2. in 2. Tom. con.

CONCLVSIO LXXVII.

27 CLAVSVLA quod qui promiserit aliquẽ repręsentare toties quoties fuerit requisitus,

 tus,

tus, liberatur si bis præsentauerit, vt euitetur infinitas. Ange. de Perus. in l. si finita. num. 1. ff. de damn. infect. & in l. 2. §. qui exhibendi, numer. 6. versic. Et credo. ff. de custod. reor. Plura & similia exempla refert Tiraq. in tracta. de vtroque retract. §. 1. gloss. 2. nu. 17. 18. 19. 20. pag. 638. 639. secundum impressionem Lugdun. anno 60. & in l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signif. in 26. limita. numer. 1. & 2. & in regula. numer. 49. Sed in contrarium est frequentior Docto. decisio. Alex. de Imo. in consi. 145. Quoniam abundè. numer. 3. & ibi Carol. Molin. in ver. Quoties, plures Doctor. allegans in 2. libr. consi. Quia illa verba, Toties quoties, sunt apposita ad infinitatem. Et hanc sententiam communiter approbari satis liquet ex dictis & allegationibus D. Iasonis in l. duobus reis. §. si ei qui. numer. 19. circ. fin. ff. de iureiur. & Quintil. Mandos. in praxi commisio. formul. 18. in verb. Toties quoties. pag. 97.

CONCLVSIO IIII.

54 CONFESSIO extraiudicialis cum infamia, est secundum communem Doctorum sententiam, sufficiens indicium ad torturam. Quod latè declarant Philip. Dec. in capitul. at si clerici. numer. 17. versicul. alia opinio principalis est. extr. de iudicijs. Nico. Boër. in suis decisionib. quæst. 90. & nouissimè Iacob. Nouell. in tractat. crimin. in primo capit. incip. Superioribus annis. numero vndecimo. pagina vigesima. lib. mei. & Marc. Anton. Blanc. ad final. ff. de quæstionibus, numer. 204. versicul. confessio extra indicialis. post Lud. Caterium in prac. caus. crimin. §. septimum indicium est confesio extra iudicium facta de delicto. numer. 1. pag. 56. Petrus Follerius in practi. sua crim. in verb. & si confitebuntur. versic. sequitur vt videamus secundo loco de confessionibus extraiudicialibus. numero vigesimo secundo. Huius conclusionis quoque meminerunt Iulius Clarus in lib. quinto sentent. §. fin. quæst. 21. versicul. confessio extraiudicialis, & Claud. de Battandier in sua praxi crimina. Regul. 54.

CONCLVSIO V.

55 CONSANGVINEIS si permitteretur à lege vel statuto facultas interficiendi repertum in flagranti crimine, possent ipsi secum socios & amicos sibi asciscere, & adhibere vindictæ executioni, adeò vt propter eà non punirentur. Baldus in Repet. l. 1. nu. 66. versic. sed quid dicemus, in fin. illius quæstionis. C. vnde vi. Paul. de Cast. in l. raptores. nu. 6. C. de Episc. & Cleric. Barthol. Capol. in tract. de seruit. vrbanor. prædior. capit. 23. numet. 10. versi. est argumentum, & Tiraq. per multas aliorum Doctorũ authoritates in tract. de vtroque retract. in verb. de retraict. lignagier. §. 26. num. 71. versic. tertiò intellige. Sed alij sententiam communem Docto. in contrarium esse arbitrantur, saltem quantum ad id, vt consanguinei ipsi possint adducere socios vel extraneos, & curare per illos interfici repertum in crimine, vel vt retineamus Tiraq. verba, vt ipsi manualiter id faciant per doctrinam Baldi, in l. vt vim. nume. 7. in 6. quæstion. versicu. sextò quæritur. ff. de iustitia & iure. Cùm permissio sit personalis, & statutum se restringat ad offensum, nec egrediatur personam, licèt bene eos comitari, eisque adesse, nec propterea de sociatione vel fauore teneri possint. Stephan. de Frederic. in tractat. de interpretat. iur. in vltima parte, numero quadragesimo octauo. versicu. & hæc inferri possent ad quæstionem, per legem, nõ est singulis. ff. de regulis iuris. toto titulo C. ne quis in caus. propria. Et hanc sententiam magis communem esse dicit Roland. à Valle, in consilio trigesimoquarto, numero 31. 32. & 33. in 2. Tomo. consil. vbi ipse Paul. de Castr. dictum intelligi posse tradit, quòd illi quib. ius vindicandi competit, possint secum socios & amicos sibi adhibere ad executionem vindictæ, quam sine illis tutò peragere non possent. Quamuis & hanc Baldi posteriorem sententiam atque aliorum Doct. tutiorem opinionẽ Ias. appellauerit: tamen in criminalib. mitiorem partẽ ad absoluendum, l. de interpretatione. l. sanctio legũ. ff. de pœn. sequendam esse ipse voluit in l. 1. §. vsufructuarius. nu. 5. vers. secundo notabiliter. ff. de oper. noui nunciat.

CONCLVSIO XV.

65 CONTRACTVS præsumitur vsurarius secundum magis communem opinionem, ex solo pacto de retrouendendo, cum modicitate precij. Aym. Cranet. in con. 156. vers. non obstat. nu. 16. Licèt multi voluerint ista duo non sufficere, nisi & adsit tertium requisitum, scilicet, quòd emptor sit solitus fœnerari

nerari. Quam sententiam magis communē appellat Socin. Iun. post Cæpol. in con. 50. num. 2. in 1. part. Sed priorem frequentiori calculo à Doct. approbatam esse adductis multorum Doct. authoritatib. scribit Roland. à Valle, in con. 40. num. 12. cum seq. vbi ipse plures authoritates, quam vllus aliorum in illa materia in vtramque partē congessit. in 2. Tom. con.

D

CONCLVSIO XXVIII.

9 DEFVNCTI ordinatio in feudū nō admittitur, in c. 1. ibi. nulla ordinatione defuncti in feudo manente vel valēte, de success. feud. c. 1. §. donare. Qualiter olim feud. alien. poter. Quod adeò generale est, vt vasallus non possit legare vel mortis causa donare feudum, sine consensu domini, Matth. de Afflict. in d. §. donare. nu. 1. nec pro anima relinquere, ibid. ibi, iudicare pro anima, & Felin. in c. quæ in Ecclesiarum. nume. 70. atque Dec. nume. 32. ext. de constitut. vbi ab illis limitationes & declarationes adijciuntur. Quia prohibitus testari, prohibetur etiam feudum legare vel donare, idem Philip. Dec. in con. 144. nu. 2. vers. nam dato quod concessio inuestituræ & vēditio valuissent. & Curt. Iun. in tract. feud. in 4. part. ex quibus caus. feud. amitta. num. 125. §. penul. quæro an & quando vasallus possit de feudo testari. Quā conclusionem adeò receptam esse inquiunt, vt legatario etiam non debeatur æstimatio feudi. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. in verb. & cū pacto quòd de ipso feudo possint ipsi vasalli in uestiti testari. nu. 5. Quod quoq; procedit si legatum factum fuerit Ecclesiæ. Curt. Iun. in d. 4. par. in d. §. penul. quæro. vers. quintò videretur limitanda prædicta conclusio. Vbi ipse dicit hanc esse cōmunem DD. sententiam, quam etiam refert Roland. à Valle, in con. 41. num. 32. in Tom. 2. con.

CONCLVSIO XXIX.

10 DELEGATVS Principis mulctam imponere potest, secundum sententiam Doct. cōmuniter approbatam, referentib. Panor. nu. 12. Felin. nu. 9. & Phil. Dec. nu. 13. vers. successiuè. Abb. quærit an delegatus mulctare possit. in c. 4. incip. De causis. extr. de offic. deleg. Licèt alij aliter censuerint, tamen prior sententia receptior est, Alex. de Im. in l. vni. nu. 13. & 14. ver. extr. gl. & vers. secundò fallit. Ias. nu. 20. vers. limita tamen istam cōclusionē, nisi sit delegatus principis. & Cagnol. nu. 58. volentes indistinctè recipi, (non considerato eo, quòd multi fuerint in ea sententia, delegatum principis de iure Ciuili regulariter non posse mulctare, per l. 2. argu endo à specialib. C. de sportu.) cùm in causa delegata maior sit quocunque ordinario. c. sanè. 2. ext. de offic. & potest. iud. deleg. Sed tamen delegatus principis maiorē, aut non ita grauem mulctā imponere non posset, q̄ imponeret ordinarius. l. eos. Cod. de modo mulctar. & Alex. de Imo. in rubr. nu. 8. vers. quartò. per l. 2. ff. de offic. eius cui mandat. est iurisdict. Atq; hanc cōmunem Doct. sententiā esse referunt Gasp. Valasc. in l. Imperium. nu. 221. vers. vltimò pro complemēto. ff. de iurisd. om. iud. in 1. vol. repet. & Rolād. à Val. in con. 47. nu. 74. in 2. Tom. con. idq; etiam de iure Canonico procedit, quamuis Dec. cōtrariam sententiam defendat, in d. c. 4. inci. De causis. nu. 13. Illius tamen rationib. benè respondet Cagnol. post alios in d. l. vnica. nu. 58. Non obstante eo, multas & aliquas differentias delegationis inter ius Canonicum & Ciuile receptas esse, cū quo ad impositionem mulctæ non reperiatur constituta differentia. Idcircò à iure Ciuili perspicuè hoc determinante recedere non est integrum, per c. 1. & 2. & quę ibi à Doct. notantur. ext. de noui oper. nunciat.

CONCLVSIO XXXIII.

14 DELICTVM si quis sponte confitetur statuto disponente, ei quoq; pœna diminui debet. Sed si quis primò negauerit delictū, & posteà pœnitētia ductus, confessus fuerit, an beneficio prędicti statuti gaudere debeat. Voluit Bar. eo in casu, illum ad beneficiū cōfessionis non admitti. l. eum qui. nu. 4. ff. de iureiur. Cuius opinionem cōmuniter approbari inquit Barth. Soc. in l. nō vtiq;. post nu. 7. ff. de excep. quemadmodū & post Vas. adducit Clarus in pract. cri. q. 82. ver. Statutum. 9. cir. fi. Sed alij quos adducit Ias. in d. l. eū qui. nu. 8. contrariā sententiā secuti sunt, quam & omnes amplecti ibid. testat. Ias. Et hāc mitiorem & sibi magis placerē dicit dicto loco Clarus. Quā sententiā & ego sequerer, si in praxi mihi casus offerretur, licèt nō ignorem, Bartoli opinionem nouissimè defendere D. Gasp. Cabal. IC. doctiss. tanquā iustiorem, propter aliquas causas per illum adductas, in suis scholijs ad Aegidia. constitutiones, lib. 4. cap. 27. in verb. Confessus.

CON-

CONCLVSIO XL.

21 DILATIO secunda non datur nisi causa cognita, Docto. in l. fin. vbi Alex. de Imol. num. 11. Ias. nu. 23. ff. de ferijs. & in l. 1. C. de dilat. etiamsi primam Iudex coarctauisset. Alex. de Imol. in l. 2. ff. de re iudic. Estque communis Docto. sententia, referente Ioh. Francisc. de Rip. ibidem num. 32. versic. Tertiò nota. Nouissimè meminit Nicol. Anto. Graua. in suis analyt. annot. ad Octaui. Vestrij in Roma. aulæ & iudicio. mor. Isagog. lib. 5. cap. 4. in verb. quod in causa.

CONCLVSIO LXXI.

52 DOTIS nomine si testator dixerit, Margaretæ & Catharinæ, relinquo & assigno cuilibet earum mille aureos, licet sint coniunctæ verbis, tamen ex quo erant omninò vocatæ ad diuersas res, quia partes assignatæ fuerant, quæ ad oculum ostendi potuerunt, non dabitur locus iuri accrescendi, si vna ex illis mortua fuerit. Item si pater reliquerit mille nomine dotis pro qualibet filiarum. Ita inquit Bart. in l. huiusmodi. §. quib. ita. num. 2. dicens: Testator instituit filias suas in centū pro qualibet, certè inter eas non est locus iuri accrescendi, quia separata quantitas assignatur cuilibet. ff. de leg. 1. Cuius sententiam reliqui Doctor. ibidem Bald. Rapha. Cuman. nu. 3. vers. vnde dicit Bart. & Paul. de Cast. communiter approbarunt. & idem Bart. in l. re coniuncti. nu. 23. versic. secundò quæro nunquid inter cō iunctos verbis tantùm sit ius accrescendi. ff. de lega. 3. Ioan. de Imol. in l. qui filiab. §. si quis ita. num. 2. ff. de lega. & fideicom. 1. Alexa. de Imol. in con. 55. numer. 3. in lib. 2. con. Et hanc sententiam communem esse dicunt Ias. in d. l. re coniuncti. numer. 104. versic. ex ista fallentia. & Barth. Romuleus num. 92. vers. ex istis dictis Bartoli.

E.

CONCLVSIO VII.

34 EMPHYTEVTA non potest arbores fructiferas incidere, sed benè cæduas, & si incidat, priuatur iure suo emphyteutico, & expelli potest. Bart. in l. fraudem. §. conductor. & ibi apostilla. in verb. fructiferas cædere. ff. de iure fisci. Bar. num. 3. & alij Doctor. in l. diuortio. §. si fundum. ff. solu. matrimon. Ias. in Authen. qui rem. nume. 6. vers. item quia emphyteuta incidendo arbores fructiferas. C. de sacrosanct. Eccles. Et hanc communem Doct. sententiam esse post plures allegationes inquit Roland. à Valle, in consil. 49. numer. 14. adiecta illa declaratione, numer. 20. & in fin. consilij eam maximè procedere, vbi deterioratio fuisset notabilis, quæ tenderet ad perpetuam deteriorationem fundi, in 2. Tom. con. Quam latiùs declarat Ias. in d. l. diuortio. in §. si fundum. numer. 4. versic. istam communem opinionem limita, quando ex tali incisione sequeretur magnum damnū. Bursat. in con. 91. numer. 3.

CONCLVSIO VIII.

35 EMPHYTEVTA per alienationem rei emphyteuticæ factam inconsulto Domino, non priuatur iure suo, etiamsi res tradita fuerit emptori per constitutum. Quia requiritur actualis apprehensio possessionis. Ias. in l. fin. numer. 132. versic. decimo nonò quæro. C. de iure emphyteu. Hippol. in suis singul. sing. 412. & Anton. Negusan. in tract. de pignor. & hypote. in 3. memb. 2. par. numer. 79. in 9. volum. tractat. attestantes hanc sententiam communiter receptam esse. Sed Roland. à Valle, in consil. 51. num. 22. 26. & 37. in 2. Tom. con. dicit cōtrariam sententiam magis communem esse, cùm constitutum quantum ad effectum priuationis idem operetur, ac si emphyteuta fundum actualiter tradidisset. Et hanc sententiam ab omnibus Docto. approbari inquit Guid. Papa in cons. 147. numer. 6. versicul. item & si foret. De qua quæstione latè disputat Roland. in d. consi. 51.

IX. X. suprà in Prima parte.

CONCLVSIO XI.

38 EMPTOR qui ex vi pacti de retrouendē do, tenetur reuendere alteri, si rem emptā alteri locat, & durāte locatione redimat, tenet redimēs stare locationi factæ per emptorē. Bald. in l. 1. nume. 35. versic. item pone vendidi tibi fundum. C. de iure fisci. lib. 10. Ludouic. Gozadin. in l. 2. vers. vigesimo sextò quæro. num. 143. & Hieron. Cagno. versic. duodecimo quæritur. numer. 77. C. de pact.

Int.empt.& vend.in 7.volum.repet. Et hãc Docto.communem sententiam esse meminit Roland. à Valle, in consil. 49.numer.3. in 2.Tom.consil.vbi Docto. allegati rationes pulchras eius doctrinæ retulerunt.

CONCLVSIO XII.

39 EPISCOPVS succedit in potestate exequendi testamenta in quibuscunque legatis, etiam non pijs, hærede non adimplente voluntatem defuncti.c.nos quidem. & ibi Ioan.de Imol.nume.2.versi.nota argumentum, quòd id quod dicitur Episcopum negligente hærede vel executore succedere in potestate exequendi, capit. si hæredes. & gloss. in verb. ab Episcopo. & idem Ioann. de Imola, numer.2.versicu.nota argumentum pro opinione quæ habet, quòd Episcopus succedat in potestate exequendi testamenta, in quibuscunque legatis etiam non pijs, & Panorm. ibid.numer.7.versic.venio ad tertium.ext.de testam. & vltim. volunt. Et hanc opinionem magis communẽ esse refert Alex.de Imol.in consi.239.nume.12. in 6.vol.con.

CONCLVSIO XIII.

40 EPISCOPVS si decesit hæredibus nonnullis post se relictis, & ambigebatur, an bona quæ ab ipso relicta sunt, vel ad Ecclesiam tanquàm bona acquisita de rebus Ecclesię, vel ad ipsius hæredes velut aliunde quæsita pertinerent, nec cõstaret, vnde quæsita fuissent, Respondent Docto. attendi oportere, quis sit illorum possessor. Nam si post mortem Episcopi Ecclesia possidet, & hæredes pro illis agunt, potior erit conditio ecclesiæ possidentis, Sed si hæredes sunt in possessione, tunc in Ecclesia probabit.gloss.in c. sint manifestæ res.in verb.Probantur. 12.q.1. Alex.de Imo.in con.140.num. 3. in 5. volum, consil. Et si res de quib. agitur, ante vel post prælaturam partæ fuerint, dubium esset, respõdet Abb.in c.3.in fi.ext.de pecul. cleric. possessorem in possessione, siue ecclesiam siue hæredes, defendendum esse, licèt Ioh. And. vt ibi refert Panorm. contrariam sententiam secutus fuerit: tamen præcedentẽ veriorem & crebriorem sentẽtiam esse meminit nouissimè Ioh.Hier. Alba.in suis lucubratio.in Bart.in l.Quintus.nu.4.ff.de donat. int. vir. & vxor. vti quoque eam quæstionem, quando clericus habens beneficia censetur bona acquisiuisse, intuitu Ecclesiæ vel proprio, explicat.

CONCLVSIO XVI.

43 EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ si infra biennium opposita fuerit, tunc in hoc priuilegiata est, quod creditor tenetur probare, pecuniam esse numeratam, non obstante rei confessione.l.si ex cautione.C.de numer.pecu. Si verò bienniũ elapsum fuerit, tunc reus probare tenetur, pecuniã non esse numeratam, & talis exceptio redit ad ius commune, & induit naturam pristinam aliarum exceptionum, vt eam reus probare cogatur, cùm intentio actoris iam sit per cõfessionem fundata. l. in exceptionibus. ff. de probatio. Non refragatur textus Institu. de litera.oblig.in fin. Ibi vt vltra biennij metas huiusmodi exceptio minimè extendatur, & in l.in contractibus.ibi, Sed intra solum biennium continuum, vt eo elapso nullo modo querela non numeratæ pecuniæ introduci posit. C.de non num.pecu. quia intelligi debet secundum Doct. ibidem, q̃ illa exceptio post biennium ibidem nullo modo opponi posit, scilicet in sua propria natura, quæ est vt transferatur onus probandi in creditorem, sed in natura non propria sc. vt opponens probet numerationem nõ esse factam à creditore. Doct.in d. l. in contractibus. & in d.l.si ex cautione, C. de non num.pec.& in d.tit. Inst.de liter.obli. Estq; hæc communis opinio, vt nouissimè ibidẽ Ioh.Schneid.nu.11.in fin.refert. Quomodo autem ista probatio fieri debeat, docet ibidẽ Ioh.de Plate.in versi.Sed differentia est, non procul à fin. Porrò si debitor animaduerterit creditorem nolle dare pecuniam, tum ipse agere potest super cancellatione instrumenti vel chirographi.l.dissolutæ.C. de condict.ex lege. Bart.in auth.cassa.in fi. C.de sacro.eccle. vel potest petere, vt schedula sibi restituatur.gl.in d.l.dissolutæ.Pet. Rebuf.in trac.de chirographorũ & schedularũ recognitione.articulo 2.nu.50. in quo loco multa annotatu digna de exceptione non numeratæ pecuniæ ab eo recensentur.

F.

CONCLVSIO XLV.

33 FEVDI Dominus directus si voluerit, ꝓpter seruitiũ vel amorẽ patris, eo defũcto sine filio masculo, filiã inuestire de aliquo feudo, hoc facere potest. c. 1. quę ad.feu.ad filiã ꝑtineat. Quę cõcessio etiãsi facta esset de feudo paterno & antiquo, agnatis primi inuestiti officere non potuit vt com,

vt communiter Feudistæ in c. 1. tradiderũt. Propterea Doct. illum textum de feudo nouo, non autem antiquo vel paterno intelligunt, alioquin concessio non valeret, cùm de præiudicio agnatorũ agatur, quib. ex prima inuestitura ius fuit quæsitum. Signorol. de homod. in con. 11. num. 1. Nam Dominus nihil potest in præiudicium agnatorum. c. 1. de alien. feud. pater. & ita velle omnes Feudistas inquit Ludouic. de Gozadin. in con. 8. num. 11. versic. nonò nec princeps. & Ias. in cons. 8. num. 26. versic. secundo, inter con. feud. Quam conclusionem, quòd in feudo paterno vel antiquo Dominus non possit præiudicare agnatis non cõsentientibus, sibi locum vendicare, quando agnati, quamuis transuersales, essent descẽdentib. à primo inuestito, scribit post alios Roland. à Valle, in consil. 41. numer. 27. in 2. Tom. vbi ipse adducit Paris. in cons. 3. num. 44. vol. 1. consil. 26. num. 123. & in consil. 13. num. 2. in eod. vol. asserentem hãc communem opinionem esse.

CONCLVSIO LXVI.

34 FEVDI Dominus directus potest respectu sui iuris & interesse cõsentire quòd feudum transeat ad personas, ad quas de sui natura non esset transiturum. Nam postquam ipsum feudum fuit apertum Domino, habet ipse Dominus liberum arbitrium disponendi de eo. l. in re mandata. C. mandati. Albert. Brun. in con. 65. numer. 3. in con. feud. Curt. Iun. in consi. 1. nume. 15. & per multas alias authoritates adductas per Roland. in d. con. 41. num. 23. Ex quorum authoritatibus constat hanc sententiam communiter approbari.

CONCLVSIO LXVII.

35 FEVDATARIVS fictè cõtumax non potest vigore istius contumaciæ priuari feudo nisi ter monitus fuerit, & non comparuerit, per text. in c. 1. de milite Vasal. qui cõtumax est. vbi & text. dicit: Dominus vocat militem, qui ab eo feudum possidebat, dicendo eum in culpam incidisse, per quam feudum amittere debeat, hic non respondet, quæritur quid faciẽdum sit Domino? Respondeo eum ad curiam vocari debere, & si non venerit, iterum debere eum vocare vsque in spacio tertio, septem vel decem dierum, & arbitrio eiusdem curiæ terminando. Quòd si neque venerit ad tertiam vocationem, hoc ipso feudum amittat, & ideò debet curia Dominum mittere in possessionem. & ibi gloss. in verb. tertiam vocationem. quæritan. vnum duntaxat edictum pro omnibus sufficiat. l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. & respondet, illud in feudo nõ obseruari, scilicet quod pro omnibus edictis vnum duntaxat proponatur. Quam sententiam communiter iuris feudalis interpretes sequuntur. Andr. de Iser. ibid. nu. 2. versic. hæc citatio. numer. 2. ver. vel specia le. & numer. 4. in fin. versic. negari non potest. Bald. num. 1. & 2. Aluarot. numer. 6. ver sicul. quæro cum glos. secunda. Præpos. nu. 1. & 2. & Matth. de Afflict. versic. octauò nota. ex text. quod ad hoc vt Vasallus dicatur contumax, debet esse ter citatus cum spacio 7. vel 10. dierum pro qualibet citatione, nec sufficit semel citare cum spacio 30. dierum, quia text. iste expressè requirit triplicem citationem, & sic vna citatio pro omnibus cum peremptorio non sufficeret. & ibi ab ipso nonnullæ limitationes eius doctrinæ adijciuntur. Iacob. de S. Georg. in tractat. de feud. in verb. dictique Vasalli promiserunt non committere Feloniam. num. 46. versicul. vigesimaprima causa est, si vasallus trina vice citatus pro causa feudali nunquam comparuerit, Dominus post trinam citationem mittetur in possessionem ipsius feudi. & ita omnes asserere meminit Roland. à Valle, in consil. 47. nume. 61. Bursat. in consil. 49. num. 21.

CONCLVSIO LXVIII.

36 FEVDVM ad fœminas regulariter non pertinet. c. 1. §. hoc autem notandum. Qui feud. da. poss. cum similib. textibus adductis per Lud. Ro. in con. 1. nu. 1. & in cõs. 33. quod tamen multas recipit limitationes, quas in prædictis consilijs Romanus refert, & in cõsil. 357. inter quas vna est illa, si feudum fœmineum fuerit, vt ibid. Roman. refert, Francisc. Areti. in l. Gallus. §. nunc de lege. nume. 53. ff. de liber. & posthu. etiam masculus ex fœmina. Estque communis opinio, quæ eo modo declaranda est, dummodò masculi non extent. Francisc. Curt. Iun. in consi. 181. numer. 2. inquiens, quando adessent masculus & fœminæ licèt feudum esset fœmineum, potiùs succederent masculi quàm fœminæ. Quam conclusionem plurib. adductis authoritatibus prosequitur Horat. Mandos. in suis additionib. ad consil. Romani.

mani.conf.357.in verb. fœmineum, lit. l. Ambrof. Schurer. in tracta. de hæredita. quæ ab intesta. deferunt. cap. 9. De specialibus siue peculiaribus circa descendentium successionem, in 2. limitatione. vers. sublimitatur primò, quando adsunt masculi & fœminæ. per tex. In c. vni. de fend. fœmi. Quomodo autem feudum ad fœminas peruenire possit, copiosè explicârunt Zas. in epitome feudor. cap. 8. De feudo. successio. nu. 36. vers. super secūda particula, de fœminarum successione, cum nu. seqq. Iacob. de S. Georg. in tracta. feuda. in verb. & fœminis. pag. lib. mei 63. Et Curt. itidem in tract. feud. in 3. part. principali. in prin. à nu. 1. vsq; ad finem. num. 35. pag. lib. mei 135. cum seqq. Rationes autem cur fœminæ non succedāt in feudo, refert pulchrè Tiraq. in tractat. de legib. connubialibus. in leg. 1. num. 78. vers. igitur cùm mulieres. pag. 27. in l. 9. num. 132. vers. quin. pag. 241. & in 12. lege. nume. 13. vers. ex nostris verò. Cæteros casus, in quibus fœminæ non admittuntur, refert Ludo. Roma. in conf. 357. Hipp. de Marsil. in singula. suis. sing. 411. incip. Fœminæ non succedunt. Remissiuè Dec. in l. 2. nu. 56. vers. & etiam in pluribus casib. ff. de reg. iur. Apostill. in additionibus suis ad singularia Lud. Rom. sing. 180. Hodie fœmina non succedit in feudo. Quid si pater acce pisset feudum pro se & filijs suis masculis & fœminis, an fœminæ simul veniēt cum masculis. Tradit Francis. Cremen. in suis singularib. singu. 71. incip. quidam pater. Remissiuè Decius in d. l. 2. num. 55. versic. & etiam si expressè dictū sit. Franc. Curt. latè in d. tractat. feuda. in d. parte 3. princ. nu. 18. ver. decimosexto. Ioh. Berna. Diaz. in suis regulis, reg. 282. Fœmina non succedit in feudo. Et Petr. à Duen. in suis regulis, reg. 309. Adde & fœminam succedere posse in feudo, quando concessio facta est per viam donationis, vt scribit Oldrad. de Pont. in conf. 159. nume. 3. vers. in contrarium videtur. Dec. in conf. 32. post nu. 3. vers. vnde cùm dicat, donamus. con. 208. post nu. 2. vers. postremò aduertendū est ad verba concessionis. Et con. 498. nu. 11. vers. & hoc modo in simili casu. Idem Dec. remissiuè in d. l. 2. nu. 55. vers. & prædicta conclusio. Carol. Rui. in con. 36. nu. 8. vers. quod verbum donamus. in consil. 38. num. 4. vers. & ita etiam in fortioribus terminis. & in conf. 39. in prin. lib. 1. conf. Et scribit nouissimè Clarus alijs auctoritatibus adductis, hanc sententiam communiter approbari, in §. feudum. quæst. 17. lib. 4. senten. Roland. à Valle, in conf. 1. num. 69. & in conf. 2. num. 3. cum seqq. in 1. tom. con. Nouissimè Menoch. in consil. 1. num. 9. cum seqq.

CONCLVSIO LXIX.

37 FEVDI præscriptio etiam cum mala fide procedit, secundum iuris Ciuilis dispositionem. glo. Bald. & Aluarot. in cap. vni. §. si per triginta. Si de feudo defun. conten. sit int. domi. & Vasall. Estq; communis DD. sententia, referentibus Francis. Balb. in tract. de præscript. in 4. part. princ. 12. quæst. c. principal. incip. Primò igitur quæro, virùm quis præscribere possit. nu. 3. ver. sed dubitatur. & Lud. Schrad. in consil. 34. post nu. 73. vers. Namq; in 1. tomo consiliorum diuersorum DD. Francofordiæ, anno 1568. impressorum. Licèt de iure Canonico diuersorum sit statutum, vt prędictus Balb. in d. q. 12. quæst. principa. post d. nu. 3. vers. sed de iure Canonico non procederet præscriptio cum mala fide, eruditè explicuit. Meminit quoque Crauet. in tracta. de antiquit. tempor. 4. parte. §. absolutis differentijs. numer. 30. vers. tertius casus est.

CONCLVSIO LXX.

38 FEVDVM ligium est, pro quo vasallus de feudo inuestitus, contra omnes homines fidelitatem Domino debet, nullius alterius fidelitate excepta. gloss. in Clem. pastoralis. in §. rursus. verb. homoque ligius. & ibi notat. nu. 3. versic. quæro quis dicatur homo ligius. Cardin. Zabarell. & Apostill. in litet. e. vers. quis dicatur homo ligius. de senten. & re iudic. Bald. in prælud. feudor. vers. alia diuisio feudorū. num. 52. & Præpositus num. 54. versic. decima materia diuisio. & Bald. in consil. 291. nume. 1. 2. & 11. in 2. volum. consil. Ias. super vsib. feudo. numer. 106. vers. septima diuisio feudorum est, aliud ligium, aliud non ligium. Quam descriptionem iuris interpretes communiter approbare, cum adiecta vlteriori declaratione quid legalitas, quid homagium, quid fidelitas dicatur. Item an Vasallus ligius duorum Dominorum ex necessitate vel ex incidenti efS fici

fiei possit, nec non si Vasallus ligius promiserit priorem Dominum, & nullum alium iuuate, possit tamen ad hoc auxiliari secundò per substitutum, scribit Roland. à Valle, in consil. 43. in secundo Tomo consil.

CONCLVSIO XCII.

60 FILIAM dotatam patri ab intestato succedere non debere, si ita statuto prouisum fuerit, pater condidit testamentum, instituit filios, & filiam præterijt, filia præterita impugnat testamentum, fratres contra illam, quòd vigore statuti sit exclusa, opponũt, respondet ipsa, statutum excludere ipsam solummodò ab intestato, vnde statutum non est ad casum confecti testamenti trahendum. Quam sententiam plæriq; approbârunt. Bald. tamẽ contrariam sententiam consulendo amplexus fuerat, cuius sententia communis esse videtur, referente Christoph. Portio, Instit. de exhæred. lib. nu. 22. vers. & infertur ad quæstionem frequentem, circ. fin. tit. per rationes, Quia cui non competit ius petendi legitimam, non competit ius rumpendi testamentum. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inof. testam. Deinde ipse addit materiam patri, ne conficeret testamentum dati, sed tandem inquit potiùs consuli, vt pater filiam dotatam, volens condere testamentum, instituat in duodecim imperialibus, vnà cum dote, ne præterita, dicat testamẽtum nullum, secundum gloss. in l. 3. §. proinde. in verb. Patrimonium est. ff. de minorib. 25. annis. Quam doctrinam latiùs ibid. Albe. num. 13. & 14. prosequitur, & inquit Bart. in d. l. 3. §. sed vtrùm. in fi. ita obseruari de facto, cuius quæstionis mentionem faciunt Ias. in Authen. nouissima. num. 15. & 46. C. de testam. inoffic. eamq; latiùs explicârunt Ioan. Dilect. in tract. de arte testandi. tit. 3. Cautel. 5. num. 2. & Iul. Clarus in lib. 3. senten. §. testam. quæst. 44.

CONCLVSIO XCIII.

61 FILIVS naturalis ali non debet ab hærede patris defuncti, quando ex operibus & ingenio suo, vel saltem ex famulatu sibi victum acquirere potest, per doctrinam Bart. in l. si quis à liberis. §. sed si filius, vbi ipse voluit, quòd filius legitimus, qui se ex operibus suis alere potest, alimenta petere non possit. ff. de liber. agnos. vnde idem Batt. scribit, filio robusto & sano nihil operanti, à patre alimenta denegari posse, modò secũdum conditionem natalium operari ei non esset verecundum. Bart. in l. vnica. nu. 7. C. de mendican. valid. libr. 11. Laurent. Calcan. in con. 59. num. 10. in fin. Phil. Dec. in con. 576. & Bald. Nouell. in tract. de dote, in 6. par. in 16. priuil. Vnde hæc sententia multis tanquam communis videtur, sed Aym. Crauet. in cons. 199. per multa argumenta tuetur, quòd nihilominùs pater si velit, possit ei relinquere pro alimẽtis, quia non potest sem per lucrari, nec semper se alere, & ita quotidie practicari scribit Carol. Mol. in annot. ad cons. Dec. in d. cons. 576. in verb. quãdo à seipso. De qua quæstione copiosè quoq; scribit Roland. à Valle, in cons. 54. in 2. Tom. cons.

H.

CONCLVSIO XIIII.

7 HAEREDVM appellatione in feudo continẽtur filij, & descendentes Vasalli, non autẽ extranei hæredes. c. 1. §. sed diuersum. de alienar. feud. c. t. §. profectò. de leg. Corradi. cùm feudum ad hæredes extraneos nõ transeat, ideoq; concessum pro hæredib. intelligitur hoc pro liberis. l. ex facto. & ibi gl. in verb. si alieno. & DD. communiter. ff. ad Trebell. c. t. de succes. feu. Estq; communis sententia Aug. Bero. in con. 65. nu. 38. ver. In tantùm quòd si feudum reperiatur concessum. & nu. 52. vers. Quod autem in casu. in 1. vol. con. Idq; etiam procedit in emphyteusi ecclesiæ. Idem Bero. in suis familia. quæstionibus. quæst. 17. num. 3. De cuius conclusionis posteriore particula copiosè scribit idem Bero. in con. 93. 94. & 102. num. 33. in 1. vol. cons.

CONCLVSIO XV.

8 HAEREDES sui & necessarij non præsumuntur habere scientiam eorum, quæ in testamento continentur, secùs in hæredibus extraneis, quia illi præsumuntur habere scientiam fideicommissi, & cæterorum contentorum in testamento, secundum doctrinam Bartol. in l. eius qui. vers.

verſ. quintò nota. nu.29. ff. de reb.credit. & in l. qui Romæ.§.duo fratres.verſic. tertiò quæro.nu.13. ff. de verb. oblig. Quam ſententiam latiùs declarârunt Alexan.de Imol. nu.8.verſ.ſextò nota. Iaſ.in §.quòd ſi ſtipulatus.nu.4.in d.l.eius qui.& in d.§. duo fratres. Alex.num.53.verſic.primò in quantum. & Iaſ.num.56.verſ. tertiò quærit Bart. Et Bartoli ſententiã communem Doct. opinionem eſſe referunt Marian. Soc.Iun.in con.118.nu.30.in fin.con.& in conſ.128.nu.117.in 1.part.con. & Hieron. Cagnol.in l.qui in alterius locum.nu.10. verſ. communis Scribentium ſententia eſt.ff.de reg.iur.Quam tamen concluſionem fuſiùs explicârunt prædicti Doct. Ripa in d.§.duo fratres. verſic.circa tertiam quæſt.num.50.cum ſeq.& Rol.à Valle,in conſ.36. In 2.Tom.conſ. Et an & quando tranſactio valeat non inſpectis verbis teſtamenti, ſatis eruditè explicuit idem Socin.Iun.in con.59. in eadem 1.parr. conſ. & Laut. Calcan.in conſ.17.

CONCLVSIO XVI.

9 HAERETICO fratri carnali potiùs quàm catholico extraneo ſubueniẽdum eſt.ca.1.& ibi gloſſ.in verb.fideles. diſtin. 30.Panor.in c. ſi quis.nu.2.extr.de hæret. Et hanc communem ſententiam eſſe dicit Nicol.Arelat.in tract. de hæret.in notab.22.in vol.trac.crim.Venet.anno,&c. 70.impreſſorum,pag.141.

CONCLVSIO XVII.

10 HOMICIDIO commiſſo oritur criminalis accuſatio ad pœnam legis Cornel. de Sicar. ac etiam actio in factum ad intereſſe, per quam tenetur occiſor vel vulnerans ad expenſas medicorum,& operarum illius interfecti vel debilitati.l.fin.ff. de ijs qui deiecerint.l.ex hac lege.ff.ſi quadrupes pauperi.feciſ. dica. Specula.in tit. de iniur.§.ſequitur.verſ. ſed nunquid pro libero homine occiſo.num.3.Panorm.in cap.1.nu.6.verſ.vlteriùs quæro. ext.de iniur. & dam.dato.Hippol.de Marſ.in con. 115. num.19.& in conſ.131. verſ.nam de iure communi.numer.44. & in ſuis ſingul. ſing.575.incip.proximis ſuperiorib. dieb. Robert.Maran.in tract. de ordin. iud.in 4.part.1.diſt.verſ. ſimiliter ſi is commiſſum homicidium. num. 4. Ioan. Baptiſt. Plotus,in tract. de in lit.iur.§.41.incip.homicidium ergo. Henning.Göden in con ſil.102.in ord. verſic.non fit ergo hîc æſtimatio. num. 24. Carer.in ſua pract.crim. §. ſequitur de alijs pœn.corporalib.num. 47.pagin.lib.mei 236.in fin. & Roland.à Valle,in conſ.39. vbi ipſe inquit num.14. communem opinionem eſſe, æſtimationem vitæ occiſi fieri debere iuxta l. hæreditatum computationi. ff. ad l. Falcid. in 2.Tomo conſil. Ita quoque ante illum,& alios per Roland. citatos aſſerit Specu.in d.§.ſequitur.nu.6.ver. ſed vſque ad quod tempus æſtimabuntur operæ. Sequitur etiam Petr. Rebuff.in l.vnica.verſ.& hæc æſtimatio. num.22. & ſecundum impreſſionem Lugdunen. Anno,&c.66. numer. 40.C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt.

CONCLVSIO XVIII.

11 HOMICIDIVM etſi fuerit ab aliquo commiſſum, & ille in furorem inciderit, non poteſt tamen de eo ante furorẽ commiſſo, ſecundum communem DD. ſententiam criminaliter puniri, licèt multi ſententiam contrariam ſecuti fuerint, vt refert Iaſ.in l. ex facto. num.30.& 31.ff.de vulg.& pup. Vbi ipſe dicit priorem communiter approbari, eandemq́; communem eſſe referunt Apoſtill. ad lectur.Decij,in l.5.ff.de regul.iur.in verb.delicto.& ibi Cagnol.nu.3. Idem Iaſ. in l. furioſum. nu.8.9.& 10.quamuis ibi vacillauerit,tandem tamen nu.10.in fin. inquit,non recedendum eſſe à communi ſentẽtia. C. qui teſtam.fac.poſſ.Dec.ibid.nu. 31.& ibi Caro.Mol.in verb. Romanus,varias DD.ſententias referr. Nouiſſimè refert Schneid. in §. præterea. Inſt.quib. non eſt permiſſ. fac.teſtam.

I.

CONCLVSIO XXXII.

10 INIVRIARVM actio omnis annalis eſt, referente Oldendorp. quicquid nonnulli diſputent diuerſum eſſe, de iniuria, vt ipſi vocant, reali.l.ſi non conuitij. C. de iniur. in tract. de vſucap.& præſcrip.c.de act. intra cert. temp. exercend. verſ. vnius anni.nu.12.in 8. vol. tract.Et hoc quoq; affirmat Pet.à Plac. in epit.delict.c.6. cir.fin.§.reliquum eſt.poſt nu.43.inquiẽs: Quo fit ſi intra annũ actio

iniuriæ alicui illatę nō proponatur, anno tantùm finiri ac præscribi. Quam cōmuni consensu receptam sententiam intelligendū fore existimo, siue iniuriarū actio iure Cæsareo descendat iuréue prætorio, anno semper pręfinitur, nec longiori tempore extenditur ex glo. cōmuni consensu admissa in verb. triginta, in l. 2. C. de constit. pecun. gl. in §. 1. in verb. cōstitutionib. Instit. de perpet. & tempor. act. & gloss. in verb. introduxit, §. sed & leg. Cornelia. Instit. de iniur. Et hanc opinionē Doc. communē esse referunt Phil. Dec. in con. 102. nu. 19. & Ioan. Baptist. de Plot. in con. 131. nu. 19. in Tom. 1. con. ad causas crimin. recens editorū. Licèt alij contrariā sententiam amplexi fuerint, quos recenset Rolan. à Vall. in con. 39. nu. 15. in 2. Tom. con. Sed cùm præstātissimus IC. Ioan. Fichar. sen. cuius virtus & eruditio nō solùm Germaniæ, verùm etiam alijs nationib. nota & perspecta est, in addit. ad Communes Opin. Baptistæ à Villalobos, in verb. actio iniuriarū, in lib. 1. & eius filius Raymund. Pius Fich. IC. Dominus & Collega meus, in 2. lib. Com. Op. in verb. iniuriarū actio tollitur per lapsum anni, de hac sententia mentionē fecerint, eò studiosos remitto.

CONCLVSIO XXXIII.

12 INIVRIARVM actio tollitur per conuersationem habitam cum offensore. §. fin. cum gl. in verb. dissimulatione. & ibi Ioan. de Plat. in princ. Inst. de iniur. l. non solùm. §. iniuriarū actio. ff. de iniur. Ias. in l. 1. vers. nota etiam, in fin. gl. num. 15. ff. de pact. Et hanc communē Doct. sentētiam esse referunt Pet. à Placa in epit. delictor. cap. 6. vers. cæterùm. nu. 43. & Iul. Clar. in lib. 5. sent. §. iniur. vers. itē tollitur. Quam tamen doctrinam intelligūt Ioan. Faber & Ang. Aretin. in princip. d. §. fin. si motu proprio conuersatio illa habita fuerit.

CONCLVSIO XXXIIII.

13 INIVRIARVM actio quando intentatur ad vindictam, siue ciuiliter, siue criminaliter, non potest posteà alia via agi, sed vna tollitur per aliam, quia vtraq; ad vindictam tendit: verùm si primò actum fuerit ad restitutionem damni secuti ex iniuria, & sic rem familiarem prosequi, posteà tamen ciuiliter vel criminaliter ad vindicandam iniuriam agere poterit. l. prætor. §. 1. & ibi Bart. num. 1. ff. de iniur. & famo. libel. & l. 1. & ibi Bart. C. quando ciuil. act. crimina. præiud. Et hanc communem opinionem Doct. esse inquit Matth. de Afflict. in §. iniuria punitur. nu. 5. vers. tu dic quòd veritas est. de pace iurament. firm. & de pœn. iudicib. impos. qui iust. facere neglexe.

CONCLVSIO XXXV.

14 INIVRIA quando est notoria, & pœna est arbitraria, tunc quis index esse non potest in causa propria. Panorm. in ca. cùm venissent. quem Doc. cōmuniter sequuntur referente Dec. ibid. nu. 6. vers. Et hoc sanè intelligitur, quando pœna, quæ imponitur pro delicto notorio, certa sit, secùs si arbitrio iudicis imponatur. extr. de iud. Idem Dec. in l. qui iurisdictioni. nu. 11. Ias. num. 9. in 8. fallent. Zas. nu. 12. vers. hæc regula. ff. de iurisd. om. iud. Roland. à Val. in cons. 48. nu. 16. in 2. tom. cons.

CONCLVSIO XXXVI.

15 INIVRIA quādo est facta officiali non prætextu dignitatis, sed odij particularis, iudex esse non potest in causa propria. Cyn. in l. vnica. circ. fin. quem alij ibi sequūtur. C. ne quis in sua causa iud. vel ius sibi dicat. cùm iniuria personalis prævaleat. l. eum qui. §. si iniuria mihi. ff. de iniur. Licèt secundario pertineat ad dignitatem. Et hanc sententiam communi calculo receptam esse testatur Rol. à Valle, in con. 48. nu. 7. in 2. tom. cons.

CONCLVSIO XXXVII.

16 INIVRIAE punitio ad ipsum officialem offensum pertinet, vt ipse possit esse iudex in causa propria, cùm iniuria sit notoria, secundū Cyn. in l. vnic. vers. primo casu. C. ne quis in sua causa. Doct. in ca. 1. de pœn. lib. 5. Bart. in l. si quis. §. si quos. ff. de pœn. Ang. Aret. in tract. de malefic. in verb. hæc est quædam inquisitio. nu. 88. vers. quæro an iudex possit. Quæ doctrina vera est & communiter recepta, referente Rolan. à Valle, in con. 48. nu. 14. in 2. tom. cons. Quando iniuria illata iudici fuisset notoria, quia facta publicè & sub præsentia populi, nam tūc cùm sit facta notoriè, iudex ipse posset punire. Ias. in l. qui iurisdictioni. nu. 3. vers. limita tamen quando iniuria esset notoria. ff. de iurisd. om. iud. vel si esset illata coram decem hominib. quia quod decem homines videntur, dicitur

citur notorium. Cyn. in l. ea quidem, nu. 2. vers. in secundo notorio. C. de accusat. Vel iniuria fit ipso iudice sedente pro tribunali. Alber. de Gandin. in tract. de malefic. in Rub. de pœn. reor. num. 26. Guid. Papa in decis. Gratianop. quæst. 557. cum similib. adductis per Roland. Nouissimè Gas. Caballi. in suis gloss. ad Aegidianas constitutiones, lib. 4. cap. 3. in verb. in præsentia Rectoris.

Conclvsio LIII.

32 Inuestitura prima semper in feudorũ concessionibus attendi debet, quia semper recurrendum est ad tenorem inuestituræ, qui ostendit vim cõtractus, siue feudum habeat propriam naturã, siue non, c. 1. in fin. ibi propter tenorem inuestiturę insertũ. de duob. fratrib. à capita. inuesti. & dicit ibi Bald. per illum textum, nota egregium textum, quòd tenor inuestituræ deroget omni feudorum naturæ, quam materiã latiùs prosequitur Hier. Schurff. in cons. 98. in princ. & meminit quoq; in cons. 23. nu. 1. in 1. centur. propterea semper tenorem inuestituræ attendere oportet. Laur. Sylua. in cons. 15. num. 44. vers. & prædicta clarissimè procedunt. Item si alterius argumenti inuestitura prima, alterius quoq; diuersi argumenti sit inuestitura secunda, & sic inuestitura alterata siue immutata, standum erit inuestituræ primę. Bald. in con. 82. proponitur, quòd inuestituræ, in 1. vol. con. Nam noua inuestitura intelligitur sine præiudicio alterius. Paul. de Cast. in cons. 161. in causa appellationis, secundum antiquam impressionem, secundum recentem verò est in con. 72. nu. 2. in 2. par. con. Exempli gratia si appareat, quòd fœmina venire possit ad successionem feudi virtute antiquissimæ inuestituræ, in qua vocabatur, non obstantibus posterioribus inuestituris, ea adhuc admitti debet. Dec. post alios in cons. 478. num. 27. Imò forma inuestituræ antiquæ in præiudicium tertij mutari non potest. Bald. in l. vni. num. 31. vers. sed quid si dominus. C. quando non petentium partes, quia prima radix & fundamentum attenditur, & nõ curamus, quo tramite feudum descendat, sed quid sit principium, per multas auctoritates adductas per Rolan. à Vall. in cons. 67. num. 5. 6. & 7. & forma primæ inuestituræ sequenda est. Idem Roland. in cons. 60. nu. 14. & 15. in 1. vol. cons. Ioh. Cephal. in con. 152. nu. 60. lib. 2. nisi in posteriorib. inuestituris id expressè dictum, & ex communi partium cõsensu ab antiquis recessum fuerit. Dec. post alios, in cons. 185. num. 3. vers. primò quòd prima inuestitura attenditur. Et non dubium est omnium DD. esse communem sentẽtiam, in feudorum concessionibus spectandam esse concessionem seu inuestituram primam. Iacob. Menoch. in cons. 1. nu. 124. vers. re tamen ipsa diligentissimè perpensa.

Conclvsio LXXXII.

61 Ivrisdictio in genere comprehendit etiam merum & mixtum imperium. Bart. in l. imperium. in 3. quæst. num. 4. ff. de iurisd. om. ind. Idcircò si à principe alicui concedatur simpliciter iurisdictio in loco, etiam merum imperium concessum videtur, quia beneficia principis latè debent interpretari. l. fin. ff. de constitut. princ. & ibi notat Bald. num. 3. vers. item nota, quòd si princeps donat mihi iurisdictionem alicuius castri, videtur mihi omnem iurisdictionem donare, quia est nomen generis, & omnes reditus causarum ciuilium & criminalium pertinent ad me. & Oldrad. in consil. 252. incip. ad quæst. vers. mihi autem Oldrado veriùs videretur. Alex. de Imol. in cons. 35. num. 1. in libr. 4. cons. Phil. Dec. in c. licèt causam. nu. 1. vers. sed his non obstantib. extr. de probat. & in dict. l. imperium. num. 26. vbi ipse Iasonem perstringit contrariam sententiam approbantem, per quatuor fundamenta ab ipso ibidem, num. 11. 12. & 13. relata. Quamuis Iason priorem sententiam ab omnibus approbari d. nu. 11. vers. tu aduerte. dixerit, quam & communem multi Doct. appellãrunt, Dec. d. l. imperium. num. 27. Alcia. in c. quod sedem. nu. 27. vers. puto contrariam opinionem, quæ est magis cõmunis, esse veriorem, & num. 28. vers. stat ergo firma conclusio. Et hanc communem esse post multos allegatos Doct. quoq; Rolan. à Valle dicit in cons. 42. nu. 16. cum seq. in 2. volum. cons. Quamuis Zas. noster in d. l. imperiũ. nu. 48. putauerit contrariã assertionem, quòd iurisdictione concessa merum & mixtum imperium non veniant, nisi princeps largissimam vel omnimodam iurisdictionem

nem largiretur, veriorem esse. De qua facit etiam mentionem Carol. Molin. in consuet. Paris. §. 1. glos. 5. nu. 48. & in suis addit. ad cons. Alex. in d. cons. 35. in verb. largè. liter. d. & in additio. ad lectur. Dec. in dict. c. licèt causam. verb. aliud. liter. a. meminit nouissimè Vasq. Menchacen. in lib. 1. controuer. illustr. c. 3. nu. 9. versicul. tertiò colligitur. Sed Felin. distinguendum esse in hoc casu arbitratus est: Aut Imperator vel Princeps concedit alicui locum cum iurisdictione per viam donationis & inuestiturae, tunc comprehenditur eo casu merū & mixtum imperium. l. 1. §. cùm vrbem. ff. de offic. praefecti vrb. Si verò princeps concedit alicui iurisdictionem non per modum donationis vel inuestiturae, sed vt exerceat magistratum, tunc non comprehenditur hoc casu merum & mixtum imperium, nisi diceretur omnimodam vel plenissimā iurisdictionem conferimus, in d. c. quod sedē. circ. fin. vers. cogitabam duos casus. Cuius distinctionem refert Iasper Valascus, in d. l. imperium. nu. 38. vers. item addo. Quam sequi videntur communiter Moderni, Rimina. Curt. Aquens. Tauten. & Portuga. referente Hieron. Cagnol. ibid. num. 91. 92. & 93. Caeterùm priorem sententiam magis Doct. approbare ex eorum scriptis liquet. Alex. de Imol. in l. 1. nu. 2. ff. de offic. eius cui manda. est iurisd. Ioan. Baptist. in d. l. Imperium. nu. 6. vers. tertiò quaero. Valasc. nu. 34. vers. circa tertiam quaestionem Bartoli. Purpura. num. 61. Papiens. pract. in form. libel. in act. confessoria pro seruitu. in verb. plenam & omnimod. iurisd. nu. 1. vers. ad propositum. nu. 2. vers. per hoc autem. Quam quoque approbat Didac. in suis pract. quaest. c. 1. quaest. vlti. vers. secundò vbi conceditur. & vers. tertio & quarto regulariter. qui omninò videndus est, cùm ipse illam materiam bonis adductis distinctionib. explicauerit.

CONCLVSIO LXXXIII.

62 IVRISDICTIO ordinaria si ad vnum officiū plurib. competat vt singulis, quilibet videtur habere potestatem insolidum, per glo. in l. si vni. aliàs, Pomponius lib. 37. ad edictum scribit. in verb. proferre. Quam ibi Bartol. sequitur. ff. de re iud. Et hanc sententiam communiter approbari scribunt Alex. de Imol. ibid. & Phil. Decl. in c. prudentiam. 21. num. 9. vers. secunda conclusio. ext. de offic. deleg. per text. in l. 1. ff. de offic. cons. Qui licèt loquatur in iurisdictione voluntaria, idem tamen videtur in contentiosa. Bald. in l. fi. C. de author. praest. & Salycet. in l. cùm magistratus. C. quando prouocare non est necesse. Et pro hac conclusione facete addit Dec. text. in c. fin. extr. de senten. & re iud. vbi si ordinarij iudices proferūt contrarias sententias, praeualet illa quae fauorabilior est, quòd non videtur alia ratione, nisi quia insolidum habent singuli potestatem, & vtraq; deberet valere, sed propter contrarietatem fauorabilior eligitur, quam Doctrinam Dec. post Panorm. & alios ibi latiùs declarat.

CONCLVSIO LXXXIIII.

63 IVRISDICTIONIS administratione inter plures diuisa vnus alterū delinquentem punire non potest, secundum sententiam communiter approbatā. Quia par in parem non habet imperium, Et pares sunt in iurisdictione, Pau. de. Cast. in l. est receptum. ff. de iurisd. om. iud. Panor. in c. prudētiam. nu. 12. vers. ex quo infertur. & dicit ibi Fel. nu. 4. hanc sententiā communem esse. ext. de officio delega. Cuius Fel. sententiam quoq; meminit Curt. in Apostil. ad lect. Paul. de Castr. in d. l. est receptum. in verb. quasi delinquendo. Plures authoritates adducit Dec. in d. c. prudentiā. nu. 11. ver. ex praedictis infertur per Abbatem. Et huius conclusionis meminit etiā Nico. Ant. Grauat. ad Octa. Vestr. in Romanae aulae actionē, & iudiciorum mores tractatum, lib. 3. cap. 9. nu. 20. licèt alij nonnulli contrariam sententiam secuti fuerint. Ang. de Perus. in d. l. est receptum. nu. 2. & Dom. de Rota, quorum mentionem faciunt Fel. in d. ca. prudentiam. d. nu. 4. & Apostill. ad lectur. Panor. ibid. in verb. non habet Imperium.

CONCLVSIO LXXXV.

64 IVRISDICTIO per citationem praeuenitur, per doctrinam Bart. & aliorum in l. si plurib. ff. de legat. 1. quia talis praeuentio introducitur per citationis actum. l. si quis posteà. ff. de iudic. Estq; cōmunis DD. sententia, referēte Lud. Rom. in cons. 412. incip. Pro habenda substantia veritatis. num. 4. Nouissimè hoc explicat, adiectis limi-

limitationib. nonnullis, Berna. Wurmb
66 ser. in 1. lib. practic. obser. tit. de in ius vocatione seu citatione, conclus. 19. citatio quando valeat. Sed quid si vnus Iudex per verbalem citationem, alter verò per realem præuenerit, quis in iurisdictione præuenisse dicatur? Respondet Ang. Aret. in tract. de maleficijs, in verb. Iudex commisit. nu. 14. vers. quid autem si vnus Iudex, potentiorem citationem realem quàm verbalem esse, & sic istum iudicem præferri in processu, qui cepit delinquentem, illi iudici qui præuenit in citando reum citatione verbali. Ita quoq; dicit Ang. de Perus. in §. scientes. in fin. in auth. vt iudices sine quoquo suffrag. Similiter Apostil. ad lectur. Bart. in d. l. si quis posteà. liter. b. necnon Thom. Grammat. alios citans in decisio. 30. nu. 6. ver. Item apparet. In qua tamen conclusione aliter distinguit Maria. Soc. Sen. in c. proposuisti. nu. 22. vers. octauò quæro quid iuris, si vnus & idem est citatus pro eodem negotio à duobus Iudicib. vel Officialibus, ab vno realiter, ab alio verbaliter, eodem vel diuersis temporibus, quis dicatur præuenisse. extr. de foro compet. Meminit & huius conclusionis Nicol. Ant. Grauat. ad tracta. Octa. Vest. in Romanæ aulæ actionem, & iudiciorum mores, lib. 3. capit. 11. num. 4. & 5. Præter illos etiam tradiderunt Bartol. in tract. de iurisdict. nu. 12. vers. quintò quæro, vbi ipse nu. seq. 13. addit illam notabilem quæstionem, quòd si ita concurrant in citando, vt non compareat, quis prius vel posterius citauerit, & tandem post diuersarum sententiarum reiterationem inquit, Vnumquemq; consequi dimidiam partem illius pœnæ, eamq; inter eos diuidi oportere. Iacob. de Belui. in cons. 9. nu. 49. in 1. tom. consil. criminal. Pet. Philip. Corn. in consil. 66. in prin. lib. 1. Mantua. in Areopagita, in d. l. si quis posteaquam. vers. tertio, vbi sunt plures magistratus, quorum quilibet in solidum iurisdictionem habet, inter eos locus erit præoccupationi & ille solus cognoscet, qui primò præuenerit. l. 1. de offic. procons.

CONCLVSIO LXXXVI.

65 IVS priuandi Vasallum feudo non transit ad hæredes domini, si dominus in vita eadem non fuerit conquestus. goss. in l. omnimodò. in verb. non licebit. & ibi Doct. C. de inoffic. testam. Aluarot. in §. 1. incip. Item, si fidelis. num. 6. vers. quæro subsequenter quib. modis feud. amittatur. Et hæc est communis conclusio Doctor. referentib. Francischin. Curt. in tractat. feud. in 4. part. nu. 156. vers. secunda principalis dubitatio restat discutienda, vbi ipse latè illam quæstionem explicat. & Octau. Cacheran. in decis. sacri senat. Pedemon. decis. 77. num. 11. Bursat. cons. 91. post num. 5.

CONCLVSIO LXXXVII.

66 IVS vindictæ si competeret alicui ex priuilegio contra regulas iuris communis, à lege statuto vel à principe alteri demandari non potest, l. seruus si hęredi, ibi personæ duntaxat. ff. de statu liberis. Secùs si competeret de iure communi, quia tunc alteri committi potest. Felin. in ca. quæ in ecclesiarum. num. 13. vers. hoc intellige quando in priuilegium. extr. de constit. Alex. de Imol. in l. si cùm dotem. §. transgrediamur. num. 10. versic. & ideo facit. ff. solut. matrim. & in l. 1. §. vsufructuarius. qui est §. fin. nu. 5. vers. Item limitat Bald. Ias. eod. num. 5. vers. sed aduerte pro limitatione. ff. de noui oper. nunc. August. Arimin. in addit. ad Angel. in verb. Che hai adulterato la mia doma. num. 64. vers. tu in hac materia adde. Clau. de Seysello, in l. vt vim. nu. 124. vers. succedit alia quæstio in eo casu, in quo vindicta competit alicui. ff. de iust. & iur. Paul. Orlan. in l. 1. nu. 49. vers. idem vbi vindicta. ff. de offic. eius, cui mand. est iuris. Tiraq. in tracta. de vtroq; retract. in verb. de retraict. lignagier. §. 26. nu. 65. & 70. Et hanc sententiam communi calculo Doct. receptam esse tradit Roland. à Valle, in cons. 34. nu. 19. in 2. tom. con. Quamuis eam in filijs, quibus talis vindicta demandari & cedi potest, l. Gracchus. & ibi Doct. C. ad l. Iul. de adulter. Item in seruo Vasallo & similib. non procedere scripserit Clau. de Seysel. in d. l. vt vim. d. num. 124. tamen hanc vltimam limitationem reprehendit Tiraq. illamq; non admitti per plures pulchras rationes probar in d. §. 26. num. 69. quem & Roland. sequitur in d. cons. 34. nu. 27. 28. & 29.

L.

CONCLVSIO XVIII.

26 LEGITIMAE supplementum licèt ipso iure debeatur.l.scimus. C.de inoffic. testa. hoc tamē intelligitur si petatur, aliàs secùs.glos. ibid.in verb. ipso Iure.quam Bart.nu.1.& reliqui Doct. communiter approbârunt. Plures authoritates adducit Tiraq. in l. si vnquam. in verb. reuertatur. vers. idē quoq; dicimus num.14.& 392. versic.cæterùm quòd primum diximus.C.de renoc.donat.

CONCLVSIO XIX.

27 LEGITIMAE supplementi petitio fieri debet condictione ex l.omni modo.C. de inoffic.test. Ita expressè gl.in verb. exigere. ibi annotat,quam Doct. communiter approbârunt Paul.de Castr.nu.5. vers. vltimò quæritur.Ias.num.3. vers. item ad istud supplemētum legitimæ agitur non petitione hæreditatis. Et est communis opinio Doct.vti attestantur Salyc.in l.scimus. num.5.vers. quæro secundò.C.eod. & post reliquos Ioan.Cephal.in cons.42. nu.1.in lib.1.cons.maximè quando ipsum supplementum petitur ex sola legis dispositione,contra voluntatem testatoris, vt quia ipse prohibuit aliquid plus filium petere posse,vt d.nu.1. Cephal.declarat. Et huiusmodi legitimæ supplementum petendum condictione ex lege,nō tollitur nisi spacio 30. annorum, secundum magis communem opinionem referente Alex. de Imol.in cons.128.num.5.vers. præterea posito quòd lapsum esset quinquennium. in 1.vol. Quam sententiam pluribus authoritatib. confirmârunt And. Tiraq. in l.si vnquam. in verb. reuertatur. num. 396.vers.verùm in ea sum sententia. C.de reuoc.don. Carol.Molin.in suis addit. ad cons.Alex.in d.con.128.in verb.30.annis. & Ioan.Cephal.in d.cons.42.num.2.

CONCLVSIO XX.

28 LEGITIMARE filium proprium spurium comes Palatinus, aut habens potestatem legitimandi, potest, secundum Bald.in l.si consul. nu.8.vers. quarta quæstio est.in t.lect. ff.de adopt. & emancip. Cuius sententiam Alex. de Imol.consulendo sequitur in cons.188. num.1.in lib. 5.con.Sed sententia communis est in contrarium,per glo.in c.per venerabilem.in verb. Regi gratiam. ext. qui filij sint legitimi. Pet.de Anchor.in cons.320. num.6. Socin.sen.in cons.95.in 4.vol.cons. Dec. in l.qui iurisdictioni. vers. & regula supra dicta.nu.15.ff. de iurisdict.om.iud.& in c. ex literis.3.num.14.vers. sed tamen in hoc communis opinio.ext. de probat. & nouissimè Carol.Molin.in addit.marginal. ad cons.Alex.in d.cons.188.in verb.potuerit. Licèt Zas. arbitratus fuerit, has Doct. discrepantes sententias in concordiam facilè reduci posse. Si enim legitimatio fieret sine causæ cognitione, quia nullius præiudicium vertitur,tunc credit ipse doctrinam Baldi esse veram: si verò egeret causæ cognitione,tunc non posset legitimare,in d.l. qui iurisdictioni. numer. 22. vers. per hanc limitationem.

CONCLVSIO XXI.

29 L. Si vnquam. C. de reuocan.don. locum non habet in re minima, sed benè locum habet in re notabilis æstimationis. Ita scribit Dec. post alios ab ipso allegatos in cons.363.nume.9.vers. in secundo dubio.& idem in l.1.nume.10.C.de pact. Et licèt ibi Ias. nu. 6.vers. tene contrarium. Contrariam sententiam, quòd etiam in re minima procedat, sequatur: tamen inquit Cagnol.nu.39.vers.datur alia limitatio,quòd requiratur, quòd sit pars vel res notabilis æstimationis, quam donator verisimiliter non fuisset largitus, si de liberis cogitasset. Et hanc receptiorem sententiam, à qua non est recedendum, esse. De qua quæstione in vtramque partem multa congesserunt Franc.Ripa,in d.l.si vnquam.in 7.& 8.quæstio. & Andr. Tiraq. in verb. omnia vel partē aliquam. pag.lib. mei 157. cum seq. vbi ipse nu.24. inquit: eam opinionem amplectendam, quæ plurib. visa est communior, vt videlicet d. l.si vnquam.habeat locum in donatione infra dimidiam. Ita etiam intelligas procedere, modò res donata non sit adeò vilis æstimationis, vt verisimiliter donans non destitisset à donatione propter cogitationem liberorum. & in verb. donatione largitus. numer.8.pag.188. Et 3

huius quæstionis atq; Doct. in vtramque partem de ea disputantium facit mentionem Nicol. Arelat. in suis addit. ad tract. Alciat. de præsumpt. in 1. regul. prin. præsumpt. 13.

CONCLVSIO XXXVI.

44 LIS quo minùs contestetur, si per reos staret, quia ipsi vadunt per subterfugia & dilationes, ea habetur pro contestata, & operatur illos effectus, quos operatur litis contestatio. Bald. in l. si eum. §. qui iniuriarum. nu. 4. vers. septimò per illum textum. ff. si quis cautio. inquiens, longã mo ram commissam in lite contestãda habere vim litis contestationis, & pari modo facere actionem transmissibilem. & in l. fin. ff. de eo per quem fact. erit, dicit Ipse nu. 4. Vnum est tamen notandũ diligenter, quod vbicunq; dixi, quòd requiratur litis contestatio, ibidem sufficit mora, vel in lite contestanda, quia ista mora habet vim litis contestandæ, quantum ad interpretationem. Et idem Bald. in l. 2. nu. 19. & ibi nouissimè Sichard. nu. 14. C. vbi in rem actio. & in l. moræ litis. nu. 2. in fin. C. de rei vendi. & in l. vni. nu. 12. C. de delict. defunct. Et hanc sententiam Baldi reliqui DD. approbârũt, tanquam communi voto receptam. Bart. ante illum in l. 1. in fin. princ. nu. 9. & ibi Apostill. Alex. de Imol. in verb. quò minùs. ff. de priuat. delict. Alberic. in d. §. qui iniuriarum. nu. 2. in fin. Felin. in c. illud. nu. 11. vers. Prima conclusio, si stet per eum, quò minùs fiat litis contestatio, quia citatus subterfugit, habetur pro contestata, quò ad interruptionem. ext. de præscrip. And. Tiraq. in tractat. de vtroq; retract. §. 15. gloss. 2. De puys la litis contestation. nu. 5. vers. sed hic quæritur. vbi ipse nu. 8. & 9. aliquot declarationes eius doctrinæ recenset. Ias. notabiliter in d. §. qui iniuriarũ. nu. 9. cum seqq. Eamq; sententiam tanquam communem conclusionem tenendam esse ipse, nu. 11. inquit, addens aliquot in simili decisiones, quas non transcribo, sed ibi videre licet. Quare paria sunt litem fuisse cõtestatam, vel haberi pro contestata, & quod tantũ operatur quàm ipsa contestatio, per text. l. 2. vers. si verò. C. vbi in rem actio. Et in causis, in quibus proceditur summariè, lis habetur pro contestata, eo ipso quod fit aliquis actus circa merita causæ, & operatur effectum litis contestationis, & proptereà cẽsebitur facta interruptio per primum actũ contradictorium, concernentem merita causæ, sicut per expressam cõtestationem, per doctrinam Bartoli in extrauag. ad reprimendum. in verb. & figura. nu. 10. Aret. in cons. 30. incip. viso themate, cum alijs similibus authoritatibus.

CONCLVSIO XL.

48 LITERAE lapidibus insculptæ, non faciunt plenam probationem, per text. in l. monumentorum. & ibi Barr. C. de relig. & sumptib. fun. Felin. in c. cùm causam. nu. 7. inquiens, Doct. communiter asserere, quòd tales scripturæ non probent, sed adminiculentur, vbi agitur de graui præiudicio, licèt essemus in facto antiquissimo. Sed contrariam sententiam veriorem esse dicit Hieron. de Monte, in tract. de fin. regen. c. 65. nu. 4. per notata Guid. Papæ, in suis decis. Gratianop. quæst. 193. vers. sextò probantur per scripturam in columna vel lapide expressam. Phil. Corne. in con. 171. nu. 11. vers. & inter cætera. & in con. 333. nu. 11. vers. facit quia literis in aliqua petra antiqua repertis, credit aliquid antiqui referentib. in 1. vol. con. & Laur. Calcan. in con. 90. nu. 7. in fin. & per alias authoritates in d. c. 65. per Hiero. de Monte, allegatas.

M.

CONCLVSIO XLV.

1 MAGISTRATVS aut Iudex ordinarius potest tẽpore summæ necessitatis, aut sæuientis belli ciues compellerẽ ad pecunias Reipub. mutuandas, pro alendis exercitibus. Ita Guilhel. & Nicol. de Neapo. in l. scriniarios. C. de numerarijs, actuarijs, &c. lib. 12. & per doctrinam, quam referunt Bald. in l. 1. nu. 5. vers. vltimò sumc. & Sichard. nu. 19. vers. quod est multum notandum ad morẽ nostri temporis. C. de oper. libert. Et hoc casu vsuras moderatas recipere potest ciuis aut subditus, qui cõpulsus fuit mutuare. Et hanc Docto. sententiam communiter probari satis apparet ex ijs, quæ notant Paul. de Castr. in l. si quis nec causam. nu. 6. ff.

6.ff.si cert.peta. Lautent. de Rodolphis, in tract. de vsur.in 3.pat.prin.§.expeditis. vers.in secundo autem principali memb. nu.24.cū seq.in 16.vol. tract. Ioan.Crot. in repet.l.nemo potest.nu.6.ff.de leg.1.& Vas.in lib.1.controu.illust.c.6.num.7. Et ita de iure respondi, cùm casus proximis annis in hac difficultate Reipub.R. mihi proponeretur.

CONCLVSIO LI.

7 MARITVS non potest alteri demandare occisionē vxoris deprehensæ in adulterio. Ang.in tract. malefic. in verb. Che hai adulterato la mia dona.vers.an maritus.nu.64.& ibi August.Arim.Licèt nonnulli contrariam sententiam secuti fuerint,hanc tamē veriorem esse inquit Angel.loco iam citato,vbi ipse plures authoritates Doct.adducit.

CONCLVSIO LXXIX.

35 MVLCTA non irrogatur nisi ob veram contumaciam, nam fictus cōtumax mulctari non potest. Bartol.in l.vnica.§. fin.incip.hoc iudicium.num.4.vers.& ex hoc dicebat. ff. si quis Ius dicen. non obtemp.Et dicit ibi Alex.de Imol.num.11.& 12.ita communiter Doct. asserere. Idem inquit Marant.in tract.de ordin.iud.in 6. part.de contuma.nu.9.& in tit.de appell. in 2.actu.num.277.vers.illa ergo.Cagno. in dict.l.vnica.§.final.numero vigesimo. pulchrè & copiosè per multas adductas allegationes Rolan.à Valle,in consil.47. nu.16.17.18.cum sequentib. & nu.62.in 2. tom.cons.

CONCLVSIO LXXX.

36 MVLCTARI quispiam illicò non debet, quamuis inobediens fuerit, & mandatis principis nō paruerit, nisi prius ipse ad faciendam excusationem & defensionem citatus fuerit, quare mulctari non debeat, vel ad videndum talem sibi pœnam imponi vigore mandati & præcepti spreti.l.2.§.1.ff.si quis in ius voca. Bart. in d.l.vnica.num.13.vers.sed quæro.Cagno. ibid. in §.is non videtur.num.23. Hippol. de Mars.in l.de vnoquoq;.nu.123.ff.de re iud.& in sua practic criminal.in §.examinanda.num.34.in fin.§.illius.Rol.à Vall. in con.39. num.33.vers.redditur.In 1.& in con.47.num.43.vbi ipse dicit hanc Doct. communē sententiam esse,in 2.tom.con.

O.

CONCLVSIO V.

3  BLIGATVS à lege vel statuto ad dandum fideiussorem, si enim non repetit, loco fideiussionis subrogatur cautio iuratoria per eum præstanda. Ita gloss.& Doct.in l.1.ff.qui satisdar.cog. in Authentic.generaliter. C. de episco.& cleric. Hippol. de Mars.in repet.Rubr.ff. de fideiuss.num.193.vers.quæro vigesimo secundò, aliquis obligatur ex forma legis vel statuto. Vbi ipse hanc sententiam communem,num.194.appellat,additq; limitationes. Et hanc communem conclusionem esse meminit quoq; Rolan.à Valle,in cons.43.num.21.in 2.tom.

CONCLVSIO X.

8 ORDINARIVS Iudex fit delegatus, si princeps cōmiserit Iudici ordinario causam adiecta clausula, quòd cognoscat summariè, quia est alterata iurisdictio. Alex.de Imol.in l.more. nu.16. ff. de iurisd. om.iud. Plenè Ias.post alios in l.1.§.& post operis. nu.3.4.& 5. ff. de oper.nou. nunc. vbi ipse meminit illam sententiam communiter ab omnib. approbari, licèt ipse consentire non videatur. Repetit Quint. Mandos.in praxi commissio.formul.3.in verb.attenta grauitate causæ,in fin.

P.

CONCLVSIO IX.

1  ACEM duo inimici inter se fecerant, adiecta fuit pœna contrafacienti, si vterq; contrauenerit, nunquid alter cōtra alterum ad pœnam agere possit, distinguunt Doctor. si nesciretur quis primò fregisset pacem, quia fortè eodem momento alter alterum læserat, tūc alter non potest contra alterum agere: Si autem constaret quis primò contrauenisset, tunc primus non potest agere contra secundum, sed secundus benè potest agere

agere contra primum. Bart. in l. cùm pater. §. libertis. num. 7. ff. de legat. 2. Bart. in l. 1. §. cùm arietes. num. 2. ff. si quadru. pau per. fecis. dica. Paul. de Cast. in l. semel mora. ff. solut. matrim. Panor. in c. bonæ memoriæ. 1. vers. & facit ad quæstionem. nu. 3. ext. de elect. & in cap. 1. num. 3. vers. vltra Doct. Fel. num. 5. dicens hoc communiter teneri. extr. de treug. & pace. & in cap. quemadmodum. §. illud autem. nu. 3. in 3. notab. extr. de iureiur. Alex. de Imol. in cons. 115. num. 7. inquiens, hanc veram & magis communem conclusionem Doct. esse, in 4. lib. cons. Ludo. Roman. in cons. 155. num. 7. vers. vltimò dum quæritur. in con. 183. nu. 1. & in con. 258. Alex. de Imol. numer. 6. las. num. 7. vers. vltimò indncitur. dicens istam esse communem opinionem. in l. cùm proponas. 2. C. de pact. Licèt alij & Alex. de Imol. contrariam sententiã amplectantur. Alex. in d. l. semel mora. num. 3. Francis. Curt. in suis additio. ad lectur. Alex. in d. l. cùm proponas. in verb. à primo offendente. lit. B. Quam conclusionem Doct. latiùs explicârunt in l. si seruũ. §. sequitur. ff. de verb. oblig. Nicol. Boër. in suis decis. quæstio. 237. Ioan. Cephal. in cons. 35. in lib. 1. cons. & nouissimè Iul. Clarus in 5. lib. sent. recept. quæst. 47.

CONCLVSIO X.

2 PACEM simpliciter tutor, vel pupillus tutoris authoritate accedente facere potest, secundum magis communem opinionem, sed pacem cum obligatione ad pœnam facere non potest, & facta non valet. Bald. in l. pactum curatoris. num. 3. & alij Doct. C. de pactis. Quia obligatio ad pœnam reputatur ad damnum ipsi pupillo. Iacob. Nouell. in tracta. criminal. in vltim. part. vers. 88. pax facta per tutorem. nu. 88. & Tobias Nonius in con. 152. vers. tertiò principaliter. nume. 11. in Tomo 1. consil. ad causas crim. recens editorum.

CONCLVSIO XXIIII.

16 PATREM alteri, vt filiam & adulterum innentos in adulterio interficiat, quia ipse fortè est debilis, vel infirmus, vel senex, licitè mandare posse, arbitratur Angel. per l. Grachus. C. ad l. Iul. de adult. in tracta. malefic. in verb. Che hai adulterato la mia dona. vers. quid si pater mandat. nu. 24. Sed communis Doct. sententia in contrarium esse videtur per ea quæ scribunt August. Arimin. in d. verb. Che hai. vers. an maritus. nu. 64. & Roland. à Vall. in con. 34. in 2. Tom. vbi ipse nume. 35. & hanc communem Doct. sententiam appellat.

CONCLVSIO XXV.

17 PATER habens duodecim filios excusatur à munerib. personalibus, patrimonialib. ac collectis, vt suprà dictum est in verb. pater habens, &c. an hoc etiam procedat non solùm ab extraordinarijs, verùmetiam ordinarijs, item ab onerib. quæ imponuntur ratione belli, Similiter an per mortem vnius vel pluriũ filiorum extinguatur priuilegium dictæ immunitatis concessum à lege patri ob numerum dictorum 12. liberorum, valdè eleganter in vtramq; partem disputat Rol. à Vall. in cons. 52. in 2. Tom. cons. vbi ipse ex communi resolutione Doct. respondet, ab omnibus onerib. tempore belli impositis eum excusari, distingui oportere inter immunitatem concessam per priuilegium ab homine, & inter immunitatem à lege concessam, & sufficere tempore immunitatis extitisse 12. liberos, licèt posteà aliqui discesserunt, non tamen ab oneribus patrimonialibus ordinarijs.

CONCLVSIO XXVII.

19 PAVPERTATEM alleganti incumbere onus probationis, nullum est dubium, quia quilibet tenetur probare, quod est fundamentum intentionis suæ. Bart. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. num. 7. Ias. num. 15. ff. qui satis dare cogant. Remissiuè per plures DD. authoritates Petr. de Monca. in suis addit. ad tract. Ioan. Cror. de testibus. part. 6. in verb. paupertatem. & Nicol. Arel. in suis addit. ad tract. Alcia. de præsumpt. in 2. reg. prin. præsumpt. 27. Estq; communis sententia referente Nic. Ant. Grauat. in suis annot. ad Octa. Vest. Isagog. in Romanæ aulæ actionem, & indiciorum mores, lib. 4. c. 4. in verb. paupertas. nu. 29. Modum autem probandi paupertatẽ remissiuè refert Bello. in cons. 17. nu. 9. Et præcedentẽ conclusionem erudité explicat Did. lib. 2. varia. reso. c. 6. vbi de paupertate aut diuitijs tractatur, cui incumbat qualitatis huius probatio.

Cæte-

Cæterùm pauper quis dicatur, hoc relinquitur pro qualitatis personarum inspectione, & facultatis hominū arbitrio iudicis. Alex. de Imol. in cons. 213. nu. 8. & ibi Catol. Mol. in verb. Pauper. lib. 6. con. 37. in prin. & ibi Molin. in verb. pauper. & Natt. in verb. ad probandam. cons. 91. nu. 3. & con. 158. in fin. lib. 7. con. Dec. in con. 120. num. 3. & ibi Molin. in verb. pauper. Et hanc sententiam communiter approbari dicit Dec. in Auth. præterea. num. 15. C. vnde vir & vxor. Hanc conclusionem latiùs declarat Fab. de Pep. in d. Authen. præterea. nume. 72. vers. circa secundam gloss. in verb. locuples. & ibidem nonnullos modos probandi paupertatem recenset Didac. Couarr. in lib. 2. varia. resolut. ca. 6. num. 8. vers. qualiter paupertas probetur. Nouissimè explicat eandem conclusionem satis populariter Iacob. Menoch. in tract. de arbitra. iud. quæst. lib. 2. cent. 1. cas. 65. quis diues, quis pauper, & quis inops censeatur, latè explanatum.

CONCLVSIO XLIII.

35 POSSESSIO defuncti continuatur in hæredem. l. cùm miles. ff. ex quibus caus. maior 25. ann. in inreg. restit. & maximè cùm sit suus hæres. glo. in verb. existimantur. in §. sui. Instit. de hæred. qual. & differen. Quia post mortem patris non hæreditatem percipere videtur, sed magis liberam bonorum administrationem consequitur, qui etiā viuo patre quodammodò dominus existimabatur. l. in suis hæredib. vbi gl. in verb. quodammodò annotat etiam possessionem habere. ff. de lib. & posthu. Hinc dixit Bal. filium magis venire ad possessionē continuatiuè, quàm ad nouā possessionis ademptionē vel petitionem. ca. 1. nu. 1. vers. quod est notatu dignū. de controuer. inter masc. & fœm. de benefic. Sed communis sententia est in contrariū, quòd non continuetur possessio in hæredem nisi per vsucapionem. & ita intelligitur d. l. cùm miles. Bartol. & alij Doct. in l. cùm hæredes. ff. de acquir. poss. & improbatur communiter illorum sententia, qui aliud in suis, aliud in cæteris hæredib. esse asserebant, vt latè prosequuntur Andr. Tiraq. in tracta. Le mort saisit le vif. in 3. declar. præfat. nu. 6. & Roland. in cons. 46. nu. 26. 27. 28. 29. cum seq. vbi ipsi hanc materiā latiùs declarârunt, in 2. tom. con. Etsi autem possessio defuncti ipso iure nō continuetur in hæredem etiam suum, potest tamen propria authoritate eam accipere, modò non sit ab alio prius occupata. Bart. in l. fin. nu. 16. vers. item extra gl. quæro. & Dec. nu. 4. vers. postea tamē hæres. C. de edict. d. Adrian. tol. Bart. in l. 2. num. 3. vers. sed contra hoc oppono. C. quando & quib. quar. pars debetur. Papien. pract. in form. libelli, quo petitur hæreditas ex testamento. in verb. iniustè occupauit. in prin. Angel. Aret. in §. quadrupli. nu. 43. in fin. ver. quæro an aliquis sit citandus. Inst. de action. & Andr. Tiraq. in d. tract. le mort. in 8. declaratio. præfat. & in 5. part. declar. 3.

CONCLVSIO LXIIII.

56 PRINCEPS an possit suis subditis imponere collectas pro filia sua matrimonio collocanda. Et respondēt Doct. quòd si aliquis dominus elocat filiam, vel vult aliquid facere pro honore suo, nō debeat suos subditos onerare collectis. Paul. de Cast. in l. neminē. nu. 3. C. de sacros. eccle. & idem post Ioan. Fabri in l. 3. nu. 2. C. de statu. & imag. per tex. ibi, expensis proprijs statuam collocari præcipimus. l. cùm satis. §. caueāt. C. de agricol. & censit. lib. 11. & per alias plures authoritates, quas adducit Boër. in suis decis. decis. 126. nu. 6. & Vasq. in lib. 1. controuer. illust. cap. 7. nu. 3. Communis tamen Doct. sententia est in contrarium. Licèt Vasq. arbitratus fuerit partem negatiuam videri lōgè veriorem. Accurs. in verb. canonicā. l. placet. vbi Ias. in repet. eiusdem l. nu. 19. C. de sacros. eccles. Spec. in tit. de feud. §. quoniam. nu. 67. vers. & nota quòd vasalli comitū, vbi ipse voluit hoc nō procedere in filio, quia tūc dominus recipit & fit ditior: sed quando filiam elocat, tunc dat de suis bonis, & fit pauperior. Ideoq; vasallus tunc de iure conferre tenetur. Alberic. in suo Diction. in verb. dominus. Alex. de Imo. in con. 35. nu. 3. in 2. lib. con. Clauasi. in summa Angel. in verb. Talliā. ver. sed quando. & in sum. Rosell. in verb. dominus. vers. an autem in aliquib. casib. Iacob. d S. Georg. in tract. feuda. in verb. qui quidem inuestiti præstiterunt iuramentum. nu. 76. vers. circa alium casum. Zas. in epitom. feud. par. 7. c. ad quid vasallus domino, & dominus vasallo teneatur. nu. 50. vers. tenetur etiā vasal-

vasallus. Et hoc in praxi obseruari testatur Restaur. Castald. in tracta. de imper at. quę. 57. num. 7. in 12. vol. tract.

CONCLVSIO LXXII.

64 PROCVRATOR si falsus fuerit & sententia lata sit in fauorem falsi procuratoris, potest processum & sententiam latam dominus ratificare, siue sit minor siue sit maior. l. licèt. & ibi Doct. ff. de iudic. Estque communis opinio, referentibus Iaso. in l. licèt. num. 10. C. de procurato. & apostillato. ad lecturas Felini in c. causam. in verb. communiori. liter. a. extra de iudic. vbi & Felin. egregiè eam quæstionem explicat, an iudex ex officio procuratorem non habentem mandatum repellere posisit, nisi pars petat. & nouissimè Nicola. Anton. Graua. in suis analyticis annotationibus ad Octauia. Vestrij in Romanæ aulæ actionem & iudiciorum mores Isagogen. cap. 5. numer. 23. & numeris præcedentib. & seqq.

CONCLVSIO LXXIII.

65 PROCVRATORIVM semper plenè probari debet. Docto. in l. non solùm. §. qui alieno. ff. de procurato. & in c. 1. ext. eod. Pano. in c. coram. extr. de offic. & potest. iudic. delega. Estque communis Doct. sententia. Iaso. in l. 1. numer. 11. Cod. de procurat. Nicol. Anton. Grauat. in suis analyti. annotation. ad Octaui. Vestrij in Romanæ aulæ actionē & iudiciorum mores Isagogen. cap. 5. post numer. 44. Et hoc adeò generale est, vt in omni iudicio quantocunque summario, debeant personæ legitimari. Idem Ias. in rubr. C. qui admitti ad bonor. possessio. poss. numer. 1.

CONCLVSIO LXXIIII.

66 PROCVRATORIVM mandatum non solùm per expressam confessionem mandati & procurationis, sed etiam per traditionem instrumenti inducitur. Nam eo ipso quòd quis comparet in iudicio tanquam procurator, & produxit instrumentum, prę sumitur ex eo procurator, vt admittatur saltem cum cautione de rato. Barto. in l. vulg. in fin. ff. de adminiſt. & pericul. tutor. & in l. 3. §. causæ. num. 2. ff. de Carbon. edict. Bal. in l. si qua per calumniam. in fin. C. de episc. & cler. & Paul. de Cast. in l. Mæuia marito. nu. 3. ff. solu. matri. Quamuis Bal. sententiā contrariam, in l. 1. nu. 11. ff. de procurat. amplectatur: tamen Bar. & aliorum magis cōmuniter approbatur. Ioan. de Imo. Felin. & alij in c. communia. ext. de offic. & potest. iud. deleg. Ias. in d. l. 1. nu. 11. C. de procurat. Marant. in Repet. l. si actor. nu. 2. C. eod. & Rolā. à Val. in con. 46. nu. 6. in 2. Tom. con. LXXV. suprà in Prima parte.

R.

CONCLVSIO XCIII.

3 REDVCTIO ad arbitrium boni viri ab iniquitate laudi peti potest vsque ad 30. annos. Cy. in l. societatem. §. arbitrorum. in additionibus. ff. pro socio. & dicit ibi Bald. huiusmodi petitionem esse perpetuam. Et hanc plurib. adductis authoritatibus Doctor. sententiam communiorem esse inquiunt Dec. in consil. 39. nume. 6. versic. & prædicta reductio. & ibi Carol. Molin. in apostill. in liter. i. & Augustin. Bero. in cons. 33. num. 6. in 3. vol. con post alios ab ipso allegatos, licèt alij Docto. variè ad eā quæstionem responderint. Bart. in d. l. societatem. §. arbitrorum. versicul. Quæro intra quantum tempus potest peti reductio.

CONCLVSIO XCIIII.

4 REDVCTIONIS petitio propter enormem læsionem ad arbitrium boni viri, non obstante renunciatione, admittitur, quia non est verisimile, quòd compromittentes hoc voluerint, vt eos arbiter vel arbitrator enormiter lęderet. Bald. in l. eum anteà. nu. 3. C. de arbit. Ioan. Petr. Ferrar. in sua pract. in form. libel. quo agitur ad pœnam ex compromisso, in verb. nec reductio peti ad arbitrium boni viri. num. 3. Et hanc esse communem opinionem & obseruantiam, quòd per nullam cautelam verborum appositorum in compromisso fieri possit, quo minùs petatur reductio, si laudum allegetur iniquum propter enormem læsionem, dicit Paulus de Castro, in consi. 74. versicu. breuiter communis opinio secundum veterem impressionem. Et ante illos Dyn. in c. scienti. vbi pulchrè apostil. Boër. in lit. a. de regul. iur. in 6. Bart. in d. l. eum anteà. num. 5. versicul. Domini vos scitis. Hanc quoque

T sequi-

S.

Conclvsio xxxv.

3 Acerdos secularis constitutus procutator ab aliqua vniuersitate, potest agere in iudicio, & litem contestari. Capella Tholos. in suis decisioni. quæst. 131. Hinc contra clericum secularem post litis contestationem non posset opponi exceptio. Et hanc communem sententiã esse Doct. inquit ibi Stephan. Auffrer. in finis addit, hoc intelligendum scil. esse ab illo qui sciebat eum esse clericum, aliàs post litis contestationem posset opponi. Guilhelm. de Suza & Salycet. in l. ita demum. Cod. de procurato.

Conclvsio xxxvii.

5 Salarivm totius anni cœpti debetur hæredib. medici vel alterius professoris de publico conducti, qui morte præuentus anno perficere non potuit. l. qui operas. ff. locati. l. 1. §. diuus. 2. vbi Bart. ff. de var. & extraordi. cognit. Philip. Dec. in consil. 70. Alciat. in tractat. præsumpt. in 3. reg. princ. præsump. 19. vers. debent tamen habere integrum. in fin. Et hanc sententiam communem esse dicunt Franc. de Ripa in tracta. de peste. c. de priuil. contract. cau. pest. num. 115. versi. Hinc dicit gl. in d. §. diuus. Quod si pendente anno moriatur Doctor vel adnocatus, hæredib. debeatut salarium totius anni. & Ioan. Cephal. in con. 70. num. 4. & in seq. con. 71. diluit ipse quæ in contrarium adduci possent, in lib. 1. con. De qua doctrina etiam faciunt mentionem Baptist. à Villalobos in verb. adnocatus. in verb. salarium. & Emanuel Suarez in verb. mortui aduocati.

Conclvsio l.

18 Sententia absolutoria lata pro vno, non prodest alteri, nec condemnatoria lata contra vnum, alteri nocet. l. denunciasse. §. quæritur. l. adulter. versic. Si eo tempore cũ seq. ff. ad leg. Iul. de adult. vbi habetur, qnod absolutoria pro adultero, nõ prodest mulieri adulteræ, si nupta non erat, secùs si nupta sit. Quod est speciale fauore matrimonij. Hanc veritatem & magis communem opinionem esse dicit D. Alex. de Imola, in l. sæpe. nnme. 63. in fin. ff. de re iudic. Quare in crimin. connexis & multùm coniunctis, sicut est adulterium inter virum & mulierem condemnato vno, non est condemnatus alius. Bar. in d. l. denunciasse. §. quæritur. Bal. in l. iuris. num. 2. C. quib. tes iudic. non noc. Angel. Aretin. in tractat. de malefi. in verb. Et ibi caput à spatulis amputetur. nume. 10. versicu. Sed quæro an damnato dicto Titio. Hinc constitnitur regula illa generalis, condemnatoriam sententiam non facere ius quo ad alios, in eodem processu nõcitatos. Mar. Anton. Natt. in consi. 668. numer. 7. in 4. Tom. consil. Vbi ipse quoque de communi sententia ex Alexandro mentionem facit, de qua conclusione Doctor. in d. l. sæpe, vbi & Zas. noster numer. 78. & 88. copiosè scripserunt.

Conclvsio li.

19 Sententia lata in causa matrimoniali nunquam transit in rem iudicatam, c. consanguinei. ext. de sent. & re iudic. Estq; communis Docto. opinio, referentib. Franc. Curt. Iun. in con. 170. nume. 27. & Horat. Mandos. in suis additionibus ad consil. Lud. Roman. in con. 357. in verb. Quod sic. lit. a. Hoc tamen non habet locum in sententia lata in fauorem matrimonij, quæ in rem iudicatam transit. Felin. in d. c. lator. numer. 3. versic. Secunda declaratio. Et Horat. Mandos. in d. additio. in d. verb. Quod sic. plures authoritates adducentes.

Conclvsio xcv.

63 Statvtvm monialem excludens à successione, licèt D. Bartol. distinguat, an statutum loquatur de ingrediẽte vel ingtessa, in l. fi. C. de pact. tamen commnnis opinio est contra Bartol. statutum, s. indistinctè non valere. Ias. ibid. num. 24. cum seq. & Dec. num. 28. & idem Dec. in c ecclesia S. Mariæ. nnm. 49. versic. quintò infertur. ext. de const. & in c. in præsentia. num. 53. versi. similiter non valet statutnm, extr. de prob. vbi ipse hoc limitat nisi in specie dictum fuerit, quòd non ingrediatur monasterium Prædicatorũ, quia talis cõditio nõ reijcitur, cùm nulla sint alia monasteria, quæ potest ingredi. Quòd autem indistinctè statutum valere debeat, displicet Carol. Molinæ. vt ipse annotauit in suis annotati. ad lectur.

T 2 Dec.

dequa conclusione meminerunt & multa prǽclara tradiderunt Francis. Curt. in tract. feud. in 6. part. in 2. q. numer. 3. & Cardinalis Paulus Paris. in cons. 22. numer. 103. cum praecedentib. & seqq. in 1. part. cons. Caeterùm quid in eo casu, vbi plures domini fuerint, vel descendentes sint vnius vasalli habentes feudum, an illud diuidere possint, de ea quaestione respondet de iure Alexan. de Imol. in d. consi. 25. numer. 19. cum seqq. lib. 5. consil. Remisiuè Curt. in d. tractat. feu. in 6. part. d. quaestion. 2. in fin. & nouissimè Crauet. in dictis & allegatis consilijs, quorum dicta non transcribo.

CONCLVSIO X.

77 SVPPLICATIO continens quòd res iudicata rescindatur, vel quòd bis iudicetur, nisi per principem & non inferiorem concedi potest. Panorm. in c. ex literis. numer. 10. & 11. extr. de restitut. in integ. decis. Capell. Tholosa. decis. 480. Et hanc communem opinionem esse Apostill. Auffrer. in suis addit. ad d. decis. Capel. Tholos. ibid. dicit, propterea obseruandum esse, quòd sententiae executio per supplicationem principi factam non retardetur, & satis esse, quòd daretur cautio de restituendo, si supplicans in causa obtineret, secundum notat. Panor. in c. suscitata, numer. 10. ext. eod. & Matth. de Afflict. in decis. S. concil. Neapolitan. decis. 357. admonet. Hieron. de Monte in tractat. de fin. reg. c. 108. quod est vltim. nu. 14. & sufficeret iuratoriam cautionem praestare, quádo iureiurando pars firmaret fideiussores se habere non posse. Guid. Papa in decis. Gratianopol. quaest. 189.

T.

CONCLVSIO XIX.

10 TESTAMENTVM nuncupatiuum caeci requirit 4. solennitates siue requisita, quae explicant Impera. Iustinus & Doct. in l. hac consultissima. C. qui testamen. fac. poss. Specul. in titul. de instr. edit. §. compendiosè. versic. illud autem nō est ignorandum. numer. 42. Author artic. notaria. c. 2. de testam. scrip. & solenni. vers. item caecus testari nequit. & Author Analyseos Instit. quib. non est permiss. facer. testament. versicul. potést ne caecûs condere testament. Inter quae est, quòd caecus conuocatis 7. restib. & notario dicat, se velle testari sine scriptis, & si Notarij copia haberi nō possit, octauus testis de iure adhibeatur, qui eius munere fungatur. Sed si pater caecùs fecerit testamentum inter liberos, nūquid teneretur seruare formá. d. l. hac consultissima. an verò possit facere testamentum inter liberos cum duob. testib. iuxta l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. & quemad. testamen. ord. Et communis opinio Doctor. est, in testamento patris caeci testantis inter liberos sufficere duos testes. Ias. in d. l. hac consultissima. numer. 4. versicul. sed pone: quia in testamento facto inter liberos cessat suspicio falsitatis, ex quo ab intestato ipsi admittuntur ex communi voto parentum. l. scripto, in fin. ff. vnde liberi. l. fi. ff. de bonor. damn. Dec. ibidem num. 36. versic. vltimò limitatur. Hanc conclusionem latè prosequitur Nicol. Boërius in suis decisionib. quaestio. 240.

CONCLVSIO XX.

11 TESTATOR interrogatus à tabellione, an faciat Titium haeredem, si respondeat eum facere, illius responsio tantum operatur ac si nominasset haeredem, per gloss. notabilem in verb. quemadmodum. in l. iubemus. vbi communiter Docto. C. de testam. Et hanc communem conclusionem & opinionem Doctor. appellant post alios Alex. de Imol. in consil. 12. numer. 6. & ibi Carol. Molin. in verb. quòd sic. liret. d. in 1. libr. & in consil. 47. nume. 7. versic. circa quartū dubium. in 2. lib. & Roderic. Suarez in allegar. suis, alleg. 1. nume. 24. & maximè num. 28. cum seq. licèt ipse contrariam sententiā de iure veriorem esse arbitretur. Sed cùm de hac sententia Viuius in suis opinionib. in verb. haeres quilibet. & Suarez in verb. hęres si quis instituatur, mentionem fecerint, nō vlteriùs illam doctrinam prosequor, & potissimùm cùm Suarez ab alijs nō allegatus eleganter de ea re disputauerit. Videantur ea quae scripta sunt in vtramque partem à Petr. Phil. Cor. in con. 77. nu. 4. & in con. 1. num. 3. in 4. vol. con. à Zas. in con. 3. nu. 37. lib. 1. consi. & à Vig. Zuich. in consil. 9. nu. 10. in 4. Tomo consil. à diuer. ac praecip. tum Academ. tum Iurisconsultis conscriptorum & Francoford. anno 72. editorum.

CONCLVSIO XXXVII.

28 TESTES interrogati super formalitate verborum, si discordent in cortice verborũ, nullam penitùs fidem faciunt. Nam si duo testes essent, & vnus deponeret quòd Paulus promisisset Nicolao 24. denarios, alter verò de duob. solidis deponeret, isti testes dicentur singulares. Bald. in c. bonæ memoriæ. 23. nu. 9. versic. si autem fuissent interrogati de qualitate vocis. ext. de elect. Cuius sententiam & reliqui Doct. sequuntur, Panor. post Anto. de But. in c. nihil obstat. nu. 2. extr. de verbo. signific. Alexan. de Imol. in consi. 47. numer. 6. versicu. nec obstat quòd notat Ant. de Butr. lib. 2. in consi. 111. nume. 8. vers. quinimmò iste testis est singularis. & ibi Carol. Molinæ. in verb. formalia. lib. 3. in consil. 150. numer. 2. versic. alia & sic secunda est contrarietas. & in consi. 153. nume. 4. versi. & potissimè hæc procedunt in libr. 5. consi. & idem Alex. in addit. ad Bart. in l. 3. §. ideoque. in verb. si testes. ff. de testib. & in l. 1. §. fin. numer. 13. vers. quid in testib. duo testes interrogantur. & ibid. Ias. num. 5. versi. confirmo. Zas. numer. 9. & 10. licèt ipse temperamentum addiderit. ff. de verb. obligat. Felin. in c. licèt ex quadam. nu. 2. extr. de restib. Bart. Soc. in consi. 229. num. 6. versicu. quartò confirmatur. in 2. volum. consil. Andre. Barba. in con. 25. num. 9. ver. facit quod voluit Bald. & in cons. 47. nu. 4. vers. ex istis ergò elicitur. in lib. 2. con. Dec. in con. 143. nu. 23. vers. allegata in contrarium. Hipp. de Mars. in Rub. C. de prob. nu. 383. ver. nec prę dictis habet obstare. Ioan. Baptist. in l. admonendi. nu. 116. vers. adde prædictis. in 2. vol. repe. ff. de iureiu. Crot. in l. 1. §. eadẽ aũt. nu. 29. vers. secunda est conclusio. ff. de verb. obligat. in 6. vol. repet. & Franc. Cur. in tract. de testib. conclu. 11. in 5. vol. tractat. Et hanc communem Doct. sententiam esse scribit consulendo Roland. à Valle, in con. 33. num. 20. in 2. tom.

CONCLVSIO XXXVIII.

29 TESTES in causa vniuersitatis non in totum repelluntur à ferendo testimonio propter vtilitatem, quæ secundario singulis de vniuersitate eueniret, sed eis minus quàm alijs creditur, habito respectu ad personarũ qualitatem, & lucri quantitatem. Ita declarat Panorm. in c. insuper. numer. 2. extr. de testib. argument. c. & si quæstiones. ext. de simon. Deinde addit Panorm. vers. Ego putarem, illam conclusionem procedere quãdo per diuersam partem vel alij testes in cõtrarium producerentur. Sed vbi non essent nisi testes de vniuersitate pro vniuersitati. hinc inde examinari, eis planè credendum esse, saltem in defectum aliorum testium, dummodò aliàs idonei fuerint. c. super prudentia. 14. q. 2. Bald. autem in consi. 420. incip. verba principis Montisferrari. nume. 6. in 1. vol. con. inquit: quòd si testes non sentirent commodum vel incommodum immediatum possent pro vniuersitate testificari. & idem in con. 481. num. 3. Licèt homines vniuersitatis aliquando admittantur in casu vniuersitatis, quod tamen non est verũ, si commodum causæ distribuitur inter singulos, quia non sunt idonei in re propria vel communi, earatione, quę sapit proprietatem commodi. Quam sententiam & reliqui approbarunt referente Ludo. Roman. in con. 7. num. 4. vers. illud tamen subijcio. Alij censuerũt testes de vniuersitate in causa vniuersitatis non respui ad testificandum quando ex victoria nullum sunt habituri singulariter commodum. Et hanc cõmunem sententiam omnium Doct. esse per notata Guilhel. de Cu. Cyn. Bartol. & Bald. in l. parentes. C. de testib. in l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rer. diuis. inquit Raphaël. Fulgo. in consil. 174. num. 2. vers. sed & alia occasione. Ita quoque inquit Petr. Phil. Corne. in cons. 333. nu. 7. versic. & hinc dici mus, quòd illi de vniuersitate possint in causa vniuersitatis deponere, quando non prætendant aliquod particulare interesse, vt Doct. communiter in c. cùm nuncius. in d. c. insuper. ext. de testibus. in 1. vol. con. Alij arbitrati sunt testes de vniuersitate posse pro eorum vniuersitatib. deponere, licèt commodum perciperẽt in vniuerso, per notata Cyn. & DD. in d. l. parentes, cum simili, ita affirmat Gui. Pap. in decis. Gratianop. Decis. 193. numer. 2. vers. item d. causa. num. 2. circ. fin. Alij voluerunt testes de vniuersitate in nemorum litib. admitti ad perhibendum testimonium, quando aliquid datiarijs soluta mercede vel precio soluunt pro lignis, Secùs quando perciperent commodum gratis ex nemoribus vniuersitatis. Alexand. de Imol. in consi. 99. nu. 15. in lib. 5. & Anton. Capyc. in decis. S. regij. con. Neapol. in decis. 152. nu. 6. versic. & benè est verum. Alij putauerunt, quòd si illud, super quo litigatur, singulorũ commodum concernat, Exempli gratia, Si lis

lis sit super nemore, in quo quilibet potest accipere pro suo vsu de lignis, tunc vnus de vniuersitate pro ea testificari non poterit. Lanfranc.in c.quoniam contra.in verb.testium depositio.nu.70.ver.communis conclusio DD.est,secundũ impresṡionem Lugdunen. Anno, &c.59.nu.98. secundum impre.Lugdun. Anno,&c.49.in 5.vol.trac.ex. de prob. Hipp. de Marſ. in l.1.§.seruũ municipum. nu.10.ver. & per hoc dicunt quod si est quęst.de pascuis vel nemorib.ff.de quęst. Alij dixerunt vniuersitatis testes non sentientes cõmodum vel incommodum admittendos esse, sed eis de fide imminuendum, & quòd non faciant plenã & integrã probationem sed præsumptionem,quia negari nõ potest,quin ipsi habeant aliquã affectionem erga suam comitatem,cũ sic habere consueuerint. Et ideò sic pręsumendũ erit,argumẽ. l.certi condictio.§.si nũmos.ff.si cert.petat. & ideò non sunt omni exceptione maiores, ex quo exceptio ista præsumpta opponi poterit.glo.in verb.maiores.in c.1.ext.de consang. & affin. glos. in verb. idoneos. §.item verborum.Instit.de inutil.stipu.ita explicat Barth.Cæpol.in tract.de seruit.rust.pręd.in tit. de seruit. iuris pascen.c.9.nu.10.& 11.Et similiter ratione affectionis testes habentes similes lites nõ habentur pro idoneis testib. glos. in c. cùm R. Canonicus. in verb. cùm sint eius socij.extr. de offic. & potest. iudic. delega. Cuius Cępollæ sententiam defendit & sequitur Hier.de Monte,in tract.de finib. regen.c.58. Licèt communis sententia sit in cõtrarium,à qua in iudicando recedendum esse ipse arbitratur,pręsertim,cum probabilib.rationib. & argumentis conuinci posṡit. Sed Cæpoll. sententiâ improbat Franc. Viuius in lib.2.com.opin.opin.293.inci.testib. vniuersitatis,an plenè credatur. De qua opinione multa scribi possent, cùm Doct. varij variè loquantur,ita vt facilè Cępol. & Hier. de Monte sentẽtia defendi posṡit. Cæterùm hoc non est propositi præsentis. Videantur Docto.in l.tantù in.§.vniuersitatis. ff.de re. diuis.l.parentes.C.de testib.in c.insuper.& in c.cùm nuncius.extr. de testib. Alber. de Maletis in tract.de testib.c.4. quando testes repell. ratione affectus.num.71. vers.quæro nunquid in causa vniuersitatis.Bart.Soci.in tract.fallen.in reg.408. inci.testis prælatus. Ias. in l. adoptiuum. §. patronum.2.nu.7.ff. de in ius voc.Dec.in cons.342.nu.4. Thom. Grammat.in consil.22.numer.8. Zas. in suis Paratit.tit.quod cuiusque vniuersitatis.nu. 20.versic.nota quòd singuli.Francisc.Curt. in tractat.de testibus.conclus.3.incip.testes de vniuersitate. Oldendorp.in tracta.de testibus.§.de personis testium.vers.de ciuibus autem vel subditis cuiusq; vniuersitatis.Nicol.Bellon.in con.63.num.18.19.& 20.Ioan. Crott.in cons. 42. numer. 8. Francis. Marc. in Decis.Perlamen.Delphina.quæstio.490. num.3. Carol.Molin.in suis additio.ad con. Alex.in cons.63.in verb.idonei.lib.2.& in d. con.99.in verb.vniuersitate.Didac.Couarru.in suis practic.quæstio.cap.18.nu.4. Lancillot. Conrad. in suo prætorio & curiali Breuia.cap. personas testium aggrediendo. vers.vniuersitatis.numer.55. Octauian.Cacheran.in decis. S.Sena.Pedemon.in decis. 99.nu.39. & nouiṡsimè Bernhard. VVurmbser.in lib.1.practic.foren.c.35.testimonium collegij vniuersitatis. Nouiṡsimè hanc doctrinam explicat eruditè per tres conclusiones Gasp. Caballi. in suis gloss. ad Aegidianas constitutiones, lib. 4.capit.1.in verb. Probandum.numer.22.vers. vtrùm ciuis sit idoneus testis,pro sua ciuitate,vel aliquis de vniuersitate pro ea. Et Ioan. Schneid. in §. vniuersitatis.vers.item ex prædictis,Institu. de rer.diuisio.

CONCLVSIO XXXIX.

30 TESTIS pauper, si non habet tantum in bonis,quantum valet causa,à testimonio repelli potest,glos. communiter approbata in §. si verò absunt, in verb. substantiam. in Authent.de hæred. & falcid.Alex. de Imol. in cons.15.numer.3.vers. Et testis pauper etiam in causa Ciuili dicitur,quando non habet tantum in bonis,quantum est valor causæ, licèt secùs sit in causa criminali, secundum eum, lib. 3. consil.Ias. in l.si constante. nume.153.ff.solu.matrim. Sed cùm paupertas non dicatur de genere malorum, quare propter eam à testimonio quis repelli non debet, alioquin plures sancti homines nihil proprij habentes à testimonijs ferendis repellerentur, qui proprio carent. Ita argumentatur Specul. in titul. de teste. in §.1. numer.61. volens in effectu, quòd sola paupertas non repellat quem à testimonio,si sit probatę vitę,Et hoc propter eam rationem, quia idoneitas in teste versatur ratione fidei & non diuitiarum. Iacob. Baldui. & Alberi. in l.3. ff. de test.sequitur & alius Alberi.in tractat.de testibus. §.quando repelluntur testes ratione defectus personæ, numero decimoquarto. Et quòd paupertas sola

non repellat testem à testimonio, affirmant vbique communi voto Doctor. Lanfranc. de Oria. in c. quoniam. ex. de probat. cap. 8. vers. testium depositio. numer. 82. versic. Et nunquid rusticus possit? verum est, quòd quis neque ratione paupertatis neq; ratione ignobilitatis repellatur à testimonio. Idē Alexand. de Imola, hanc posteriorem sententiam sequitur in consil. 237. numer. 2. & ibi Carol. Molin. in verb. Bonis, plures Doctor. citans. lib. 6. cons. Pulchrè Philip. Dec. in consil. 163. nume. 6. & ibi Molin. in verb. Paupertatem. Proinde illa doctrina Doctorum, quòd testis tantum in bonis habere debeat, quantum causa valet, super qua deponit, communiter non recipitur, Ias. in Authent. prætereà. numer. 27. C. vnde vir. & vxor, Aufrer. in tractat. de reprobat. testi. numer. 78. in verb. Pauper à testimonio repellitur. Vbi ipse concludit Iudicis arbitrio relinqui oportere, siue in causa criminali siue Ciuili, quando paupertas reddit testem suspectum. Didac. in lib. 2. varia. resolut. cap. 6. nume. 8. Eleganter post multorum Doctor. authoritates scribit consulendo Maria. Socin. Iunior, in cons. 189. numer. 33. 34. 35. 36. 37. & 38. in 2. part. cons. Iohann. Crot. quatuor argumenta pro hac sententia adducit in tractatu de testib. part. 4. in 7. quæst. num. 32. 33. 34. & idem in repetitione d. l. si cōstante. nume. 53. eandem sententiam per alia similia argumenta defendit. Hancquoque gloss. in verb. Paupertate, & Doctor. in c. si qui testium. ex. de testibus. sequuntur. Franc. cisc. de Aret. in cons. 13. num. 16. Allegatam glo. in d. §. si verò absunt, in d. verb. substantiam, intelligunt Doctor. quando in causa aliqua cōcurrunt testes pauperes, cum alijs diuitibus, in ea maiorem fidem habendam esse diuitibus quàm pauperibus. Fabia. de Pepis in d. Authent. prætereà. numer. 79. Dec. in dict. cons. 163. Mar. Anton. Natt. in suis additio. ad consil. Alexand. in d. consil. 237. in verb. Est pauper. lib. 7. cons. Item alij tradunt, quòd glos. in d. verb. substantiam, loquatur in causa speciali, scilicet in testibus adhibitis in inuentario, in quib. requiruntur duæ vel tres qualitates, quòd sint fide digni & quòd possideant substantiā & quòd optimæ sint opinionis, vt latiùs prosequitur Petr. de Moncad. in suis additio. ad tractat. Croti de testibus, in d. part. 4. in 7. quæst. in lit. q. in verb. glossa notabilis. Cæterùm Ludouic. Roman. consuluit, quando adest alia qualitas cum paupertate, vti in eo casu, quo ipse de iure respondit, adfuit subiectio, tum testis testimonium nō admitteretur in con. 382. post num. 5. vbi Mandos. in suis additio. in verb. subiectione adiuncta, inquit, secùs illa non adiuncta, quo casu pauper dummodò fidelis & conditionis honestæ ad testimoninm admitteretur. Vnde quando cum paupertate concurrit alius defectus etiam per se non sufficiens, ille repellit testem à testimonio. Crau. in cons. 249. numer. 11. Lancil. in suo prętorio & cu. bre. in §. personas testium aggrediendo. nume. 80. Meminerunt huius conclusionis Socin. in tractat. fallenti. fall. 289. Campeg. in tract. de test. reg. 113. & Menoch. in tract. de arbitra. Iudi. quæsti. lib. 2. Centuria prima, casu 96. & suprà eodem lib. & Cenr. cas. 65. numer. 12.

CONCLVSIO XL.

31 TESTIBVS publicatis etiam probatio adhuc fieri potest per rei euidētiam. Socin. Senior in c. fraternitatis. nume. 73. vers. 38. ext. de testib. & in tract. fallentiar. fallen. 203. testes publicatis attestationibus. num. 19. fallit si pet euidentiam rei. Plot. in tract. de in lit. iurando. §. 49. numer. 23. in fin. Estque sententia communis referente Nicol. Anton. Graua. in suis annotatio. ad Octan. Vest. Isagog. in Romanæ aulæ actionem, & iudiciorum mores, lib. 4. capit. 4. in verb. admonemur. numer. 26. circ. fin. Similiter quoq; post conclusionem in causa. Maran. post alios in tractat. de ord. iudic. part. 6. tit. de conclusione in causa. nume. 6. Mynsing. in obseruatio. Iudicij Imperialis Cameræ, in tertia Centuria, obseruat. 17.

CONCLVSIO XLI.

32 TESTIS an esse possit pater pro filio suo spirituali, quem ex Baptismate leuauit, vel pro illius patre, quem compatrem appellamus, varij variè responderunt, vt tradit Francis. Cutt. adductis auctoritatibus in vtramque partem, in tracta. de testibus, conclus. 30. Et receptior ac communior sententia est, eas personas non prohiberi ferre testimonium. Alexand. de Imol. in cons. 42. numer. 18. vers. nec obstat, quòd vnus ipsorum testium sit compater, & ibi Molin. in verb. compater. in 3. volum. in cons. 125. numer. 4. vers. vnde videmus. & ibi Carol. Molin. in verb. testes. lib. 4. & in cons. 237. numer. 8. vers. Et nedum prædictus. & ibi Carol. Molin. in verb. volentes, multas Docto. auctoritates consimiles adducit lib. 6. cons.

Steph.

Steph. Aufrer. in tractat. de reproba. testi. numer. 66. in verb. Pater spiritualis. in 5. volumin. tractat. & Aymo Cranet. in consil. 169. num. 1. Et hanc ex auctorum dinumeratione communem esse meminit Iacob. Menoch. in tracta. de arbitra. iud. quæst. lib. 2. Centuria secunda casu 100. Testimonium patris spiritualis fidem an faciat, eamque fusius ibidem declarat, referendo quatuor diuersas sententias.

CONCLVSIO XLII.

33 TESTI si quis infamiam obijcit, debet illa obiectio fieri in specie, id est cum expressione causæ. c. præsentium, ibi, facta sigillatim specificatione criminum & aliorũ obiectorum de testi. in 6. Bart. in l. 1. in fi. Bald. nu. 8. Ias. nu. 6. Sich. nu. 4. C. de testam. Lud. Roma. in cons. 290. nu. 3. Nicol. de Mylis in suo Repertorio, in verb. testis. ver. testis si debet repelli vt criminosus. Ias. in l. Titiæ textores. nu. 12. ff. de legat. Licèt alij cõtrariam sententiam tenuerint, hæc tamen est communis sententia Dec. in c. 1. nu. 2. in fin. ext. de exceptio. Nic. Boër. in suis decisio. quæst. 321. numer. 2. & Mandos. in suis additio. ad cons. Roma. in d. cons. 290. in verb. specificè. Et obiectus in testes debet esse idoneus & concludens necessariò sicut probatio. l. neque natales. l. & ad probationem. C. de probat. Et Rebuff. in tract. de reproba. testi. artic. 36. numer. 6. in Tomo 3. commentariorum in constitutiones regias Gallicas.

CONCLVSIO XLIII.

34 TESTIBVS publicatis in causa principali, & illis didicitis, licèt in causa appellationis testes super capitulis antiquis producere & examinare. gl. in verb. productione. in Authen. at qui semel. C. de probat. vbi glos. testatur ita de consuetudine seruari. Et hanc esse communem opinionem Legistarum inquit gloss. in verb. in appellationis causa. in Clemen. 2. de testibus. Sed contraria sententia de iure verior & magis recepta est, d. Clemen. 2. de testibus. Guid. Papa in decis. Gratianop. quæst. 14. & quæstio. 347. atq; in cons. 37. vers. & ideò salua d. disertione, in prima parte consil. Maran. in tract. de ordin. iudic. in par. 6. in 6. actu. nu. 22. versic. super tertia quæstione principali communis cõclusio est, quam communiori calculo approbatam esse multis allegatis authoritatib. refert Roland. à Valle, in consil. 45. numer. 8. 14. & 20. vbi ipse in vtramque partem ea de re disputat in 2. Tom. con. Bellonus quoque hanc eandẽ sententiam multis authoritatib. probat, in con. 25. num. 7. & 8. Glos. autem in d. verb. productione. attestantem de consuetudine benè soluit Sichard. in d. Authent. at qui semel. num. 26. inquiens, quòd hoc intelligendum sit de eo tempore, quo scriptæ sunt illæ glossæ, nimirum Anno, &c. 1227. à Christo nato, quo Accur. glossator vixit. glo. in verb. secretarium. in l. in causis criminalib. C. de accusat. & inscript. Sed post illud tempus sunt Clementinæ factæ, nimirum Anno, &c. à Christo nato 1316. per quas Clementinas, vt in d. Clemen. 2. de testib. clarè est decisum, quòd in causa appellationis super veterib. articulis non possint noui testes examinari: quia quemadmodum in prima instantia timor subornationis facit, ne possint super ijsdem articulis noui testes examinari, sic etiam eadem ratio subornationis militat in causa appellationis. Vnde vtrobique debet esse idem Ius. Quid autem in Camera hoc in casu decisum, contra d. Clemen. 2. meminit Mynsing. in suis singul. obseru. Iud. Imp. Camer. obseru. 41. in prima Centuria.

CONCLVSIO XLIIII.

35 TESTIVM examinatio in criminalibus committi non potest. l. 1. §. idem Diuus Adrianus Iunio Rufino. ibi, nam ipse eos interrogare soleo. ff. de testib. Athentic. apud eloquentissimum. & ibi Cyn. Bald. Salycet. & nouissimè Sichard. nu. 6. vers. in causa autem criminali. vbi ipse notabiliter, quid in eo casu hodie fieri debeat, ostendit. C. de fide instrum. glo. in Clemen. vnica. in verb. Ciuili. de offic. & potest. indi. deleg. Thom. Gram. in con. 67. numer. 2. Hanc receptissimam Doct. sententiam esse post alios refert Nicol. Arelatan. in tractat. de hæret. notab. 35. in vol. tract. crimin. Anno, &c. 1570. Venet. impressorum, pag. 142. Quæ doctrina tamen in crimine hæreseos fallit, in quo testium examinatio per iudicem committi potest. c. vt officium. §. verùm. de hæret. in 6. Felin. in c. cùm causam. 36. num. 23. versi. fallit tertiò. vbi & ipse nume. 22. & 24. alias limitationes prædictæ doctrinæ recenset. ext. de testibus.

CONCLVSIO LX.

51 TVTORES vel curatores non possunt per constitutum vel precarium, vel alium actum

actum fictum transferre possessionem rerum sui pupilli vel minoris, secundum Bart. in l.1.nu.24. Alex.nu.87.vet.quærit hic Bart. & nn.88.ver.ex isto dict.ff.de acquir.possess. Ias.nu.101.& per multas authoritates relatas per Andr. Tiraq. in tract.de iur. constit. possess.in 3. part. in 15.limita. Et hanc communem DD. sententiam esse ibi recentiores repetentes testantur. Huic licèt communi sententiæ refragetur Tiraq. in d.15. limit.nn.3. tamen communem veriorem esse defendit Bart. Romul. in l. quod meo nomine.nu.17. vers. tertius casus est. ff. de acquir. vel amit. possess.

V.

CONCLVSIO LXVII.

7 VASALLVS alienans feudum sine consensu Domini, licèt privetur feudo, etiamsi posteà recuperauerit, c.1. tit. quid iuris si post alienationem feudi vasallus id recuperauerit: tamen hoc non admittitur, si recuperatio facta fuerit ante traditã possessionẽ ipsius feudi venditi, Quia eo casu excusatur à pœna caducitatis, cùm allegatus textus secundum DD. communiter intelligatur de alienatione perfecta per traditionem, quoniam res videtur quodammo do integra ante traditionem. l. ab emptione. ff. de pact. Item alienatio est actus, per quem dominium transfertur. l.1. ff. de fund. dot. quæ fit mediante traditione. l. traditionib. C. de pact. Aluarot. in d.c.1. num.3. vers. quæro ab extra, quid si vasallus vendens recuperauerit venditionem, d. tit. quid iuris si post alien. Alex. de Imol. in l. si à me. nu.4. ff. ad l. Falcid. Franciscin. Curt. in tractat. feuda. in 4. part. num.103. ver.13. quæro. Et hanc sententiam communiter approbari meminit Roland. à Valle, in con.51. num.6. in 2. Tom. cons.

CONCLVSIO LXVIII.

8 VASALLVS quando priuatur feudo propter delictũ, nõ debent de illo feudo inuestiri, nec filij, nec alij descẽdentes, neq; agnati, qui sunt coniuncti infra quartum gradum, sed agnati existentes in quarto gradu vsq; ad infinitum admittuntur ad feudum, per tex. in c. si vasallus culpam, si de feud. defun. controuer. fuerit inter Dominum & agnatum vasalli. Si vasallus culpam committat, propter quam feudum amittere debeat, neq; filius neque eius descendentes ad id feudum reuocabuntur, sed agnati qui quarto gradu sunt. & c. vnico. si vasall. feud. priuet. cui defera. qui text. intelliguntur de antiquo feudo, quòd si esset nouum feudum, in eo non succederet aliquis agnatus. cap.1. de duobus fratribus, de nouo benefic. inuestit. Item intelligi debet quòd delictum non fuerit commissum contra Dominum, qua si fuisset cõmissum contra Dominum, etiamsi esset feudum paternum seu antiquum, deuolueretur ad Dominum exclusis omnib. agnatis, per text. in c.1.§. deniq;. quæ fuit cau. prima benefi. amit. & tamen illa iura suprà allegata excludunt descendentes, & agnatos proximiores quarto gradu à successione feudi, per rationem, quam assignat Bald. in d. cap. si vasallus culpam. Quia quantò agnati sunt proximiores vasallo delinquenti, tantò magis videntur infici eadem macula. l. humanitatis. C. de excusa. tutor. & etiam propter suspicionem, quia sæpè solet esse similitudo & audacia in talib. coniunctis. Quam sententiam verissimam esse inquit Alexand. de Neuo. in cons. 98. nu.17.18, 19. 20.21.22. & 23. in 1. Tom. con. ad causas crim. recens editorum. vbi & ipse Iacob. Aluarot. sententiam reprobat, & quæ sit communis opinio, nu. 23. indicat. Quæ tamẽ propter tex. allegatos hoc in casu, eo consulente, nõ est retinẽda.

CONCLVSIO LXIX.

9 VASALLVM non teneri Dominũ, qui ob debita in carcerem esset cõiectus, liberare, eiusq; debita creditoribus soluere, DD. in c. licèt vasallus. Aluarot. nu.7. vers. quæro quid si dominus. & Præpos. nu.3. eod. ver. tit. si de feud. defunct. conten. fuer. inter domin. & agna. vasalli, tradiderunt. Et hanc sententiam communiter approbari scribunt Zas. in tract. feud. part.7. c. ad quid vasallus Domino, & Dominus vasallo teneatur. nu.47. versic. si porrò Dominus inops esset. Et Vasquius in lib.1. controuer. illustr. c. 6. num.6. vers.19. Licèt de hac quæstione multi Doct. dubitârint, quos referunt Aluarot. & Zas. d. locis: Si tamen Domino feudi moueretur bellum, & cõstitutus esset in magna necessitate & euidenti periculo ei succurrendum esse, Iohann. de Anan. in cons.7. nnmer.14. vers. circa verò aliud dubium. Ias. in l. si ex toto. numer.16. ver. quartò facit. ff. de legat. 1. & Restaur. Castald. in tractat. de imper. quæstio.57. numer.6. in 12. volum. tractat. arbitrati sunt.

CONCLVSIO LXXVIII.

18 VERBA enunciatiua in pluribus instrumentis antiquissimis inter alios scripta, in quibus enunciatur, aliquem locum esse de iurisdictione diœcesi, vel districtu, plenè probant, non solùm confinia, sed etiam dominium & possessionem rerum particularium, glos. in verb. prolata. c. si Papa. de priuileg. in 6. gloss. in verb. instrumenta. & Panorm. in c. cùm olim. num. 14. extr. de censib. & idem Panorm. in c. super eo. nume. 13. ext. de parroch. & alien. parroch. Doctor. in c. cùm causam. ext. de probat. & Aym. Crauett. in cons. 54. num. 11. Quam sententiam communem opinionem Docto. esse inquit Hier. de Monte, in tractat. de fin. regen. cap. 60. nu. 3. vers. in contrariam. Et hanc ipse latiùs ibi cum adiectis limitationibus prosequitur.

CONCLVSIO LXXXI.

21 VICINVS parietem communem demoliri & reficere non potest, altero vicino reclamante, & non consentiente: Secùs si ille consentiret. l. parietem. ff. de seruitu. vrbano. prædio. Similiter conceditur vicino parietem pro indiuiso communem demoliri, reficere, vel in eum mittere quod opus sit. l. si ædes. ff. communi diuid. Quod quidem gloss. ibi communiter approbata, verum esse inquit, quando paries ad hunc vsum fuit ædificatus, quam doctrinam latiùs prosequitur August. Bero. in suis quæst. familia. quæstio. 26. materiam autem huius doctrinæ eleganter explicat Bartho. Cæpol. in tractat. de seruitutib. vrbano. prædio. cap. 40. de pariete seu muro. Et quilibet vicinus censetur habere dominium parietis ex latere suo vsque ad dimidium parietis. Petr. Philip. Corn. in con. 184. nu. 10. in 1. vol. con. Eandem materiam illius doctrinæ copiosè prosequitur Nicol. Boër. in cons. 5. multa præclarè ad hanc conclusionem facientia adducit Francisc. Bursat. in cons. 111.

CONCLVSIO LXXXIII.

23 VIDVA committens stuprum, perdit dotem. Paul. de Castr. in cons. 147. versic. prædictis ergò non obstantib. numer. 4. in 2. part. cons. & in l. sororem. nume. 4. C. de his quibus vt indig. & in l. fideicommissum. C. de fideicom. Ias. in l. 2. numer. 6. & Zas. numer. 22. ff. solut. matrim. Aegid. Bossius remissiuè in tractat. criminal. mater. titul. de coitu dam. & puni. numer. 55. Et hanc sententiam Paul. de Castr. magis communem & approbatam appellàrunt Nicol. Boër. in decis. 338. numer. 11. vers. quid dicendum. & nouissimè Lancillo. Conrad. in suo prætor. & curia. breuia. tit. de stuprato. num. 12. vers. item hic addas vt vidua committens stuprum. & Pet. Ioan. Anchoran. in suis quæst. lib. 2. quæst. 34. Sed contrariam sententiam defenderunt Alexand. de Imol. in d. l. sororem. numer. 3. Ias. in d. l. fideicommissum. numer. 2. Sichard. numer. 9. ver. ex quo porrò infertur. Dec. in cap. pastoralis. numer. 8. extr. de iud. & in l. cùm quædam puella. numer. 12. ff. de iurisd. omn. iud. Propptereà inquit Maria. Socin. Iuni. hodie communem opinionem esse contra Paul. de Castro, in cons. 111. numer. 7. in 3. Tom. cons. Et hanc sequitur Roland. à Valle, multorum Docto. sententijs in vtramque partem adductis in cons. 86. in 2. Tomo consil. Cæterùm cùm Franciscus Viuius de hac sententia in suo lib. 1. cõmunium opinionum, in verb. vxor perdit dotem. vbi tamen ipse Pauli de Castro opinionem approbat, Iul. Clar. in lib. senten. recepta. in §. stuprum. vers. sed nunquid vidua. & Emanuel Soarez in Thesauro receptarum sententiarum, in verb. vidua stupro inquinata. scripserint, nihil prætereà addo, nisi quod hanc vltimam sententiam contra Paulum de Castro, veritatem esse Carolus Molinæus voluerit in suis addit. ad lectur. Philip. Decij in dict. leg. cùm quædam puella, litera B. nisi vidua infra annum luctus fornicaretur. & ibidem ipse opinionem Alexan. communem esse dicit. De conciliatione autem illarum sententiarum contrariarum, quando vidua commisisset stuprum, infra annum luctus, aut post annum luctus, pulchrè scribit Ioan. de Garronib. in Authent. ijsdem pœn. nume. 21. C. de secund. nupt. Cuius quoque meminerunt Clarus in d. vers. sed nunquid vidua. & Roland. à Valle, in d. cons. 86. numer. 53. vers. ad vltimum. Et ita iudicatum esse in stupro commisso infra annum luctus, pro opinione affirmatiua in Senat. Pedemont. dicit Octau. Cacheran. in decis. S. Sena. Pedemon. decis. 77. in fine, vbi ipse tota decisione sententias vtriusque opinionis, tam affirmatiuæ quàm negatiuæ, latè explicat. Nouissimè Gaspar. Cabal. in suis scholijs ad Aegidianas constitutiones, lib. 4. cap. 79. in verb. Stupri.

FINIS.

